OPERA IOANNIS IO VIANI PONTANI.

De Fortitudine: Libri duo.

De Principe: Liber unus.

Dialogus qui Charon inscribitur.

Dialogus qui Antonius inscribitur.

De Liberalitate. Liber unus.

De Beneficentia: Liber unus.

De Magnificentia: Liber unus.

De Splendore: Liber unus.

De Conuiuentia: Liber unus.

De Obedientia: Libri quinque.

De Prudentia: Libri quinque.

IOANNIS IOVIANI PONTANI DE FORTITVDINE AD ALFONSVM DVCEM CALABRIAE LIBER PRIMVS INCIPIT QVI EST DE FORTITVDINE BELLICA ET HEROICA.

Victori tibi Dux Alfonse: ac libertatis patriæ pro pugnatori, debetur a ciuibus tuis corona ea, quam e quærcu statuere maiores illi omniũ bonarũ artiũ, ac precipuæ fortitudinis, muneratores nõ minus liberales, q̃ æstimatores prudẽtes. Repulisti eñi a ceruicibus eorũ: imo a nostris: imo Italiæ totius, grauissimũ iugũ seruitutis. qđ christiano etiã nomini immminebat, Terra mariq; grassantibus Turcis: occupata repentino adortu salentinorum parte: nullo obsistente exercitu: ac finitimis populis tãtũ de fuga cogitãtibus. In tãta itaq; ciuiũ cõsternatiõe periculorũq; atrocitate: qđ unicũ uisu; est publicæ salutis remediũ, euocatus ipse a patre ex etruria: ubi biennio pluribus expugnatis oppidis, fugatoq; aduersariorũ exercitu, multa rei militaris præclara facinora edideras, q̃ celerrime trepidanti patriæ subuenisti. Achimeti uiolẽtos ĩpetus fortissime repressisti. Traĳciẽtẽ eũ in macedoniã maioris exercitus traducẽdi gratia, nauali prælio superasti: post circũsessis intra hydruntẽ hostibus, q̃nto mẽse ad deditionẽ coactis, confecisti bellũ: maxima tua cũ gloria, lõge tamẽ maiori tuorũ ciuium beneficio: ac tametsi omniũ opiniõe citius: nõ tamẽ serius q̃ uirtus atq; ĩdustria exigebat tua. huius aũt obsidiõis quãta fuerit atrocitas declarat, q̃ e ueteranis tuis paucissimi reliq̃ sũt cũ pene fortissimus q̃sq; tũ Miles tũ Cẽturio aut tribunus, p aggere aut fossis, aut cõserẽdis manibus ceciderit cũ tamẽ e reliquo exercitu ad tria milia, gladio aut tormen

tis muralibus cæsa fuerint: ex aduersarijs uero cum obsidionis initio supra quinque milia delectorũ Militũ in oppido essent, non multo amplius duobus millibus deditionis tempore numerati fuerint. Cũ interim bis ipse erũpẽte hoste prælio dimicaueris, neque ante inter confertissimos pugnare destiteris, quàm magna illorũ strage edita, in fossas aut in mare precipites egeris. Iure igitur a ciuibus tuis debent tibi omnia quæ fortissimo Imperatori, quæ publicæ libertatis defẽsori, deberi, tũ ueteri, tũ nouo instituto intelligunt. Me aũt in publica hac lætitia: tametsi idem quod cæteros gaudium tenet, ac gratificandi tibi studium: tamen ut iuuẽtutis tuæ institutorem: ut preconẽ rerũ a te gestarũ licet hac ĩ parte, non satis parẽ honeri me intelligã, decet præter cæteros aliquid & me & te dignum agere: quod & gratitudinẽ testetur meam, & magnitudini conueniat tuæ. De fortitudine igitur, in qua ipse enitescis cũ excellentia principũ cæterorum, libros nuper a me scriptos tibi offero, ac nomini tuo dedico & quidem ut debitos. quid enim fortissimo Imperatori aut conuenientius offertur, aut magis debetur, quàm quod de fortitudine? Qui quidem ipsi libri, erunt apud te gratitudinis atque obseruantiæ monumentum meæ: Tu autem & libris & Auctori perpetuo ornamento.

Ipsam autem fortitudinem, priscis illis tẽporibus tanto in precio fuisse constat, ut in quibus maior uideretur, eos & heroes uocarent, & Semideos uenerarentur. Hinc Hercules cœlum meruit: hinc quæcunque in orbe terrarũ præclara essent, atque admirabilia, ad Herculem a posteris relata sunt: Et Romani licet uirtutũ essent omniũ mirifice studiosi, tamen ut qui iudicarẽt hominis excellẽtiã in fortitudine maxime esse positam, uirtutem eam agnominarũt. quod Eneæ quoque ad Ascaniũ uerba declarãt apud Virgiliũ. Disce puer uirtutẽ ex me, uerumque laborem.

Quo magis cōtēnendi uident̄: qui ad uoluptatē oīa referūt, non illā q̄dē qua nec ipsa uacua est fortitudo: uerū quæ animi uires haberet: hominēq; ipm de suo statu deijciat. Nihil uero tā esse aduersum fortitudini, q̄ est uoluptas ista blanda & umbratilis, illud plane docet q fortes in ijs exercent̄, quæ maxime laboriosa et molesta sunt, nihil aūt difficile q̄d nō idē laboriosum. nec ulli sunt absq; molestia labores: quos uirtus hæc maxime sequitur: quāq; uolūtas interdū, ipsa a deo est agēdi cupida & studiosa, ut ne ullā quidē sentiri inter agēdū molestiā patiatur. Ad hāc igit̄ qui sese instituet, is Horatiū audiat præcipiētē, sub diuo ac trepidis in rebus uitam agendā: q̄d cōsiliū uel cū primis nos admonet despiciendæ uoluptatis eius quæ īdigna sit uiro. Nāq; ut homo ex animo existit & corpore, sic duplex est uoluptas: atq; altera quidē sensuū ministra: & quasi titillatrix quædā & illecebra: altera uero actionū parū tū comes: tū socia: in quibus animus imperat: eaq; a claris atq; honestis laboribus ducit ortū. Et per illā quidē ubi modus abest, ubi ratio nulla moderat̄, etiā infra bestias deijcimur. hac uero q̄ quisq; nostrū habet animū recte informatū. quoq; plura gessit ac maiora, tāto magis fruitur, & tanq̄ exultat in rerū recordatione præteritarum. Ac prioris quidem species apparet initio blanda. Qualis tamen sit in exitu Sirenū cantus Homero auctore docent. Posterioris uero huius origo a laboribus, molestijs, erūnis, difficilibusq; inceptis manat. Tamen si laboriosa, & molesta, quā ob causam suspiciantur, & quē afferre fructum consueuerint, intueri uolumus, & cōsiderare, facile appareat finis ipse periucundus, ac plenus ēt incredibilis uoluptatis. Quam multas curas grauissimasq; cogitationes poetæ suscipiunt ob unam famam, cui tantopere seruiunt. At qui aut nihil est iucundius gloria: aut ea esse sine multa etiam uoluptate nequit. In equestribus ludis

quæ concursores patiātur, uidere licet q̄ sint grauia. est em̄ decernendū sub grauissimis armis. Sub sole: in puluere sensim immittēdus equus: hasta in ipso interim cursu dirigenda: pcutiēdus aduersarius: ictusq; grauissimi excipiēdi, etiā cū uitæ periculo. Hæc dū gerunt, uoluptas nulla sentitur, quæ tamen quanta existit, ubi inter gratulātiū uoces, cum spectantis populi plausu uictorē præco pronūciat, ornatumq; uictoriæ præmijs domum turba reducit? Itaq; ut uoluptas illa eneruata & languida cuius nutrix est culcitra q̄ longissime a fortitudine abest, sic eam fortitudo uoluptatē assequitur quæ recte honesteq; factorū est comes, ut dixi, ut nō mō sit eius admiralibis opera, uerū etiā iucūda possessio.

Labores non esse imperandos.

IAm uero labores improbādi nō sunt, quādo ad agēdum nascimur: nec nisi agēdo uirtutē assequi atq; fœlicitatem possumus. Nulla etiam de minoribus uel artibus uel disciplinis, absq; labore, aut cōparari aut retineri diutius comperata: sine exercitatione etiā multa potest. Existit em̄ ab exercitatione habitus: quem ut non facile quis ualet exuere, sic perdifficile est induere: siquidem cōpescendæ sunt naturales appetitiones, consuescendūq; in multis quibus ipsa initio natura quodāmodo reluctatur ac repugnat. Et Cicero determinat laborē, functionem esse quādam uel animi, uel corporis grauioris operis, uel muneris. Igitur si exercitatione & quidem diuturna cōperat habitus, qui nisi cū difficultate etiā magna nō perficitur. Si durū est & asperū naturæ repugnare: & quæ perfecta sunt opera, ea si elaborata dicimus, Si deniq; uirtus per quam ad humanā fœlicitatē pxime accedimus absq; grauiori corporis animiq; comperari nequit opere & munere, quis dubitet, nō modo improbandos labores non esse, uerum etiam per quāutiles ac necessarios? Age si quispiā in tanto constituatur ocio

Diffinitio Laboris

mẽtis atq; corporis, ut nihil omnino cogitare habeat: ac ne plãtula quidem ei mouẽda sit pedis, Quid erit homine hoc miserius? qui ne hominis quidem nomine censeatur appellã dus? hinc nimirum est q̃ pleniore illos uoce laudamus, qui maiori in periculo uersari, uictoriã sibi ac gloriã per uirtutem peperere, q̃ quibus aut fortuna ipsa, aut hostis ignauia illã obiecerit. Cariora quoque sunt illa pro quibus adipiscendis grauiora passi sumus quam quæ casus obtulerit, aut sors alia. Quæ res efficiunt, labores ipsos tum maxime utiles ac necessarios, sine quibus uirtutes cõperari nequeãt tum uehementer gratos ac iucũdos ubi finem pertigerint: qui quidem ipse sit plenus honestissimæ uoluptatis.

Passiones non frustra homini a natura esse datas.

Ed nec quas nunc passiones uocamus: Cicero animi morbos atq; affectiones, alij affectus uocant, frustra sunt homini a natura datæ in quibus regendis sedãdisq; ratio primo uersetur: quippe cum sint hæc prima quædam uirtutum erudimenta. Moueri eñi necesse est atq; affici? nec nisi prius quis afficiatur, accedat ad agendum. Mouent igitur affectus & excitant: atq; ubi uehementiores fuerint, etiam impellunt. hinc agendi studium atq; cupiditas nunc remissior, nunc uehementior, sadatior aliquãdo. Ac prima quidem titillatio fere est a sensibus, per quos tanquam per fenestras aliquas accessus est ad animum: qui ratione adhibita motus eos sedat: moderatur: regit. & quidam quasi Dux a uia rectoque declinare non patitur. Quocirca cũ sit homini a natura tribucũ, ut se uitã corpusq; qđ Cicero ait tueat̃, declinetq; ea quæ uideãt̃ nocitura, timere eũ necesse ẽ: et quæ nocitura appeãt recusare, ꝓfutura uero appetere ac seq̃. hic existit cũ timore ac mali fuga metus:

Itē appetititio cū ſpe boni & fiducia. Ex eodē quoq; fontē manat amor atq; odiū: amantur enim utilia & iucūda: moleſta uero & incommoda odio habentur. de quibus nō nūc eſt uberius diſſerendi locus. Cum igitur hæc ſe ſic habeāt, natiq; ad agēdum ſimus: & ut agamus, naturales illi motus atq; impulſus nos excitent, e quibus aut paſſiones exiſtunt, aut ijdem ipſi magis ſunt paſſiones, quis non uideat as: nec temere nec fruſtra eſſe homini a natura tributas: a quibus ut dictum eſt, & excitemur ad agendū: & in ijs ſedandis regēdiſq; quales futuri ſimus, maxime cernamur. Et uero quis eſſet circunſpectioni locus, ſi nihil omnino timeretur? quis placabilitati miſericordiæq;, ſi dolēdi nobis affectum natura eripuiſſet? quis emulationi, ſi nullus eſſet ad laudem inſtinctus ac gloriam? & ut longius etiam progrediamur, quid decios? quid Paulum ad mortem etiam uoluntariam perpulit, niſi tāta illa patriæ libertatiſq; homini ingenita charitas? ſed quid duos aut tres iſtos admiramur tantopere? qū integros quoq; exercitus ob ſummum hoc patriæ libertatiſq; ſtudium occidione occiſos intelligamus? audiamuſq; eximium Petam dicentem Aeneade in ferrum p libertate ruebant. Quam multa grauiaq; parentes perpetiuntur in liberis tollendis. quorum ſuſcipiendorū naturalem nobis ineſſe cupiditatem, teſtes ſunt beluæ: quæ tutandos ob catulos etiam inuenabula ferantur: Quidā ultimas terras adiere obſolam ſciendi cupiditatem, nec uero ulli extiſterēt clari nobilitatiq; labores: nulla eximia opera, niſi naturalis quidam impulſus excitaret ad honorem: ad decus: ad gloriam. Quid, p alij dum indigne ferūt ſeruire patriā, tirannos aut pepulere, aut ſuis etiam manibus confecere. Ex quibus plane conſtat effectus hos, non modo, nō fruſtra uerumetiam neceſſario a natura tributos.

Quas paſſiones fortitudo moderetur.

De fortitudine bellica & heroyca.

Quando plane docuimus improbandos labores non esse: sine quibus nec uirtutes comperari: nec retineri cōperatæ diutius possint ostendimusq; affectus ipsos non frustra homini a natura esse datos reliquum est ut uideamus qui sint affectus illi quibus regendis sedādisq; fortitudo preposita est. Principio ut quæ bona sunt, natura appetimus, sic a malis natura declinamus qđ paulo est ante dictum. declinamus aūt mala quia uideātur nocitura. Quæ uero nocitura apparent, metuunt. naturaliter igitur & mala & nocitura omnia quæq; nocendi uim habeant mala uidētur, metū incutiūt. Et sane naturalem esse malorū metū, manifestissime omniū īfantuli docēt: quos nulla adhuc rerū experiētia aut usus mouet. sed natura ipsa optima magistra. Hi enī etiā dormiētes: & terrētur et expallescūt, & e somno metu excitantur. Contra uero bona quæ apparēt blādiuntur, aliciunt q̄ ad sese, Itaq; uti adipiscēdis bonis existit animi exhortatio quædā, naturalisq; cōfirmatio quæ fiduciā gignit rerū aggrediēdarū, sic ex malorum uel oppinione uel sciētia terror et fractio illa ex qua rerū existit agēdarū fuga. Quocirca cū duo hi affectus alter ab agendo deterreat, ad agēdū alter īuitet, metus .s. atque fiducia, utriusq; nimirū fortitudo moderatrix erit: nā metus cū recessu; quēdā animi & tanquā fugā habeat, sedabit illū fortitudo, & mirū īmodū confirmabit: Quinetiā fiduciæ legē statuet quæ ubi plus æquo est animosior, a recto rationeq; recedat oportet. Recte igitur Cicero q̄ sit fortis eundē ait esse fidentem. qui aūt fidēs eū non extimescere. Quod sit ut confido, sic confidentia laudis esset, nequaquā recentes quidā scriptores, dū cōfidētiā recusant, audaciā dixissent: quæ tū est, cum quis audet, nō cū afficitur. Etenim fiducia affectus est: audacia uicium. & ob audaciam quidem uituperamur: cū ex fiducia nec laus manet nec uituperatio.

Fortitudinem in mediocritate esse positam.

St igitur uirtutis huius propriũ affectus hos moderari ac sub rõne continere, quo medium retinere possit. a quo mediocritas dicta est. Est enim fortitudo cum sit uirtus, mediocritas sit quædã oportet. medij autem ea uis ac natura est ut in neutram extremorum parte; propendat: ab utroq; enim recedit, quãdo utrumq; inequabile est: quippe cum alteri exuperãtia, alteri defectus insit. quod cum sit, inter illa duo extrema quæ sunt parum ac nimis. Virtus necesse est constituatur: eritq; uirtus ut Horatius definit, medium uiciorum atq; utrinq; reductum. Cũ autem in ipsa uicia hinc deficiendo: illinc exuperando præcipitemur, efficitur ut mediũ illud aut perinde deseramus ac si contemptui ipsum habeamus, ita quidẽ de uia digressi ut modum mensuramq; spõte excesserimus, aut ab eo sic recedamus, ut non modo recusare uerum etiam reformidare ipm medium uideamur. Ex quo fit ut nec rerum nec mẽsura ratione habita: nunc exuperante animo: nunc rursus deficiente, proprium uirtutis munus implere nequeamus. Nec uero audiendi sunt qui aduersus hæc differere cœperũt, minuti philosophi, aut potius nullo modo philosophi: qui mihi illud sane, uelle suadere uidentur, ut de hominu; actionibus tollatur mẽsura: ea uidelicet sine qua ne artifices quidem consumatum facere aliquid ualeant: est enim artificis: & optimi cuiusque maxime, metiri quæ facit: atque ad mensuram redigere ac numeros: quo singulæ sibi inter se partes cõueniant: quibus ipe dimetiendis æquandisq; intentus: ut qui a suis numeris rectaque mensura nulla e pte recedat, opus suum tale efficit: cui quod de opere dici maxime consumato solet, nihil addi queat, nihil eximi: quod præstare atque efficere propriũ est mensuræ. Quocirca quãdo omnis affabrefactio ex eo est ut nec magis quid aut produ

ctum habeat, aut subductum, quã ratio quã natura: quam res denique ipa quæ fit postulat, nimirum laus omnis tu; artificis, tum operis est a medio: Cuius ut dixi iudex est mẽ sura. Docent hoc pictores in primis, & cælatores & quos cãtur Architecti, rerum quoq; scriptores ac Poetæ duo ante omnia fugiunt, alterum ne qd insolẽs ac turgidum in di cendo habeant. alterum ne qd humile & abiectum: quæ cũ fugiant quodnam magis sequentur: quam quod inter duo hæc positum & constitutum est? Id cerne nisi medium esse nequit, quando ab utroq; extremo quæ medij natura est re cedit. Ergo etiam poetæ uirtus, ac laus, ex hac medij obser uatione gignitur. Quid φ physicis quoq; placet, ab uno ad alterum extremum, nisi per medium aditum esse nullũ. S; linquamus hac in parte physicos, ne aliunde magis quam a reipã sumere argumenta uideamur. nec poetica profecto, nec ars ulla tam est exacta: tanque operi examussim facien do intenta. quã est uirtus quæ tãto magis mensurã exigit, φ in faciendis opibus facilius est inuenire mediũ, q̃ in ipis aut actionibus aut affectibus. An quæso, ut Aristotelis uer bis utar, facile est decernere quonãmodo irascendum fit: at que aduersum quos: & quãto etiam tempore: siquidẽ medi um ipm ad eũ etiã, qui irascitur referendum est. quæ res tã tã aliqñ efficit inueniendi medij difficultatẽ, ut aliquãtulũ in ipã ira efferuescere, nũc mediũ sit, qđ alio ĩ tpe, & aliam ob cãm, & in hoĩe alio fuerat uiciosum. Ac de medio qdem nũc hactenus, de quo alias plura, atq; appositiora: siquidẽ locũ hũc ĩ quo uirtutũ ipãrũ fundamẽta collocata sunt, & a quo actiones nostræ regulã accipiũt, & uerbis, & rõnibus locupletare ẽ in aĩo: ut intelligãt oẽs mediocritatẽ ubiq; eẽ seq̃ndã. Q m̃ aũt ut docuimus, fortitudo mediocritas q̃dã ẽ, eaq; pspicit ĩ metu sedãdo, fiduciaq; regẽda: ipe nos locus ãmonet pauca quædã de metu, deque fiducia dicere: Nã si

fortitudo mediocritas est, timere q̄dē: & fortē op;. Ad hæc quædā sunt suapte natura adeo terribilia: ut qui ea non timuerit, magis sine ullo esse sensu, aut ꝑrsus rationis, suique oblitus uideri, quā fortis debeat, nonnulla etiam quæ metuere honestū sit. De metu igitur prius ut non solum intelligamus, timēdū ne sit forti: sed cū iure metuēda quædam sint sciamus, timendis illius adesse modum ac legem oportere: deinde de fiducia differemus.

Quæ sunt illa quæ honeste rationabiliterq; timeantur.

i Gitur si natura custos est, & conseruatrix sui, recte profecto ac naturabiliter quæcunq; nocēdi uim habeant metuūtur. atq; ut illa quæ ad salutē incolumitatemq; naturæ ipsius aduentum habēt, bona existimantur, sic quæ offutura uidenť mala. Quæcūq; itaq; mali speciē præ se ferūt, ea naturali nos afficiūt metu, quāobrē, mala omnia naturaliter metuūtur: quæ quāquam fortasse mala per se non sunt, ipsa tamē opinione formidantur: non omnium tamen quæ in malis numerātur una est ratio: differunt enim inter se, q̄ alia honestum est metuere, quæ ni metuantur, turpe ac flagitiosum ducimus. Quid enim improbius q̄̃ īfamiā non uereri? quā qui nō ueretur hic (q̄d longissime discessit a fortitudine) impudentissimus sit necesse est. Nihil aūt tā esse potest alienū ab eo uiro que; iure oēs nō solū probāt. uerūetiā admirātur, Cuius etiā ꝓpriū est agēdis honestis decus assequi, q̄̃ impudētia atq; improbitas, quæ laes totius est honestatis. Quotus etiam pater est qui filio grauius ægrotanti aut manū in acie cū hoste conserenti, nō timeat etiā quā grauissime? Quod quidē humani atq; amātis patris est: nō ībecılli & fracti hominis. Quis rogo nisi impurissimus, ideq; abiectissimus, filiarū atq; uxoris pudicitiā securus neglexerit? de qua ꝓbatissimus quisq; maxime solet esse solicitus. Inuenti tamē sunt

qui paupertatē ne curauerit quidē. qui in exilio etiā sponte uixerint. Hos nescio an in hoc fortitudinis genere collocē, quando nec timidos recte fortasse dixerim, qui proscriptiones: inopiam: orbitatem uereantur: quiq; tum inuidiā populi: tū principū impotentiā fugiunt: ferunt tamen & hi suam laudē: neq; enī facile est aut patriae desideriū ferre patienter: aut in tenui re aequo animo uiuere. De quibus plura post & suo loco: diximus de metu: dicamus de fiducia.

De fiducia.

i Am uero discrepat a timendo cōfidere: quā assequēdi boni studiū a mali fuga: & quāquā alter alteri cōtrarius, uterq; tamē naturalis est affectus: nāq; ut mala naturaliter metuimus, & quia metuimus, declinamus, sic bona naturaliter expetimus: excitamurq; aggrediēdis illis quibus ea nos assecuturos confidimus. Atque ut quaedam honestū est metuere, quae qui nō metuat, recte dici fortis nequeat: sic rursus in quibusdā cōfidere inhonestū: quales nequā serui introducūtur in comedijs, quos etiā gratulātes scapulis suis uideas apud Plautū. huic nomē est confidētia turpissimarū actionū Dux, & quasi magistra. Quare nec metus semper turpis: nec ubiq; confidere est honestum.

Quae sint illa in quibus fortitudo uersetur.

q Vibus explicatis restat quaerere, cuiusmodi sint illa in quibus fortitudo ipsa uersetur. Nā licet cuncta metuātur, quae nocēdi uim habeāt, ut dictū est, non tamē in his omnibus, de quo nūc agimus, uir fortis conspicitur. An fortasse, ut excellentis est medici, grauissimos morbos, laetalesq; plagas sanare, sic ēt fortis est uiri in iis uersari, seq; inuictū prestare, q̄ maxime omniū formidabilia uideātur? siquidē fortitudinis materia et quidam quasi campus, sunt difficillima quaeq; pericula: atq; illa maxime quae mortem uideantur allatura: qua nihil sit omnino terribilius. Quip

pe cũ hominẽ ipm funditus tollere, atq; extinguere existi-
metur: quãq; sunt q aliter de morte sentiũt: ut nuper Fran
ciscus sarciola Aragoniæ præfectus. Is cũ ex diutino mor-
bo animã cũ iã ageret, atq; ex ijs q astabant. Theologis offi
ciũ causa, quidã mortẽ dixisset, omniũ maxime terribilẽ esse,
quasi spiritu resumpto (cũctis obstupescẽtibus) succlamasse
in eum dicit. Potuit in homine bene instituto, qui celestem
sibi ac sempiternã uitã polliceret, spes æterni boni, mortis
metũ adimere. Sed cũ homo ex anima sit & corpore, si natu
ram ipsa; sequi, nec obliuisci homines nos esse uoluerimus,
nihil profecto uideatur morte formidolosius: quæ corporis
fabricam: quæ sensus omnis: actiones deniq; ipsas penitus
tollat, & nihilum redigat: quæ rõ cũ sit q̃ maxime natura-
lis, necesse est sit ẽt q̃ maxime uera. Quid q alijs dũ amo-
ris ipotẽtiã ferre nequit, laqueo guttur frangit? alius dum
ægerrime fert seruitutẽ, ferrũ adigit i præcordia: ut illius
onus morte stati; excutiat? quæ res efficit, ut morte aliquid
terribilius uideat. qua de re haud multo post, uberius. Qm̃
aũt generosissimus quisq; laudis est, decorisq; appetẽtissi-
mus qbus ut potiat, nihil nõ paratus sit & ferre & ppeti:
ex hoc naturæ atq; ai motu: & quodãmodo ipetu, ad laudẽ
ac decus: ut Cicero ait, illa pericula adeũtur in prœlijs. non
sentiunt uiri fortes in acie uulnera: uel sentiũt, sed mori ma
lunt, q̃ tãtũmodo de dignitatis gradu dimoueri: nec uero
quocũq; i periculo, sed ubi aut ex uictoria, aut ex morte de-
cus illd' senserit se adepturos, si qdẽ ignauissimi ẽt. Nautæ,
tamẽ ferẽdis procellis assueti, nõ perturbãtur marinis tem
pestatibus: quorũ qdẽ, mors, an quicquã potest habere præ-
clarum? Plebij quoq; homines & i umbra educati, corpo-
ris cruciatus (petiuntur. Iidẽ gladiorũ uibratus & hosticũ
tubæ sonũ ferre nequeãt. Quocirca fortis uir qq; plane di
cẽdus est uir, ex morte, quæ quidẽ futura sit multo pulcher

rima, decus illud adipisci contēdet, cuius est quam maxime studiosus: quo ut potiať, difficillima quæq; pricula spōte adi bit: ī qbus pumcēdis: aut si hoc minus contigerit, in oppe tēda morte laudēq; & decus collocatū intelligit. Cū rescin di pōtē iubebat Horatius, an nō ītelligebat qd ageret: Cha ritas tamē patriæ ut idem ait Cicero ac nobilitas mortis & gloria, eripiebat oēm animo uulnerū atq; aquarū metū. Idē licet de Epaminōda dicere: quāuis alter liberā relinq̄re pa triā cōtēderet: alter quā ipse in libertatē uēdicasset īperātē relinq̄ret. Ad Hercules cū uirus illď intra uenas fureret: rabieq; anhela artus squalētis ureret exclamat, dolet: Cœ lū implet lamētationibus. O misera uirtus, summus Alcidæ dies, nullū malū ꝓsternit. īpēdo male in nulla uitā fata. pro mūdi arbiter, superiq; quōdā dextræ testes meæ: ꝑ cūcta tel lus, herculis uestri placet mortē ꝑire dirus o uobis pudor, o torpe fatū, fœmina herculeæ necis auctor fereť? Vides ut se miserū iudicet: ꝗ nō p̄claro aliquo facinore mortē suā fa ciat insignē? Vtinā meo cruore satiasset suos, nemeea pestis rictus, aut centū anguibus uallatus Hydrā tabe pauissem mea: Vtinā fuissem p̄da cētauris datus, aut inter umbras uinctus æterno miser saxo sederē, spolia cū traxi ultima, fa to stupēte nūc ab iferna styge lucē recepi Ditis euici minas. ubiq; me mors fugit, ut læto inclyto fortis carerē. Intellige bat qualis mors fortē deceret. itaq; qd ad extremū subdit? perdidi mortem hei mihi totiēs honestā. titulus extremus qs ē? Et qm̄ ne in ipsa qdē morte succūbēdū esset Herculi, quærit quō emori honeste q̄at. Itaq; ait. Nūc mors legať cla ra, memorāda, inclyta: me digna ꝓrsus nobilē hūc faciā diē. Cædatur omnis silua. At ubi sese in ardētā illā Pyrā inges sit, quo uultu mortē sustulit? quo nemo uitā: & inter uapo res positus & flāmæ minas, immotus, inconcussus, in neu trū latus correpta ferens membra, hortať, monet: gerit, ali

quid:ardens omnibus fortē addit animū ministris. Vrere ardentē putes. Iacuit igitur sui securus, & cœlum intuens, quæ sunt oculis arce an ex aliqua pater respiceret. Quibus uero laudibus: quātaq; gloria fortiū uirorum obitus sint ꝓsequendi, illud plane docet, ꝙ hominū cōsensu Hercules in deorū est numero habitus. Et uero florentissimæ urbes, populiq; bene instituti, Reges itē, ijs qui in bello, in maximis reipublicæ ꝑiculis mortē oppetissent, statuas ponere, honores q; maximos habere, ēt inter diuos referre consueuerūt a quibus ne christiani quidē dissentiunt: qui diuinos honores martyribus tribuunt, licet illorū mortes ad deū potius q̄ ad uirtutē decusq; referant. Quocirca cū pulcherrimū sit in bello mori, atq; in maximis belli periculis: qui in trepidū se: atq; inuictū in ijs gesserit, is ē quē uiuū suspicimus in quē mortuū honores cōferimus ac titulos: pulchrūq; mori succurrit in armis, ait poeta excellentissimus: intelligit qualis uirū fortē mors deceat. Quid illa Mezentij uerba, q̄ sunt uiro forti digna, q̄ ēt ꝓpria, si dolor aliq̄nto fuisset sedarior: aut hodie mecū spolia illa cruēta et caput æneæ referes: laudisq; dolorū uictor eris mecum, aut aperit si nulla uiā uis, occūbes pariter, neq; ēm fortissime credo, iussa aliena pati: & dominos dignabere teucros. Vides qua fiducia magnū ac si dignū aggredi facinus paret? quo etiā animo decernat mori? si fortuna parū fauisset incepto. honestā mortē turpi uitæ anteponit. Senior ille phorbas apud Statiū, uide quo adhortationis ac laudis genere prosequatur in bellum proficiscentes. Ite alacres: uestri nunquam morientur honores: bellaq; perpetuo memorabunt carmine musæ. & uiuis illis, & mortuis honores proponit, etiam sempiternos. At æneas grauissima illa tempestate uexatus ingemit: & duplices tendens ad sidera palmas, talia uoce refert. O terq; quaterq; beati, Quis ante ora patrum.

Troiæ

Troiæ sub mœnibus altis cõtigit oppetere. Quorsum hæc finguntur a Poeta in uiri Ducisq; fortissimi persona, ut quẽ hostiles tot congressus nunq̃ fregissent, præruptus ille aquæ mons tã humiliter atq; infracte, de sua suorũq; coegerit salute desperare? an q̃ id moriendi genus nullũ esset decus allaturũ? nec uirtuti suæ ullum sentiret locũ inter transtra remosq; relictũ? itaq; nõ fert grauato animo mori, sed q̃ sic moriundum esset. Idem dico de Hippomedõte. Is enĩ diu inter aquas colluctatus, cũ tandẽ a torrente raperetur: exclamat, queritur: deos incusat q̃ tam indigne secum ageretur. Fluuio ne (pudet) Mars inclyte merges hãc animã? segnesq; lacus & stagna subibo, ceu pecoris custodis, subiti torrentis iniquis interceptus aquis. Adeo ne occumbere ferro nõ merui? Peracta est pars hæc poetarũ magis auctoritate atq; sententijs, q̃ philosophorũ. Nõ q̃ nõ etiã philosophi uirtutẽ hanc mirũ immodũ laudẽt, sed q̃ poetæ magis magisq; admirentur illã, & pleniori quodã ore efferant: Quippe q̃ dũ nõ mõ inuictã, sed ne supabilẽ q̃dẽ fortitudinẽ nolũt ostẽdere: Amphyaraũ illũ uiuũ armatũ: e curru pugnantẽ: hiatu repente facto, ad inferos ruere magisq̃ descẽdere faciunt: qui ne tum quidem aut arma manu, aut frena remittit, uerũ sicut erat, rectos defert in tartara currus, ut magnifice ac luculenter de eo Statius canit. Et uiri tamen fortes in mari deprehensi a tempestatibus, nõ ita erunt cõsternati, ut humiles dimissiq; appareant. Tolerabunt itaq; procellas: non eo tamen quo Nautæ animo: qui cum ferendis tempestatibus sint assueti, & bene sperant se inuicem confirmantes: & suum interim munus exequuntur: Cum illi ut parum assueti, atq; inexperti de salute subinde desperẽt, ac tale mortis genus q̃ molestissime ferunt: cum etiam intelligant nullam in ijs se dignam nauare operam posse. A quo animo fuit Aiax in tanta illa tẽpestate nautarũq; cõ

sternatione, ne minimũ quidẽ a seipso recessit. Quocirca operæ preciũ est nosse quæ de illo Euribates refert: Nil ratio et usus audet in magnis malis. tenet horror artus. oĩs officio stupet: Nauta relicto. remus effugit manus. In uota miseros ultimus cogit timor. Ecce alia clades fulmĩe irati Iouis, Armata pallas, quicquid aut hasta minax: aut ægide: aut furore gorgoneo põt, Aut igne patris tẽtat. & cælo nouæ spirant procellæ. Solus inuictus malis luctat̃ Aiax. Vela cogẽtẽ hũc sua, tẽso rudẽte flãma pstrinxit cadẽs. librat̃ alte fulmẽ, hoc toto ĩpetu tortum reducta Pallas excussit manu, ĩmitata patrẽ trãsit Aiacẽ et ratẽ, ratisq; ptẽ secũ et Aiacẽ tulit, nil ille motus. Ardua ut cautes salo ambustus extat: dirimit ĩsanũ mare, fluctusq; rũpit pectore: & nauẽ manu cõplexus in se traxit: & cæco mari collucet Aiax. omne resplẽdet fretũ. tã dẽ occupata rupe furibũde ĩtonat super asse nũc se pelagus aut ignes iuuat: Vicisse cælũ palladẽ, fulmẽ mare. Itaq; nõ aliter quidẽ uinci potuit, q̃ ubi rupẽ tridẽte subruit pulsam pater Neptunus, imis exerẽs undis caput, soluitq; mõtem: quẽ cadẽs secũ tulit: terraq; & igne uictus & pelago iacet. Cæsar optasse dicit̃ ut repẽtina aliqua morte decũberet, in morbis eñi nolebat iacere: ad hæc iudicabat in lecto, inter fomenta mori, habere nihil posse q̃ esset forti uiro dignũ. Iacobus caldora mira cum animi uoluptate præseferebat, q̃ in pugna casurus esset: sic animi a mathematico prædictũ acceperat. Is cũ aliquãdo graui esset morbo correptus sentiretq; medicos de salute desperãtes. At qui bono uos inquit animo esse uolo: in bello eñi atq; in acie armato mihi, nõ in lecto sub culcitra est cadẽdũ. qđ postea cõtigit, nã dũ collẽ Sãnij castellũ oppugnat: dũ ex equo milites cohortat̃, animã repẽte extulit, nullo doloris signo dato: præter q̃ q̃ dũ satellitibus equo expirabũdus aufertur, atq; in tuguriũ sub tecto collocat̃, nutu laborisq; significauit, uelle se in tabernaculo uita

fungi: idignũ Imperatore duces sub tugurio emori. Delatus itaq; in tabernaculũ statim & decubuit et die obijt. Quo circa fortis uir in rebus omnibus in quibus munere fungi suo potest, officiũq; cũ dignitate facere: & i qbus mori pulchrũ fuerit, inuictũ sese atq; impauidũ præstabit, atq; in ijs maxime quæ in acie difficillimisq; belli periculis pugnando contingunt: quæq; mortem etiam nobilissimam repẽte allatura uideantur. Ac de ea morte in qua uiri fortis magnitudo elucescit, Hæc nunc dixisse sufficiat.

Quæ sunt illa quæ terribilia dicuntur.

DIximus de metu: de fiducia: de morte. Videamus si placet, cuiusmõi sint illa quæ terribilia dicũtur, quæ bifariã partit̃. Aristoteles. Alia eñ eẽ uult quæ omnino captũ hominis exuperẽt: quippe qbus nec uires nostræ pares sint, nec ullus humanæ prudẽtiæ rationiq; uel tolerãdis illis, uel peruincẽdis locus relinquat̃: quæ quidẽ, timere nec degenerantis sit animi, cũ nihil inde laudis possit decorisq; comperari si minus formident̃: nec turpitudinis infamiæq; sit (ut par est) timeãt̃: quãdo cuiq; sanæ mẽtis æque sunt extimescenda. atq; ea qdẽ metuere sani potius q̃ imbecilli est animi. Nõ semel padus solito plenior uicina ripis loca, gregibus accolisq; spoliauit. aliquãdo & a torrentibus castella sunt hausta. Si Platoni credimus, oceanus fines olĩ suos trãsgressus, Hispaniã, Italiã, Græciã, præterq̃ q essent montes q̃ eminẽtissimi, aquarũ suarũ mole inuoluit hausitq;: quæ res q̃m est poetarũ celebrata carminibus, apd̃ nonnullos, fabulæ magis q̃ historiæ fidẽ habet. an nõ hæc tibi uiant̃ iure etiã fortissimos quosq; debere concutere? Quis ætnæ incendia: eructantis illius uerticis liquefactos igne lapides non expaueat? Paucis ante annis cum terra mouisse, quot oppida urbesq; non quassauit modo, uerum etiam funditus euertit? ut qui reliqui sunt, nihil ea nocte me

minerint miserabilius: Cecidere ea strage in hirpinis: Samnio: Lucania, eaq; Campaniæ pte que cis liri; ē ad quatuor et uiginti hominū millia. Dicat nūc aliquis Terræmotū nullo esse pacto formidādū. Cōtēdat ēt hic suum fortitudini locū esse. Hæc igitur aliaq; huiusmodi fortes ignauiq; iusta metuūt. Alia uero quæ cōcutere quidē animos solent, non tamen ut aut tolerandis ipsis humana uirtus satis non sit, aut acrius ingruētibus parū cōstāter resistere ualeat: Quādoquidē eadē ipsa ut uiribus inferiora p sæpe uincat, qualia sunt bellica pericula: & ea maxime que homini ab homine inferūtur: quorū ratio hec est, ut tum magis q̄ oportet, tū minus q̄ opus est, aut etiam quantū oportet timeri usu ueniat. Idem quoq; de iis dicendū, quæ nouo noīe fortasse audacius, placet tamē fiducialia dicere, nanq; alia sunt qbus nulla queat humana uis aspirare: alia quibus aggrediendis magis minusue aut q̄ opus est confidamus: ac tametsi factu atq; aggressu difficilia sint, effici tamen possint.

Cur bellica pericula sint grauiora.

Vr autem bellica pericula, & sint & uideant grauiora, hinc est q̄ euidētiora cū sint, magis sentiuntur: neq; enim aut morbo languentibus nobis, aut ī mari a tempestate deprehēsis: statim mors ante oculos obiicitur: nec species eius tam feda horribilisq; apparet. qd q̄ ipse gladius dū stringit, dū uibrat: dū micat: ex ipsa cōfestim uibratione nescio quomodo commouet terrificatq; animum, qui q̄ uim habere illū lædēdi intelligit: repēte cōcutit ac phorrescit: Quod aquarum nec motus efficit: nec tactio, & morbi quoq; & ipsa in lecto cubitatio: mortē faciunt leuiorem. Quæ plerumq; sensim & inter fomenta obrepit, complexusq; amicorum: nec tam est aduersus naturam. At in bello, atq; ubi manus conseruntur, uidere licet illos membratim concidi, hos tormentis repente rapi, alio-

curribus aut equis, cum misera corporis laceratione obteri nec ulla omnino nisi uiolẽtia esse cedes potest. Ad hæc i bello atq; inter pugnandum, plurima repente accidunt. repentina autem & nec opinata magis ac magis animũ perturbant: quæ tolerare, aut uincere, longe est difficilius. Quid φ comites morborum dolores, quæq; mala morbi afferunt, φ uitari nequeant, ipsa etiã necessitas tolerabiliora efficit. At bellorum difficultates: quæq; acerba plurima in prælijs contingũt, φ ipsa nos mens uitari posse moneat, ac subinde fugæ ammonere soleat, eo ægregius est perpeti: atq; eorum impetus ferre difficilius, ipsa ẽt recusante natura. Hec igit̃ taliaq; bellicos casus grauiores, magisq; formidabiles faciunt. In quibus quoniam fortitudo ipsa uersatur, existitq; ex ijs, ut ante disseruimus, uidendum est quousq; uirũ fortem, tum timere deceat, tũ confidere, quo mediũ illud retineat, quod sapientes in omni uita: atq; actione probant.

Quousq; timẽdũ sit forti: et q̃ sint tolerãda et quẽ ad finẽ.

Timebit igitur illa, quippe qui hominem se esse meminerit: uerum ut decet, & quã opus est: siquidem a modo mensuraq; minime recedet: naturamq; ita sequetur, quæ hunc metuendi affectum mortalibus non frustra dedit, ut rationẽ non abijciat qua cum moderetur. Idẽ quoq; quæ dura ceciderint, tolerabit feretq; acerba, eadem hac ratione & Duce & comite, atq; hæc quide; honesti & pulchri gratia, quod uirtus hæc ubiq; respectat, & assequi nititur. Inspiciendum etiam non modo ut modus mensuraq; adhibeatur ut dixi, sed ea adhibita, loci quoq; habeatur ac temporis ratio. Videndumq; quamobrem & cuius gratia in quo primum peccari solet, φ nonnunq̃ etiam illa metuunt quæ nullo modo sint metuenda: deinde errant, φ tametsi timeri quædam oporteat, timentur illa quidem aut

non perinde ut oportet:aut ubi minime opus est,deniq; nõ quã ob causam timeri debeãt.Hæc eñ & si qua sunt de genere eodẽ:circũspiciẽda sunt forti:in quibus qui labitur,is & arce fortitudinis necesse est corruat.Ah te ne frigora lædãt.Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plãtas.Hac mollicia qui liquescat,& tanq; fluat,quid expectare ab eo,nisi lãguidũ ac muliebre potes? Sed hæc in amãtis persona fortasse non omnino dedeceãt,quãq; etiã in amãte ridenť. In eo uero quem ad præclaras atq; arduas res,ipse impellere animus debet,Quid esse põt indignus q̃ tanta hæc corporis animiq; teneritas?cũ ne apis q̃dẽ aculeũ ut Cicero ait, sit laturus,absq; summis clamoribus.At quo animo & dicuntur & audiũtur illa? Durũ a stirpe genus,natos ad flumina primũ deferimus,sæuoq; gelu duramus & undis.Venatu inuigilãt pueri syluasq; fatigãt,Flectere ludus equos & spicula tendere cornu.At patiẽs operũ paruoq; assueta iuuentus,aut rastris terrã domat,aut quatit oppida bello. Omne æuũ ferro teritur,uersaq; iuuencũ terga fatigamus hasta,nec tarda senectus debilitat uires animi:mutatq; uigorẽ.Canitiẽ galea premimus.Vides ut in eo gloriatur,q̃ a primis statim annis,duratus laboribus per omnẽ uitæ cursum desidiã ignoret?neq; norit unq̃ quid lusus eẽt ac mollicies?& sane iure gloriať ut uir,ac plane uir. Videre licet alios nimis puerili animo cuncta pauẽtes:alios quãq; grauioribus in rebus atq; periculis adeo tamẽ consternari,ut etiã cogitatu excutiãtur.Atq; illi quidẽ in eo peccãt,q̃ metuenda ac nõ metuẽda iuxta pauitent:hi q̃ a mõ mensuraq; ita decidãt,ut pene uideãtur exanimes.Sunt etiã quos ipsa præmeditatio territet:quæ res:magnas aliquando copias, nullo premente hoste fudit:fugauitq;.Cæsar cũ ad solam famam aduentãtiũ germanorũ suos ita uideret exterritos,ut permulti e castris iam abirẽt,q̃bus nõ artibus terrorẽ illũ

sola opinione cõceptum, e militum suorum animis excutere conatus est? Interdum etiã præteritorum periculorum: aut acceptæ cladis memoria animos deijcit: quam ob causam, duces ipsi ubi confligendum fuerit, abolere student omnem ex militu; animis aliquando acceptam calamitatem. Quocirca pro contione hortantur, confirmant, ueteres uictorias, & fortissimi cuiusq; operam, commemorant: hostium res eleuant: sua consilia, suas artes: ijs uerbis, uultu, gestu explicant, ut uicisse se iam uideri uelint. Et uero quid ignauius ac fractius, q̃ ubi arcem teneas q̃ munitissimam, inermiũ, atq; paucorum agros populantium, minas perhorrescere? Nam quãq; hostẽ timere, prudentis & cauti est hominis, consternatissimi tamẽ est animi: uinci ab ignauia. In agro Sorano uicus est cognomento Albus. Is uicus arcem habet & natura & manu ægregie munitã. Ricius impiger Dux, eam Arcem cum obsedisset diutius, nec aliã potiundæ illius rationem uideret, nisi per uanam aliquam formidinem custodum animis territatis, magnam uim lapidum sub ipsius rupem arcis noctu a militibus comportandam curauit. Interdiu interstrepi festinariq; iussit, æquæ ac magna manus offodiendo cuniculo occupata esset. Idem insequente etiam nocte faciundũ curauit. Vbi uero dies alter illuxit, magnis sublatis clamoribus, omnem illam conuectorum lapidum uim præcipitari per decliuiorem rupem quam maxima poterat festinatione imperauit: ipse minitabundus arcis custodes territare, ac nisi intra quampaucissimas horas deditionem fecissent: fore ut arce per uim occupata, ferro ad unum omnes cæderet. Confestim itaque seq;, arcemq;, (tantũ apud ignauissimos homines formido ipsa ualuit) dedidere. Et cum tam multa, diuersaque fingere metus soleat, sint que uariæ metuendi causæ, uidendum est ne inopes consiliorum effecti, in eo peccemus ut timendi causas ignore

mus:fugiatq; nos rerum nostrarum ratio. Eripit autem metus: non modo consilium ubi uehementius turbarit animũ: uerũ etiã si remissior primo fuerit, post tamen pluribus simul oblatis causis, mentẽ ipsam adeo labefactat, ut nõnũq̃ quãq̃ iure quidem metuimus, specie tamẽ decepti nõ quã ob causã debemus, metuamus. Quid (cũ ait Thyestes) causam timoris ipse quam ignoro exigis: nihil timẽdum uideo: sed timeo tamen. Fit etiam aliquando ut animus ipse futurorum præscius, imminentia mala præsagiat. & q̃q̃ causa timoris non apparet, timet tamen. Hæc igitur aliaq; huiusmodi uidenda sunt forti. Idem quoq; asperis, atq; periculosis rebus tolerandis, adhibendus est delectus, siquidem & temporis, & loci, ratio habẽda est retinẽdus etiam modus, nec toleranda sunt, quæ forti uiro aut parum conuenerint, aut certe oĩno dedecuerint. Vlisses tamen etiam seruorum, ancillarumq; cõtumelias pertulisse dicitur, ne dum ut mulieribus inseruierit. Sed aliud erat Vlyssi propositũ, aliud esse debet huic de quo nunc disputamus. Et Vlysses quidẽ plura subdole. at noster hic minime fallax erit. Decet enim fortem ueritatis studiũ: neq; enim insidijs maliciaq; grassatur: q̃bus (ut Cicero rectissime sentit) nemo fortitudinis gloriam consecutus est, Nihil enim rectum, aut honestum, esse potest remota iusticia.

Quousq; debeat uir fortis cõfidere.

Adem etiam fiducialiũ lex est: in quibus plane uidendũ est: ne cupidi, immoderati, improbi, parũq; considerati, atq; incompositi, uideamur. Quid aũt uel inconsideratius, uel improbius, quam ea uelle aggredi, quæ nulla sint ratione aggrediunda? Quid magis incompositum, quã nec temporis nec loci rationẽ habere? aut q̃d immoderatius, quam a mensura ordineq; recedere? Cũ primis autem uidẽdum est, q; id quod aggredi paramus iustũ

fit. Siquidem animi magnitudo iusticia uacans, immanitatis potius quam uirtutis nomen accipit. Immanis Annibal qui nulla lacessitus iniura, bellũ Saguntinis intulit: quod ut iniuste suscepit, sic crudeliter administrauit. ĩmanis Catilina: qui dum pro suis, aut paucorũ tantum cõmodis, non pro cõmuni salute laborat: nefarium patriæ bellum intulit. dum que ad id quod sibi proposuerat, peruenire posset, urbis incẽdium, ac bonorum ciuiũ interitum parat. Nec uero in gerendis rebus id solum cõsiderari oportet ꝙ iuste atq; honeste, sed uires cuiusq; metiendæ sunt, nec turpiter succumbamus: tanq; honeri omnino impares. Varro, Flaminiusq;, alter ad Trasimenũ, alter ad Cannas, dũ Hannibalis artes despiciunt, dum quales haberent exercitus, deniq; dũ scipsos parum noscunt, rem Romanã pene funditus subuertere. Nicolaus picininus & ante eum Mutius, qui cognominatus est Sfortia clarissimi ambo duces, non semel rem parum ꝓspere gessere, dum nimium confidunt: dum incæpta supra facultates suscipiunt. Fortem nãq; ut minime insidiosum, sic uel cum primis cautum, æquum rerum suarũ æstimatorem uolumus. Quo in genere laudis, maiores nostri Quintum Maximum primum esse uoluerunt. non mediocrem etiã hinc laudem tulit Franciscus sfortiæ filius, ꝗ post Mediolanensibus imperauit: aut nunc fert Federicus Vrbinas. Cauenda quoq; non modo turpia quæ uideantur ac feda, uerum etiam sordida: quibus quid magis esse alienum ab eo potest uiro, quem admirabilem efficere fortitudo debeat? Quocirca si constare sibi undiq; fortis debet, ita quidem & metuet, & tolerabit, & confidet, & aggredietur, ut in ĳs, aliĳsq;, quæ ex eodẽ sunt genere, nũq; a seipõ recedat. Quippe cui nõ actionum modo ipãrum, uerũ earũ rerũ omnium quæ actiones tñ antecedant, tum assequant̃, aut ĳs tanq; collaterales assideant, ratio diligenter tenen-

da est, Vbiq; igitur dignitatem ita tuebitur, & in agēdo, & in tolerando, ut rōnis numeros suos expleat. Quod tū maxime consequetur, ubi finem ipsum circūspiciens ad illū tanq̃ ad metam recta uia properauerit. Cū aute; pulchri, honestiq;, gratia: omnis ab eo suscipiatur actio, cunctaq; ad decus referat, hoc assequi non aliter poterit, q̃ si diligē tissime in cūctis dignitatis suæ rōnem habuerit. Cuiusqui dem tuendæ non una ut dixi cautio est, siquidē tum in me tuendo, atq; fidendo, tum in tolerando, atq; aggrediendo, demiq; in tota ipsa agendi ꝓgressione, ita eum singula cir= cunspicere, sic cuncta metiri, oportet, ut qui intelligat ad fortitudinem nisi per fortia, ad decus, quoq; ac pulchrum nisi per honesta, decoraq;, peruenniri nequaq̃ posse: ut a pri mis statim progressionibus ad finem usq; perpetuo quasi quodam sibi tenore constet: Idemq; ubiq; appareat. Atq; ut fortem ipm tanq̃ suis liniamentis inūbremus. Qui quæ oportet, & quō oportet, & cuius etiam rei gratia, & quā= do etiā oportet, tolerat atq; perpetitur. Quiq; item ut par est, & metuit, & confidit: agitq; pro dignitate, atq; ut ra= tio recta præcipit: hic est quem querimus fortem: cuius to= lerantia atq; perpessio, actio item, atq; aggressio, suscepta est, honesti & pulchri gratia. quando (ut magistro placet Aristoteli) actionis cuiusq; finis est ad habitum referēdus. & uiro forti, fortitudo ipā honestū ac pulchrū est: aut quia secus quidem atq; aliter se habere, atq; agere, turpe esset ac dedecorosum. Siquidem & populus Romanus, & potē tissimi sæpe reges, leuissimas sociorū iniurias, armis uindi cādas suscepere: nō tam laudis, atq; honesti gratia, q̃ ut de decus ac turpitudinē fugerent: qn ex ulciscēda iniuria, nō tanta parata laus erat, quāta ex desertis socijs infamia.

Vtrum in metu an in fiducia moderanda uir fortis magis perspicitur.

Edare,autē metū q̄ fiduciā regere cum sit diffici-
5 lius,fortis uir in illo q̄ in hoc magis & perspicie
tur,& nobilitabitur. Quocirca:iure illi plurimum
laudātur,q difficiles atq; asperas res aīo erecto & magno
ferētes,metum reppulere: dolorisq;(cuius acerrimi sunt)
morsus,euasere uictores. Nā fortitudini metus cū reluctet
magis q̄ fiducia:pferre q̄ aggredi et difficilius ē,et animi
ēt firmioris:qppe cū ferēti acerba,utpote ī re præsenti,dolo
res,aliaq; mala añ oculos obuersent:& specie quidē; feda,
magisq; ac magis formidolosa. Qui uero aut iā aggredit̄,
aut iā est aggressurus,malū ipm ut futurū magis aīo cer-
nit,q̄ re ipsa sentit.quin tolerantia cum sit diuturnior, ag
gressio ipā breuis est momēti. Ad hæc aggressores ipi ptes
suscipiunt potiores:qbus q resistunt,in hoc etiā laborant,
q ptes sustinent imbecilliores. Inde militare illud dictū,du
plicatis uiribus q adoriant̄ pugnare. An ullis unq̄ in bel-
lis Romana uirtus q̄ in scd'o punico bello clarior enituit?
Quocirca asperis in rebus q nō turbatur, nec tumultuans
q̄ Cicero ait de gradu deijcitur,sed præsenti animo, &
cōsilio,utit̄,ille sibi iure primū in arce fortitudinis locū uē-
dicat. At nō sentiet uir fortis uulnera,aut nō dolebit? Imo
& sentiet,cū sit hō,et dolebit, et grauiter secum agi intelli
get:feret tñ nō æquo tm̄ aīo,uerū ēt magnoatq; iuicto:q ho
nestū,q pulchrū,q se dignum id iudicet:at si secus fecerit,
turpe,molle,fœmineū eē. Et em̄ Marius cū sine ullo gemi-
tu secabat̄:uicebat qdē dolorē,magis q̄ nō sentiebat. These
us post grauissimos illos labores exhaustos,apd' Senc.quæ
rit̄: Seq; ppetiēdis defessum malis fatet̄. Sȝ fessa uirtus ro
bore ātiquo caret,trepidātq; gressus. Heu labor q̄tus fuit
Phlegetōte ab imo petere lōgiquū æthera,piterq; et mortē
fugere,et Alcidē,seq. Et apd' Maronē, Aeneas post pallan
tis funus ēt igemiscēs. Nos alias hic ad lachrymas, eadem

horrida belli fata uocāt. Idē quoq; mori fert grauiter, neq; enim uitam odit, ut ꝗ sciat se maxime dignum, qui uitæ ipsius bonis perfruatur, intelligatq; honestā sibi materiam ac causam præberi sæpius utendæ uirtutis uiuendo diutius. Qui hoc mihi uidetur admirabilior, laudibusq; maioribus prosequendus, ꝙ uitæ suæ partū per labores ac pericula in dubijs atq; asperis rebus, in bello deniq; decus anteponat.

Qui nihil timeant eos aut insanos aut torpidos esse.

CVm autem & metuere uirum fortem, & cōfidere, ac mediu; in utroq; retinere (ut dictū ē) oporteat, uideamus si placet, & qui sint, & quo etiā nomine appellentur: qui tu; in hoc, tum in illo, mediū deserunt, & tanq; in præceps relicta ratione rapiūtur: nec uero in eo solū peccatur, ꝙ quidā nimis multa fiducia, in ijs quæ terribilia sunt, utunt: sed ꝙ metū ipsum qui homini naturalis est, omni e parte abijciunt. & hi quidē uix nomē habēt, res tamen ipsa intelligit. Omnē ꝑfecto metū exuisse, hominis est, aut parū sanæ mētis, aut ꝑrsus stupidi, atq; obtorpescentis Quis eñ nisi demēs, atq; in furorē actus, aut non rationis modo, sed pene sensum ipsorum expers factus, diluuiones non horreat, motusq; terrarū atq; incēdia? Hæc igit̄ taliaq; non metuere, uidetur magis non sentiētis cuiuspiā, aut insani hominis, q̄; sensu rationeq; bene utentis esse.

Quales & qui sunt ꝗ timidi aut audaces dicuntur.

QVi uero nimis extimescit: eum timidū ac meticulosum dicimus, ꝗ nec in eo solū peccat, ꝙ etiā nō metuenda pauitat, s; ꝙ ea quæ timēda sūt nequaq;, ut oportet timeat. Itaq; trepidat, horrescit, pallet, fugit animus, metu mēbra quatiūtur. quæ res efficit, ut q̄; hic a metu uincitur, tā illic a fiducia deseratur, nec solū uiribus defectus, uerū etiā spe destitutus. siquidē cuncta nimiū formidātē, necesse est spe quoq; destitui. Atq; ut timidi est, tum

quæ metuēda nō sunt metuere, tū in iis quæ metu digna ui deant, a modo uiq; recedere, sic duplex peccatū est eius, q nimis etiā cōfidit: nā e nimia fiducia, & aggredit quæ aggrediēda nullo modo sint, & postq; est aggressus, uiribus animoq; ita deficit, ut quātū antea rectā fidendi atq; aggrediēdi regulā prægrediebat, tātū post, & fortasse uehementius superet a metu. Itaq; & cōfunditur, & cōsternat, et ab incepto ignauiter desistit. Ad hæc ante congressum nimis etiā festinat, & calet, & rapitur, ac gestit. postq; in ipso periculo positus, hæret, hebetat, tabescit, friget, ne tutela decidunt. Quare & arrogans idē hic esse solet: siquidē plura sibi q̄ suus captus est arrogat. Et gloriosus, simulatorq; uirtutis est, quando quod assequi nullo modo potest, fortis uult uideri: e quo etiam numero sunt: quos græco nomine thrasones dicimus nostro milites gloriosos.

Fortē iure mediū tenere inter timidum & audacem.

Vocirca cū & timidi, & audaces, & fortes, ī iisdē q (ut dictū ē) uersent: & illi qdē nimiū aut timendo, aut cōfidēdo, a recto rationeq; longius abeāt, fortes profecto quod est inter utrosq; mediū retinebūt. Quare nō modo quæ ferenda sunt, & cuius oportet gratia, & quando etiā oportet, eorū perpessores erunt, nec tātū; ut par est metuēt, atq; cōfidēt, agentq; pro dignitate, atq; ut ratio rectūq; docuerit: uerū etiā bene utiq;, recte q̄ sperabūt, ac nullo modo confundentur. Atq; ut ante cōgressum sedatiores sunt, sic in ipsis cōgressiōibus, plane impigri, atq; alacres, erunt. Idem nihil ad ostentationē referūt, nihil inane sequūtur, uerā laudē cōcupiscunt. non tumultuat uir fortis, neq; est seditiosus, aut iusti honestiq; contemptor, aut detrectator imperii, neq; rerum suarum prædicator, præterq; ubi necessitas ac ratio aliter tulerit. Atq; ut laudari ab aliis sua non illibenter audit (nā & si conscientia sua contentus esse

poteſt, letatur tamē habere rerum a ſe geſtarum teſtes) ſic aliorum recte facta libenter cōmemorat: in quibus laudādis neq; parcus eſſe debet neq; adulator. Vt aūt habitus ipſe q̄ ſit, plane intelligatur, placet fortitudinē ipā; definire: quæ profecto mediocritas quædam eſt: in ijs periculis obeūdis, rebuſq; periculoſis aut ꝓuincēdis, aut perferēdis, quæ mortem allatura etiā repente uideri poſſint.

De timidis.

Tq; ut aliquanto diſtinctius rē ipām exequamur, a habet metus animi fractionē, & quaſi fuga;. Itaq; meticuloſos: nō res ſolum, atq; pericula, uerū rumores ipſi etiā incerti, & uani, & ipā (ut dici ſolet) umbra pſæpe deterret. Videre licet illorum ora atq; artus, q̄ pallor ac tremor occupet. Nanq; ubi animū terror cōcuſſit, tu; ſtatim pallor ſequitur, & tantus aliq̄n tremor, ut etiam dētes crepitent. Tum pauor inuadit, & pauoris comes exanimatio cōturbatioq;, ut nullus eis locus tutus eē, nullū afferri poſſe auxiliū ac præſidiū uideatur. Excidunt cogitata, non ſolū cōſilia uariant. Etenim conturbationis propriū eſt, mētem labefactare. Ex quo fonte cogitationes atq; cōſilia ipſa manant. hinc formido exiſtit, metus ut Cicero ait ꝑmanēs: & pigritia quæ ut Cicero etiam definit metus eſt cōſequētis laboris: Impigros cū appellare illos maxime rerū ſcriptores ſolēt, qui militares libenter adeant: & ignauia quæ a nauanda opa animū deterret: & ſegnities plena humilitatis ac remiſſionis, & diffidentia quæ aggredi aut nihil ꝑmittit, aut ab incepto turpiter uti deſiſtatur cogit, metum ipm cōſequūtur. Proprium etiā meticuloſorū eſt (nā quāq̄; minus uſitatum nomen eſt meticuloſus q̄ timidus: utimur tn̄ nō minus libenter. ſiquidem timor: unde timidus ducit̄, metu ipo continetur: Eſt enim timor, mali appropinquātis metus, ut uideri poſſit: rectius etiā meticuloſus q̄ timidus

hic ipse a nobis uocari. Sed nec erimus de uerbo soliciti, qđ usus iam probauit: utemurq; utroq; pro arbitrio) Est inquam proprium timidorum: frangi animo, ubi labores suscipiendos intelligunt, & uiribus statim defici. Quid enim timido imbecillius? atq; illa quidem infractio: hæc imbecillitas dicitur. Iidem periculis atq; aduersis repente oblatis ita consternantur, ut prope uideantur attoniti: nam doloribus q̄ succumbant, post uidebimus. Declarant Tyranni: quantos impulsus habeat etiam ad crudelitatem metus (quãuis crudelitas ipsa alio e fonte manare uideat̃) & q̄ male diuturnus sit imperij custos. Itaq; quotus inuentus est Tyrannus, qui non fuerit crudelis atq; grassator? Proponatur ante oculos Dionysius, proponatur Pheræus Alexander, proponatur Phalaris, alijq; innumerabiles. Quam uero referta suspitionibus atq; insidijs eorum uita sit, ex eo apparet, q̄ raro fere Tyrannus nisi ueneno perijt aut gladio. Abstinebo a commemoratione recentium Tyrannorum, ne uiuẽtes uidear uelle offendere. Timidis igitur uix ulla unq̃ solet esse securitas, aut quies. Quocirca: timidus quisq; Dux, est imprimis fugax. atq; ut illi uitio nomen est timiditas, sic hæc fugacitas recte dicitur. Enecat etiam metus: non solum prosternit. Itaq; Lycas ille dum furentem fugit Herculem, complexus aras ipse tremebunda manu, mortem motu consumpsit, ut nimio de metu, exanimatus, mortem non sensisse uideatur. Et quoniam dubijs in rebus (ut ait Statius) pessimus augur est timor, necesse est hunc eundem dies & noctes solicitari. Has animi solicitudines ac uexationes, quando omnem auferunt rerum meliorum expectationem desperatio sequi solet, quæ omni consilio, ratione q; destituta, semper in preceps rapit: atq; propellit. Omnino meticulosi ob summam animorum mollitiam atq; imbecillitatem, in doloribus cernuntur q̄ sint de

missi. Itaq; nihil durum tolerare possunt, nihil asperum pa ti. Statim concidunt fœmineum in modum: eorum sunt mu liebres eiulatus ac lamentationes. Nec uero in uno tan tum doloris genere labascit confestim ac succũbit timidus, sed ubiq; idem esse solet ac sui similis. Qui amans egens in gressus est princeps amoris uias, is superauit erũnas Her culis, erũnis snis. Vim amoris ferre non potest: atq; adeo nõ potest, ut erũnas Herculis ferre putet esse facilius. Aspera res dolor est. quis negat? & quem pati ac tolerare sit ꝑ quã difficile, nemo it inficias: sed aliud est sentire dolorẽ ac mo ueri eo: aliud frãgi ac deijci. Itaq; audiamus quid ẽt Nutri cula de hac ipsa re sentiat. Quisquis in primo obstitit pepu litq; amorem, tutus ac uictor fuit. Qui blandiẽdo dulce nu triuit malum, sero recusat ferre quod subijt iugum. Vides iudicio etiã muliercule superari amorẽ posse? potest Initio. S; ubi semel iugum imposuit: difficile excutitur. An igno ras æquũ animum, optimum erũne condimentum esse? ut sa pienter dicitur apud Plautum. Philoctecta pati uulnus nõ potest. Quare mori cupit, & e sullimi saxo in fluctus deijci præ dolore ac cruciatu: quid esse dicas infractius? Quando autẽ sanatus est, tolerabilis certe dolor eius erat. Recte igi tur ac uere in Hercule œteo dicitur. pepulit uires põdusq; mali, casus animo q̃ tulit æquo. Nec prætereatur nutrix il la, quæ tantopere de doloris impotentia queritur. O q̃ cru entus fœminas stimulat dolor. Cum patuit una pellici & nuptæ domus. Scylla & charibdis Sicula contorquens fre ta, minus est timenda. nulla non melior fera. Quid ipsa de se ait Deianira? est aliquid hydra potius: Iratæ dolor nuptæ Hecuba in canẽ uersa dicitur in fabulis: In lapide; Niobe: Vtraq; obluctum atq; mœrorem. Quorsum hæc? ut intelli gamus muliebre esse, omnino dolori succumbere. In quo ui tio ut dixi, late patet timidorum imbecillitas atq; infractio.

Adhibenda

Adhibenda est igitur in cõsiliũ ratio: quæ ferẽdũ nõ modo patienter doceat, uerũ etiã superandũ. Siquidẽ ut Medeæ quoq; uerbis loquamur, nunquã potest nõ esse uirtuti locus quæ quoniã in mediocritate perspicitur, in eo timidi peccãt ꝙ eam in doloribus q̃ longissime relinquunt. Quocirca dũ amorem, dum paupertatẽ, dũ exiliũ, seruitutẽ, carcerem, orbitatẽ, infamiã, morbos, aliaq; molesta atq; erumnosa tolerare nequeunt, dum doloribus excruciati finire semel illos: & cũctis liberari molestijs uolunt, aut laqueo, aut gladio, nõnunq̃ casibus, aliq̃n media uitã finiũt. Id quod nõ ad fortitudinem: sed timiditatem potius referendũ est. Quando quidẽ mollis atq; imbecilli est animi, laboriosa ac molesta deuitare uelle: quodq; pulchrũ est toleratu, nõ tñ nolle perpeti, uerũ quod laboriosum esse appareat prorsus recusare, & spõte ẽt fugere. Quãq; aũt tolerãtia ipsa uideri fortasse potest, aut nihil omnino, aut certe parũ laudis decorisq; nõ nunq̃ allatura: ipsa tñ molestiarum recusatio & dolorum fuga, turpis atq; indecora censenda est. Nõ est ut putas uirtus pater timere uitam (sic enim Antigone Oedipodẽ alloquitur mori iam destinãtem) sed malis urgentibus obstare: nec se uertere aut retrodare. procul qui fata cauit, ac uitæ bona proiecit, atq; abscidit, & casus suos onerauit, ipsi (ceu uideo) nullo est opus, quare ipse mortẽ cupiat: aut quare petat. Vtrumq; timidi est uelle. Quamobrem timidi est mortẽ sibi consciscere, quo molestijs ac laboribus defungatur. Videamus quid Virgilius de ijs sentiat. Quã inquit uellent æthere in alto: nunc & pauperiem, & duros perferre labores. Habet Cato defensores suos? quid ni habeat? cum in eo defendendo libertatis patrociniũ suscipiat. Sed certe nõ ita multos annos Catoni perferendũ erat, dum Brutus Cæsarem conficeret. Habeant & illi philosophi qui mortem sibi consciuisse memorantur, ut corporis carcere effracto, se in

libertatē assererent:cū quibus quāto præstātius ac melius esset actum,si nō ante abire uoluissent e uita,ꝙ exanclatis prius ijs quæ sunt hominū,& quidē philosophorū hominū Labeo Marsus calamitate illa Macedonica,cū celer hostis premeret,seq; natumq; gladio traiecit:ne uictoris Octauii uultū sustineret,ut in eius sepulchro hodie quoq; scriptum legit̄ Firmioris certe hominis erat,nō fugere ex acie,aut in ipsa iā fuga cōuerso equo,insequēti hosti armatū pectus offerre. Potuisset Cassius etiā si Brutus cecıderat reparare exercitū:nec tā repētino cōsilio famulo iugulū suum præbere. Sed hæc parcius reprehendunt̄ ꝓpter auctoritatē maximorū ducum, ꝗ huiusmodi exēpla ipsi aut primi edidere, aut ab alijs edita quasi legē quandam fuere secuti,Regius etiā mos fuit,uenenū secū ferre ad incerta fortūæ.itaq; & Aemilij Pauli honoratior mors fuit,ꝙ capitale esset militē Romanum ex acie fugere.Et Iunius Brutus Romanæ libertatis assertor,in prouocantē Tarquiniū ipse belli dux equū statim adegit,ꝙ hæc laus esset temporū illorū. Nero Claudius sane ꝙ seruiliter mortuus est?sed o uocem omnī mollitia liquescētē,ubi est īquit decocta mea?aquā decoctā requirebat in fuga. Nuper mercator cū abnegari sibi depositam pecuniā cerneret:se ipsum gladio traiecit.Qui ꝙ seruilis,& supra ꝙ dici potest humilis,atq; abiectus esset,illud declarat,ꝙ nō modo pecuniā ꝙ uitam cariorē habuerit sed ꝙ amissa pecunia sese uicturū diffideret.nō multis ante annis Ioannes Salernitanus adolescēs cingulo se suspendit ad fenestrā,inquā mulieris a se amatæ ꝓfectus erat:ut nō tantopere admirari debeamus,quod de Iphide a poetis scriptum est.si uoluisset esse tolerantior,paulatim aut uim amoris repulisset,aut mulieris forsan in se animū traduxisset. In Salētinis in uico Castriniano biēnio ante puella cui Nearanomē erat,dū obijcitur in cōuicijs,ꝙ a Leontio cui pa-

sa fuerat spreta ac repudiata esset, nullo dato respõso, sese statim deiecit in puteũ. Maiora quotidie & a uiris & matronis opprobria sustinent: & p patientiã ea sæpe qs assequit quæ alia rõne aut uia nequeat assequi. Atq; ut nihil omnino aliud fortiter ferendo adipiscat illud certe adipiscit, qđ inuictũ sese, & deniq; uirũ esse ostẽdit. Ad hæc huiusmodi mortes qd habere possunt præclarũ, qñ pposita est ijs laborũ atq; erumnarũ fuga, ut sæpius est dictũ? Etenim mori ipsi uolũt, nõ quia pulchrũ id iudicẽt, sed ut morietes mala defugiãt: nec uidẽt alios uiriliter tolerando, ab exilio in patriã ad gerẽdos magistratus reuocatos, alios reparato rursus exercitu mutata belli fortuna, ex uictis euasisse uictores: multos etiã i tenuissima reuixisse honoratissimos. Abũdat huiusmodi exẽplis hominũ uita. Atq; ut ad rem redeamus, mollissimi ac liquescentis est animi, hæc similiaq; morte uolũtaria deuitare. Cuius rei, illud quoq; certissimũ est indicium, q in doloribus atq; aduersa fortuna constituti optare mortẽ soleãt: cũ qui uoluptatibus abundẽt, prosperaq; fortuna utuntur, ij uel ipsum mortis oderint nomen. Ac de timidis quidem nunc hactenus.

De audacia & audacibus

t Imiditati contraria est audacia: quando illa nimiũ metuit: cõtra hæc nimiũ cõfidit, atq; etiã audet. Est autẽ audacis propriũ, & antequã periculũ adeat, & postquã adijt, supra q̃ satis est confidere. Qui q supra uires conatur, audetq; ultra q̃ ratio recta exigit, necesse est in ipsa congressione, atq; inter decertandum, uiribus atq; animo deficiatur. Ac tametsi initio uidetur audax habere quiddam forti simile, ac illius animum præseferre, post tamen ut parum firmis uiribus, imparq; incœpto succumbit, atq; in timiditatem recidit. Etenim audaces: ante

pericula adita, laboresq; susceptos, nimis acres uidentur: suntq; ad incipiendū præcipites: post uero magis magisq; deficiunt: uideriq; incipiūt similiores hæsitantibus, donec concidunt animis, apparentque ipsis etiā timidis imbecilliores. Audiamus quid de Phætonte loquatur Ouidius: cuius quam audax inceptū, & uiribus impar esset, filio pater ostendit. magna petis Phaeton, & quæ non uiribus istis munera conuenīāt, nec tā puerilibus annis. Sors tua mortalis. nō est mortale quod optas. Plus etiā q̄ quod superis contingere possit, poscis & affectas: & quæ sequunt̄. Luculentissime em̄ locū hunc executus est poeta. Quibus tamen Phaeton nequaquā deterritus. Occupat ipse leuem iuuenili corpore currum: statque super manibusq; leues contingere habenas gaudet: & inuito grates agit inde parēti. nec multo post, ubi cōcaluisse equos sensit, q̄ repente infractus est anio, ut nec sciat qua creditas sibi habenas flectat: nec qua iter sit: nec si sciat equis imperet. Itaq; ut summo despexit ab æthere terras infœlix Phaeton penitus penitusq; iacentes, palluit: & subito genua intremuere timore: sūt oculis tenebræ per totum lumen obortæ, & iam malet equos nunquam tetigisse paternos: nam curru excussus atq; e cœlo præcipitatus in terra ignota ignobiliter mortuus dicitur. est igitur audaciæ coniuncta temeritas, infœlix humanarū actionum & dux & comes. Nihilominus & audacibus aliquando fortuna aspirat, sed cum uir fortis nihil ad fortunam referat, immo omnia in seipso reposita & collocata habeat, ut quæ forti uiro in adoriundis periculis, iisdemq; superandis eadem illa fortunæ beneficio, audaci eueniant, ueram tamen fortitudinis laudem non est adeptus: ut qui in spectaculis istriones cum sint, regum tamen personas gerunt. Quamobrem simulator quidem uirtutis est audax, & tanquam adumbrata quædam persona, quæ qualis sit,

res ipsa indicat. Ac tametsi uiro etiam forti fortuna nonnũquam opitulatur, nihilominus fortuna etiam aduersante, quod suum munus est, edere non recusat. Nec ignoramus (ut etiam Statius ait) esse ubi det uires nimius timor: nam & timidissimæ quædam beluæ, ubi nullum habere se profugium clausæ sentiunt, ferociores factæ ob desperationem etiam acerrime pugnant. Quæ res efficit ut nec desperatio uerum assequi fortitudinis nomen queat: neq; enim per desperationem perueniri ad fortitudinem ac decus potest, quando ne in Physicis quidem dari illud solet, ut eade; ipsa sint ex quibus idem aliquid effici soleat. Si quidem frigus (quod caloris proprium est) nonnunquam urit. Ad hæc cũ uirtus omnis moralis sit uoluntaria, desperatio coactu; qd ac uiolentum potius uidetur esse, cuius principia & causæ forinsecus magis proficiscantur, quæ uoluntatẽ ipsam trahant. uexantq;. Quid q desperantes nihil omnino pẽsi habent, cum fortes seq; suasq; res atq; actiones bene pensent, ac rõne moderent? Et illi qdẽ de salute initio ualde soliciti, post desperãt. Forti uero quãquã cara uita est, adipiscẽdi tñ decoris gratia, labor, atq; conatus omnis, ab eo sponte suscipitur. Licet autem medium nonnũquam efficiatur, quod aliis medium non erat, aliud tamen est desperare, aliud mori decernere. & hoc quidem neq; consilij, omnisq; omnino rationis est expers. Quid q hic cum mori iam decreuerit, animo composito, minimeq; conturbato, accedit ad finem quem sibi iam proposuit. Contra alter eorum quæ agit plerãq; non intelligit: cum fortes nunquam non intelligentes agant. Quæ quidem res etiam efficit, ne irati fortes esse queant, uti paulo post docebimus. Quin etiam in repẽtinis & nec opinatis per habitum fortes agũt, qualis nullus est desperantibus. Igitur nec hi: nec qui e nimio metu strẽnue aliquid uidentur agere, in fortium sunt numero collocandi

Nec uero quæ de Sabinis mulieribus tradita sunt, icciro minus pleno sunt ore laudanda, quod Liuius dicat: uicto malis muliebri pauore, ausas in tela se uolitantia inferre, neque enim inuidendum est tam raro memorabiliq; facinori. At non est muliebris uirtus fortitudo? uidelicet Amazonides fortes non sunt habitæ? nec illa Scytarum regina? Rarum est mulierem fortem euadere, immo rarissimum, non tamen ut fieri nō possit. Quinimo quo est rarius, & sexus ille imbecillior, eo præclarius ac nobilitari dignius factū. Itaque putādum est mulieres illas ut fœminas, ut insuetas, statim ad primum armorum aspectum exhorruisse: nā & ipsa gladiorum micatio est ipsis etiam uiris horribilis. Post ubi sese in consilium uocauere: ratioq; uires suas coegit, & illinc parentes: hinc uiros pugnare: ac sese, aut coniugibus, aut patribus: fortasse etiam utrisq; orbas eo certamine futuras reputauere: & quid se in tanto discrimine facere deceret, quod etiam ratio posceret intellexere: tum quidem non uicto malis pauore, sed forti tum consilio, tum animo in medias acies intulere. At qua mente? ut si impetrare precibus possent prælium dirimerent, sin minus ut corpora sua parentu; ac coniugum telis, id est morti quam honestissimæ obiicerent. Vir bello acerrimus Aurelianus Augustus non triumphasset de Zenobia, neque decem in triumpho mulieres duxisset, quas uirili habitu pugnantes inter Gotos ceperat, cum reliquæ in prælio fortiter dimicantes cecidissent: quas originem ab ipsis Amazonibus ducere, titulus indicabat. Qualis autem Zenobia ipsa fuerit, ea quæ de Odenato uiro eius scribuntur, docere satis possunt. Fuit enim Odenatus uir acer, ac maxime inclytus: quem primam ætatem satis constat exegisse in capiendis leonibus, pardis, ursis, cæterisque siluestribus animalibus, famem, æstus, frigora, plu

uias in siluis ac montibus iusta perferentem: quibus dura tum facile postea bellicas difficultates, tum aduersus alios, tum maxime aduersus Persas tulisse, non aliter etiam Zenobiam coniugem assuetam, quam marito fortiorem fuisse perhibent, solitam etiam inter pedites ipsos uersari, ac plura passuum millia pedibus simul agere. Orientis totius mulierum omnium nobilissimam, & ut Cornelius Capitolinus tradit, etiam fortissimam. Audiamus etiam quae de Zenobia, ipse Aurelianus ad senatum scripsit. Audio patres conscripti mihi obijci, quod indignum uiro, indignum triumpho fecerim, qui de Zenobia triumpharim: ne illi mediussidius qui me accusant, abunde etiam laudarent, si scirent quae illa est mulier: qua prudentia, constantia, grauitate, liberalitate, seueritate etiam cum usus nocaret: ausim dicere Zenobiae fuisse, quod uir eius Odenatus Persas uicerit: ac fugato Sapore Ctesiphontem usque penetrauerit. Possum etiam affirmare, tanto Aegypti atque orientis populis mulierem terrori fuisse, ut se non Arabes, non Saraceni, non Armenij mouere ausi sint. Haud ego illam incolumem esse iussissem, ni scirem quantum inde populo Romano profuturus sim. quippe cuius liberorumque eius imperio oriens seruiret. Sed iam ad audaces redeamus: qui quales sint, cum in prouocãdo, tum post prouocationem ipsam in conserendis manibus, Taurea ille Campanus docere satis potest: nã uerbis quam re ferocior (ut est apud eundem Liuium) cum Claudio Asello milite Romano, quem etiam contempto iure hospitij prouocauerat, equo cõgressus, ubi aliquantum pugna extracta, sine ullo esset uulnere: minitabundusque dixisset in cauam uiam dimittendum esse, ubi consertis manibus decernerent, nullo ibidẽ equis ad euagandũ dato

ſpacio, & Romanus confeſtim equum in uiam egiſſet, ipſe repente concitato equo, Capuam refugit. In quem illud in draneem Turni dici rectiſſime poteſt, ꝙ ei uetoſa in lingua pedibuſq; fugacibus Mauors eſſet. Et ſane audaces uetoſi ſunt ac tumidi: pluraq; ſibi arrogant: ut qui uideri fortes uelint. Quo de genere ſunt etiam milites glorioſi. Curate ut ſplendor meo ſit clypeo clarior, ꝙ̄ ſolis radij eſſe olim cũ ſudum eſt ſolent, ut ubi uſus ueniat, contra conſerta manu præſtringat aciem oculorum in acie hoſtium. Hic qui tam multa magnaq; uideri uult promittere, ubi in conſpectum aduerſarij uenit, ut ſtatim ſeſe perijſſe dicit? ac deprecabundus uapulat, uincitur, tandemq; exolutus habere ſe gratiã dicit. Etenim glorioſiſſimus quiſq; eſt elata inſolentiq; oratione: atq; ut ſeipſum iactat extollitq; ſua, ſic alienæ laudis eſt perꝙ̄ inuidus: & tanquam contemnit abſentes. Idem ubi in aduerſarium incidit, nec uerbis nec re ſubſtat: ſed perhorreſcit conturbaturq; tanquam deprehenſus. Stolidorũ uero quæ laus eſſe poteſt? in quibus nullus periculorum delectus, nihil in re gerenda penſi. Siquidem magis impetu ac temeritate rapiuntur, ꝙ̄ certo animi iudicio: & ita quidem ſeſe periculis obiectant ut uix ſentiant quid parẽt, aut quid ſequantur.

Audaciã minus quã timiditatẽ recedere a medio.

Voniam autem quales et qui audaces eſſent, abũde ut uidetur expreſſimus: ac de timidis ſatis multa diximus: iam ad fortes tranſeamus. Nec tamen me præterit, rerum ſcriptores ſolere etiam audaciam laudare: itaq; audaciam in bello pro muro haberi dicunt: & ꝙ̄ audaciſſime iri in hoſtem, atq; aduerſus pericula uolunt. Eſt enim facilius audentem moderari ac retinere, ꝙ̄ excitare atq; impellere metuentem. Siquidem audaces non tam re-

cedunt a medio: cuius etiã ꝓpter fiduciã uidentur esse quodãmõ participes. Nunc quod restat quod aperire q̃ maxime cupimus, exequamur.

De fortitudine heroyca deque uiris fortibus.

Excellentem, atq; heroycam,, quandam uirtutẽ eẽ fortitudinem plane constat, siquidem in maximis maximeq; difficilibus uersatur periculis, mortemq; contẽnit, decoris adipisci gratia. Et ut Maro inquit Vitam pro laude paciscitur. Eadem labores q̃ per se molesti sunt, non modo patitur, uerum etiam perpetitur, in quibus perpetiẽdis exultat, maiorq; existit aduersa quoq; ita fert, ut fortunã infra se positam habere uideatur: omniaq; quæ possunt homini euenire sic contemnit, ut quasi pro nihilo ducat: habita tamen eorum ratione atq; delectu. Hæc igitur taliaq; præstare atq; efficere: generosissimi & maxime præstãtis ẽ animi, qui ꝙ rationes inueniũtur (quando p̃stans oẽ perrarum) ideo pleniori quodã ore laudãtur, & in honore atq; admiratiõe habẽtur etiã summa. Hos græci heroes dixerũt quorum honoratissimum Herculem faciunt, ob totiens exãclatas erumnas, totq; monstra perdomita: ut nec iniuria: q̃ bellica a multis dicit̃, heroycã agnominare placuerit ab heroybus, Hãc igitur qui fuerit amplexatus: qui grauissimis rebus ac laboribus perferendi, quiq; difficillimis belli periculis, aut peruincendis assueuit, aut ita sese instituit, ut si minus id assequi possit, pulcherrima morte decũbat, is ille est sine controuersia fortis atq; in heroũ numero percẽsendus, qui quoniam & timet, & confidit, & tolerat ubi & q̃ opus est, & quã ob causam debet, atq; ut recta monet ratio, nimirum mediũ, ut diximus, inter audacem, & timidũ tenet locum: quorum alter cum nimis omnia metuat, necesse est ut paru; admodum fiduciæ habeat: deterreaturq; ab aggrediendo, alter quia supra uires, supraq; q̃ ratio ipsa

docet confidit, nec quæ debet atq; ut debet metuit, turpiter ab inceptis: atq; ab iis quæ aggressus ẽ ut desistat oportet: corruatq; sub mole rerum quibus est impar: ut hæc & alia pauloante de eodem ipſo dicta sunt. Et quoniam nisi assuescendo fortis euadere nullus potest: quod idem de temperato & iusto dicitur: oportet primum ut assuescat pati, laboriosa, dura, aspera, difficilia toleratu, periculosa aditu, per quæ fit ad fortitudinem uia. Nõ ita me genitor bellis assuetus Opheltes, Argolicũ terrorem inter, Troiæq; labores, sublatum erudijt: a teneris se annis institutum tolerandis militiæ laboribus ac bellorum periculis, ait apud Virgiliũ Euryalus. & Camillæ illi armentalis equæ mammis, ac ferino educatæ lacte, pater metabus, spicula ex humero late suspendit & arcum. Ac pro crinali auro, & lõge pallæ tegmine. Tigridis exuuiæ per collum a uertice pendent, Virgilio itaque authore etiam mulier huiusmodi laboribus assueta, ægregiam sibi ex fortitudine cõparare laudem poterit: unde & uiragines dictæ: per has etiã artes gẽs Amazonũ immortale est nomẽ adepta. Quocirca perpessorẽ esse oportet uirum fortem, & contemptorem rerum erumnosarum, quibus tolerandis sese intendat ad firmitatem. Idem placide quoq; & sedate adit pericula. Vnde Virgilius ut fuit ægregius pictor fortitudinis ait. Olli surridẽs sedato pectore Turnus, Incipe siqua animo uirtus & consere dextram. Et ꝑfecto ni sedato sit animo, necesse est inter congrediendum turbari eum atq; confundi. Eundem quoq; uultum atq; animum in tolerandis malis retinebit, ut non solum non appareat cedere eũ ac ueluti põdere pressum labescere, sed placide etiã ac sedate ferre, & onus ipsum quodãmodo contemnere: atq; ex ipſo contemptu sese intendere ad firmitatem. Inter illa quæ putant cuncti aspera, fortis fui lætusq;. Recte sane gloriatur Thyestes. Iram quoq; abijciet illam,

quæ mentem atq; consilium, rationem denicq; ipsam a uero rectoq; detorq̄t: atq; ubi uehementior fuerit, ꝓpe ad insaniam impellit. Quãobrem iratus aliquis, aut furoris stimulis percitus, uirum fortem præstare nequit. Cuius rei idẽ nos admonet poeta, cum ait. Et si continuo uictorem ea cura subisset. Rumpere claustra manu, sociosque immittere portis. Vltimus ille dies bello gentiq; fuisset. Sed furor ardentem cædisq; insana cupido, egit in aduersos. Neq; enim uir fortis cæde lætatur: & tanq̃ saginatur cruore: quod irati est ac furentis in acie: quãq̃ enecat uictoriæ, non necis gratia: quod etiam Liuius confirmat cum ait. Cædes inde fugientium, qualis ubi ira magis q̃ uirtute res geritur. Vides ut ab ira uirtutem separet? Itaq; ferarum est ista sanguinolentia. Et quoniam de heroyca uirtute disseruimus, heroũ quoq; agamus exemplis, a poetis ea mutuati, q fortissimorum hominum facta, præclarissimis sunt uersibus illustrare conati. Quid de Hercule etiam infante in Tragœdijs dicitur? Gemina cristati caput angues ferebant ora, quos cõtra obuius reptauit infans: igneos serpentum oculos remisso pectore ac uultu placido intuens. Arctos serenis uultibus nodos tulit: & tumida guttura tenera elidens manu prælusit Hydræ. Quid de eodem parante se in pyram conijcere Philocteta refertur? Quis sic triumphans lætus in curru stetit uictor? quis illo gentibus uultu dedit leges tyrannus? quanta pax obitus tulit? uultus petentis astra non ignes erant. Quædam etiam nationes & in ijs Lacedæmonij instituisse dicuntur, ut præcinentibus tybijs, cantibusque remissioribus, milites in pugnam procederẽt. Sedatis cũ ac maxime cõpositis animis, iri adcõserẽdã manũ uolebãt. Et tñ in cõgressiõibus deterret aduersarium uir fortis: ac terrẽtis speciẽ præsefert: quod de Turno idem

Virgilius dicit. Tremunt in uertice cristæ sanguineæ: Clipeoque micantia fulmina mittit. Claudianus pauorem atq; formidinem Martis aurigas facit. Nec uero leonis illa pellis, herculeus ornatus, significare uidetur aliud, quam Hercules ut erat fiduciæ atq; animorum plenus, terrorem ijs incutiebat qui secum congrederentur. Ide; ille Turnus de quo supra est dictum, docet fortem uirũ, nihil dolo agere: nihil fraude moliri, sed sola niti uirtute, eamq; unam sequi. Tenebras inquit & iertia furta Palladij cæsis summæ custodibus arcis ne timeāt, nec equi clausa condemur in aluo. Luce palam certum est igni circundare muros. Et Capaneus haud quamq̄; passus esset, cum hoste dolo contendere ut de eo scribit Statius. Etenim fortissimus quisq; cum iusti honestiq; maxime studiosus sit: necesse est sit non solum non fallax, sed ueritatis cum primis amicus. Quem tamen ut fraudibus uacuum, sic cautum prudentemq; esse uolumus: nāq; ut a iusticia: sic a prudentia seiungi fortitudo nequit. Quid enim turpius q̄ decipi, præsertim ubi est de uita gloriaq; contētio? Cæsar quāq; toties collatis signis, cũ Gallis dimicasset, ubi cum exercitu in Affricā; traiecit, ad pugnandum cunctatior factus dicitur, q id genus hominũ fallax maximeq; insidiosum esse intelligebat. Quando aũt institui atq; assuescere necesse est eum qui fortis euasurus est, ac magna est uis exempli, proponēdus uidetur huic aliquis: quem imitetur: cuius gloriam tāq; duce; habeat, eoq; quodam quasi authore nitatur. Disce puer uirtutem ex me uerumq; laborem: quid ultra. Tu facito mox cum matura adoleuerit ætas: sit memor, & te animo repetentem exempla tuorum, & pater Aeneas et auunculus excitet Hector His Aeneas uerbis Ascanium filium hortatur, atq; ad uirtutem inuitat. Euander quoq; ad hunc ipsum Aeneam ait. Hũc tibi præterea spes & solatia nostra, Pallāta adiungā,

sub te tolerare magistro militiā, & graue Martis opus: tua discere facta assuescat: primis & te miretur ab annis, Intelligebat quantū cōfert exemplū atq; imitatio. Caesar cū Alexandri sepulchrū inuisisset, ab illo ita discessit, ut iam tum quae postea gessit, animo conciperet. Alexandrū ipsum liberi patris gloria, tanq̃ admotis stimulis impulit, ad decus, ad famā, ad immortalitatē comparandā. Minori Affricano maior: maiori pater patruusq; excpla domestica praebuere. Quamobrē ad fortitudinis laudē adipiscendam, multum etiam conferet imitatio.

De uirtutibus quae fortitudini famulantur.

Assidet itaq;, & tanq̃ ministrat fortitudini toleran
a tia q̃ est aequa laborum ac molestiarū perpessio: &
· duricia imbecillitatis molliciciq; expultrix. Assidet & patiētia, stabilis item & firma ꝑpessio eorū omniū q̃ dura, aspera, difficilia, grauia: erūnosa cōtingere unq̃ possūt. Firmitas quoq; quae periculosis atq; aduersis nullo modo succumbendū esse doceat. Item animi magnitudo quae nihil humile, nihil obiectum agi sinat. Fidētia quoq;, q̃ uires atq; animos ubiq; suggerat: & despicietia quae mala oia contemnenda suadeat: cunctaq; p̃ter uirtutē pro nihilo ducenda moneat. Cōfirmatio etiā, quae ē robusti ac uirilis animi institutio urgentibus malis minime cedendi. Generositas item, q̃ suadeat cuncta, praeter decus laudēq; contēnenda. Praesto est etiā cautio animiq; cōpositio, quarum altera doceat non esse periculis temere obiectādū, altera ne dolore, ira, libidine, aut impetu uicti rapiamur. Quid de constātia dicam? q̃ nō modo fortitudinis, sed temperātiae quoq; fida comes ē: quādo dolores reprimit: uoluptates euagari nō sinit, resistit periculosis: nō cedit aduersis: cōpescit impetus: iram cohibet: libidini reluctatur: nō cōcutitur repētinis: nō opprimit malorū aceruis, immota inuictaq;, & ubiq; ac si-

bi ſemper conſtans. Eſt huic adiuncta etiã cõtentio, inde dicta, ꝙ totis uiribus cõtendat, ut uictrix cõpoſq; euadat.

Qui ob edictũ aut pœnæ metũ pugnãt fortes non eſſe.

l Ic; aũt alio atq; alio mõ fortitudo dicat, ut plenius explicabimus, hic tñ quẽ nũc iſtituimus, quẽ heroum maxime ſimilẽ uolumus, quia nihil habere coactum, nihil arceſſitum, ſed ſuis uiribus ſuaq; uirtute niti: ſibiq; undiq; conſtare debet adibit quidem pericula non ut tyrũculus quidam, quem tum edicta ducum pœnæq; ſtatutæ fugientibus, tum increpatiões cõmouere ſoleãt, ſed quia honeſtum per ſe ac pulchrũ ducit fortiter facere. Etenim tyro ubi maior hoſtiũ uis ingruit, cui ſeſe imparẽ iudicet, edictorũ oblitus, ac pœnarum: nihilq; infamiã ueritus, ſtatim in fugã uertitur, præfertq; turpiſſimã fugã morti quã honeſtiſſimæ.

Gladiatores fortes non eſſe.

e Adem fere gladiatorũ ratio eſt: quippe qui exercitatione freti: ac digladiãdi peritia non animi firmitate, in certamen ꝓdeunt, facile enim quæ quis norit aggredi parat, tentatq; quæ ſæpius eſt expertus. Quorum euentus in re dubia & aſpera, fere nõ alius eſſe ſolet, ꝙ̃ quibus aliquid præter ſpem opinionẽq; euenit. nãq; ubi pericula & hoſtium impetus longe ſuperarint, mentemq; metus concuſſerit, nihil eſt eis fugacius. Et gladiatores quidem aliiq; armorum uel uſu uel ſcientia freti: pugnaces rectius ꝙ̃ fortes dicuntur.

Quod ſi uiri fortis propoſitum.

q Vo autem cõſilio, quo que animo congredi uir fortis incipiat, apud Maronem Pallas ille demõſtrat. Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis, aut læto inſigni. Congredi in animum induxerat, ut aut uirtute uinceret, aut mortem oppeteret ꝙ̃ honeſtiſſimã, Quid autem inde quæratur, quodue expectetur præmiũ, apud eun-

dem poetam Nisus docet inquiēs, facti sibi famam sat esse. Siquidē fortis uiri merces, quam appetiuisset, pro qua tantos etiam labores subijt, laus est ac famæ decus egregium: quæ recte honesteq; factorum comites esse solent, quāq; & conscientia contentus esse potest, & suas res sic ab alijs laudari audit, ut ad seipm̄ potius respicere uideatur. Quocirca cum & sciat quid paret: & quo tēdat, intelligatq; quid se deceat, & quomodo & quid etiam præstandū sit. Ad hæc cum ab ipa uoluntate, honestæ præclaræq; actiões pficiscā tur: cumq; & ante agendum & inter agendum, prudens ac rectum iudicium adhibendum sit, quis dubitet uirū fortem non modo scientem intelligentemq; ad rem gerendam accedere, uerum etiam uolentem eligentemq;, quo sibi undecunq; ab ipso statim initio continue ad finem usq; q̄ consummatissime.

Fortem uirum maxime in repentinis enitescere.

Repētina quoq; & nec opinata, uel cum primis uiri fortis magnitudinē ostendunt, in quibus eo maior cernitur, q̄ illis sese inuehentibus nō solum nō cædit, aut animo consternatur, sed quod maximum est: cum nullus in ijs quæ repente accidunt, relinquatur consilio atq; electioni locus nullumq; ad colligendas uires, animumq; confirmandum spacium detur, ipso tamen habitu, & obsistit illis: & ingruentibus obuiam procedit: quod præstare eo est præclarius quo difficilius. Nam in ijs quæ promisa & bene ante prospecta sunt, consilium, ratio ipsaq; animi confirmatio, & ad eligendum, & ad aggrediendum plurimum adiumenti afferunt. Nec quæ prospecta sunt, eoipo parum opitulantur, quod aut omnino nihil, aut certe parū quod inopinatum sit secū afferunt, quod deijcere atq; conturbare possit animum: cum ij quibus pericula repēte obijciuntur: necesse sit habitu solo nitantur: quando nec in-

capiendo consilio, nec in ratione incunda, præsidij se habẽre quicq̃ intelligunt,

Fortem nihil simulatum aut inflatum habere sed æquabilem ac temperatum esse debere.

Quamobrem cum oĩa in fortitudine solida esse debeant, sibiq; apte undiq; firmiterq; constare, nihil fucatum habere fortẽ par est, neq; esse gloriosũ, uanumq; rerum ostẽtatorẽ: quanq̃ locus tempus, fortuna, res sæpe ipsa, de se suisq; ut prædicet meritis exigit. Ac tũ quidem ad rem ipsam atq; ad tpa non ad ostẽtationem quæ dicit, referre ipm apparebit. Sum pius Aeneas raptos qui ex hoste penates, Classe ueho mecum fama super æthera notus. Fuerat enim ad ignota loca, atq; ad barbaros tempestate delatus. Et Scipio quo tpe cum Annibale parabat confligere, celsus corpore, uultuq; adeo læto milites allocutus dicitur, ut uicisse eũ iã crederes. Et uero fortis uir quo plura gessit, maioribusq; se dignũ laudibus sentit, eo maiorem æquabilitatem, moderationem, continentiamq; retinere debet: seq; intra gyrum rationis coercere. Idem Scipio in medijs difficillimi belli apparatibus, bonarum artiũ studia non prætermisit, philosophoru; scholas crepidatus frequentans: ac post tot uictorias, ne animum tantarum rerũ conscium, sibiq; præsidentem insolescere pateretur, in eruditorũ hoĩm familiaritatibus, multaq; librorũ lectione uersatus est. Quãto q̃ Alexãder rectius, quem præliorum fœlicitas, rerum humanarum, ac sui ipsius, immemorem fecit. Quid antẽ indignius q̃ pati eũ animum insolescere ob res gestas, quẽ nũq̃ casus, nũq̃ q̃uis aduersa fortuna demiserit? ut a quo pectore demissio hũilitasq; aliena sp fuit, in eo isolẽtia tumorq; dñet: cũ isiatio ipa erroribus referta sit: atq; in falsis opinionibus uersata, turpiter ab oibus irrideat, atq; ab illis maxime, qui coram adulari consueuere.

Qui ob amorem pugnent fortes non esse.

Ed nec in ordine fortium collodandi uidentur, qui ob libidinem amoresq; uel adoriūtur periculosa, uel perpetiuntur tristia. Nam & amantes multa audēt plura etiam quamuis grauia, æquo animo ferūt: in eo tamē peccant, q; uel aggrediuntur quæ aggredienda non sunt, uel tolerant q̄ tolerari nullo modo debeāt: nec quam ob causam debeant: quippe quibus proposita sit uoluptas ea, quæ homini cum beluis est cōmunis, indignum sane preciū. Galeatius Mantuanus uir sane impiger, Papiæ cum hibernaret, forte in ponte puellam quam unice amabat obuiam habuit. ea ut per blandam aliquam iocandi speciē, amātem ad colloquium inuitaret, quin tu inquit bellissime amator qui tantum tibi armatus in acie places, e ponte in amnē amoris gratia desilis? Hoc ille audito, concitato repente equo, sese demisit in fluuium: quo exanimato, uix Ticino natabundus emersit. An hic tibi magnus uidebitur? cui nihil aliud tanto fuerit quæsitum periculo, q̄ ut mulierculæ & quidē iocanti satisfaceret, quæ sese ne id aspiceret auertisse dicatur. Leuitas hæc est, & quidē plena stoliditatis, Galli, Britanni, Germani, sed Galli maxime, dum alius aliā inter amantes amoris causam atq; patrocinium suscipit, ut quem strenuū nacti sunt: in certamen prouocāt, pugnæ legibus propositis, interdū adeo duris, ut in certamen prodeundū sit, corpore maiore parte exarmato, concurrendumq; hastis et equis primo: deide pedibus res gerēda, cominus gladio ac securi. Quo quid uideatur stolidius? quippe cum uitā, ob tam leuem & quidem turpem causam manifestissimis periculis sponte obijciant. Ad hæc adulteri, incesti, atq; id genus, legibus damnātur: quas impudētissime uiolāt: cū fortes uiri leges tueātur: quippe quæ optimis & fortissimis quibusq; præmia, honoresq; decernunt. In Italiæ nobilibus ur

bibus equestres ludi fiunt simulatæ pugnæ imagine. His in ludis pulchrũ est exerceri, cũ sit ueræ pugnæ meditatio. In quibus tñ nullus quãq̃ uictor, potest ueræ uirtutis laudem assequi: siquidẽ uerũ decus ex imaginario certamine comparari nequit. In quo etiã corporis q̃ animi uires præstare magis soleant. Ad hæc in ea concursione emori, quam tantã afferre laudem potest? quando nihil ægregium ei est morti propositũ. Sed exercitationis huius laus est omnis, q̃ adolescentibus sit quoddam militiæ rudimentum: nec ne teratos patiatur armorum lõga intermissiõe desides fieri.

De pugnantibus ob iram uel dolorem.

r Estat etiam de dolore iraq̃ disserere: qui affectus quantos habeant impetus, poeta declarat cum ait, dolor iraq̃ mentem præcipitant. Siquidem doloris atq̃ iræ stimulis agitati perinde ut cæci in pericula feruntur. Quãquã ira ipsa quæ rationi obsequitur: quæ mouet anĩos præclaras ad res adoriundas, & tanq̃ ignes quosdam exuscitat, est etiã laudanda: neq̃ eñi frustra homini a natura inest. Sed ubi uehementior fuerit, ubi contẽpto rationis imperio, amẽs atq̃ in furorẽ acta desæuit, tum quid habet qđ accusari iure non debeat? Est autem ira ulciscendi cupiditas quædã: uel ut Cicero definit, libido puniendi eius q̃ uideatur læsisse iniuria. Qui uero reponendæ uindictæ dat operã, is utpote læsus dolet. Est itaq̃ etiã iræ comes dolor, qui & ipe ulcisci cupiat. Vbi uero ultus quis est, tũ sedata ira doloreq̃ cõpresso, uoluptatem ex uindicta capit: atq̃ eo maiorem quo acerbior uindicta fuit. At fortes honestatem expetiscunt ac decus, non ulciscendi uoluptatem: per quam ad feritatẽ dilabãtur: sequũturq̃ nõ motus inordinatos ac uiolentos, sed rectam rationem: quæq̃ ab ea proficiscuntur recta honestaq̃ consilia quamobrem feritas hæc quidẽ magis q̃ fortitudo uideri potest, siquidẽ feræ ubi uulneratæ

telũ sensere, dolore rabieq; præcipites, in percussores rapiuntur. Et huiusmodi quidẽ homines feri sunt, atroces, sanguinolenti, eorum sunt truces uultus, fœdi animi, impetus quales sæuientium beluarũ. gaudet cruore fœdari sanguinolentia, Exultat cædẽdo atrocitas. nihil est feritate impetuosius: nihil magis rabiosum. Quæ uitia longe sunt a uiro forti aliena. Sed qm̃ ut iam diximus, naturale est homini irasci, ac p iram uigor quidã animo subministratur, q alacritatem gignit illam, in qua non parum est ad res arduas aggrediẽdas easdemq; superandas momenti: uidendũ est forti quousq; irascendum, & quam etiã ob cãm: ne rõnis prætериẽs regulã, modũ relinquat, quo relicto, non est cur laudare irã recte possis, a qua ferarũ more rapiamur.

Fortes non esse qui pteritis uictorijs confisi pugnent.

PRæteritæ quoq; uictoriæ, ac fœliciter sæpius tẽtata pericula aïos faciunt uincendiq; spem erigunt. Ob hanc uero ipam spem sunt qui periculũ adeãt: quippe cum confidant nullis interim perpetiẽdis acerbis, se superiores euasuros: qui mihi haudquaq̃ temulentis multũ dissimiles uidentur: qbus ex uino nihil est cõfidentius. Etenim temulentia plena est animorum & spei. Hi igitur cũ omnia prospere sibi cessura sperent, hac spe fiduciaq; congressi, ubi secus qd accidit, statim incœpta deserunt: nec reputant q̃ sit turpe terga dedisse. Iudicant enim præstabilius esse ignauiter fugiendo uitam tueri, quam fortiter repugnando ægregie cadere. Nec uero multum differre ab his uidentur, qui rem sibi cum ignauo futuram hoste putant. Itaq; acriter initio rem gerunt, nec tam uiribus freti suis, q̃ hostis ignauia. At ubi aduersarium resistere, telaq; regere, ac comminus gladio manum cõferturum intelligunt, abiectis armis, fuga salutem quærunt. Quod de Treueris apud Cæsarem legimus, qui ar-

bitrati Labienum fugere, eum flumen transissent, ubi sensere illum signum suis dare, ne primum quidem impetum sustinuere, seq; statim in fugā uertere. Alij ex improuiso adorti, aut plures pauciores, aut armati iermes, aut e superiore, sibiq; plane commodo illati loco, his ipsis de causis, certa uincendi spe capta, aduersarium inuadunt: quos ubi spes frustrata fuerit, illico pedem referentes uideas. Et quidem ad primum aduersarij telū. Quid q dum se cum imbecillioribus dimicaturos putant, cum alijs præter opinionem id est cum ignoto congrediuntur hoste? Horum omniū unū uidetur esse cōsilium, ut futuros se superiores sperent, nullis tolerandis aduersis, nullo aut certe q̄ leuissimo obeundo periculo. Nam fortunæ qui fidit, is externo fauore, non sua uirtute nisus, ubi parum aspirantem sibi eā uiderit, statim animū summittit, deq; gradu deijcitur. Quocirca cum ab his lōge secus fortis uir sentiat, seq; oppido aliter īstituat, an est cur eorum de quibus loquimur, aliquem in fortium referre numerum debeas?

De fortitudine ciuili & ijs qui ob honorem pugnent.

Quoniam autem in bene constitutis ciuitatibus, magna est honorū reuerētia, plurimumque in ijs opes ac potentia ualent, ægregius quisque ciuis quo maiores honores consequatur, seque suasque actiōes ad populi maxime opinionem refert: idque potissimum & agit & cōminiscitur, quo bene de se ciues sentiant, ut per hanc opinionem honores ipsos facilius consequatur: maioremque sibi in republica locum cōparet. Quocirca totos se ad populi uoluntatē cōponunt: eiuus auras potissimū captant: nihil opibus, nihil clientelis potius iudicantes. Et hi quidē honorē expetūt, quem quoniā rebus cæteris anteponūt, pati repulsam atq; inhonoratos uiuere, turpissimū esse ducunt: quin uita ipsis molestissima esse appareat, si uel exigua honoris, aut

famæ iactura subeunda fuerit. Itaque quæ agunt, honoris cā agūt: cuius sunt q̄ studiosissimi: turpia defugiūt, ne ꝓcul a republica ciuilibusq; muneribus uiuendū sit. Quare timēt opprobria, fugitāt increpatiōes, nihil magis q̄ malā de se populi opinionē ueriti. Adeunt etiā libenter pericula tolerantq; quæ grauia & acerba uideantur, ꝙ intelligant fortissimos quosq; a ciuibus maxime honorari, & in precio esse: ignauissimos uero iacere atq; contemni. Et hi quidē cū de conseruando nomine, auctoritateq; solliciti sint: cum patrias leges, improbamq; de se populi opinionē cumprimis uereantur: cū denique honestatem sequantur, siquidem honesti ipsius idest honoris gratia, Labores publicaq; munera suscipiunt, ad fortitudinem propius uidentur accedere. In eo tamē peccāt, ꝙ nō aut tolerāt molesta, aut aggrediuntur periculosa, ut fortiter agant: sed id metuunt, ne si cesserint, ex declinatione & fuga sequatur infamia atque inhonoratio. Quamobrē non id primū agunt, ut recte faciāt, atq; ut recte agendo decus adipiscantur, uerū ut infamiam fugiant, deuitentque accusationes ac uulgi rumores & opprobria, illorum similiores qui a turpibus continent, nō honesti & recti gratia, sed id tm̄modo cauent, ne cōuictos pœna sequatur. Siquidem remotis arbitris, facta spe impune grassandi, nulla hōestatis eos capiet reuerētia. In eo igitur a uiris fortibus maxime differunt, ꝙ cū ipsi ciuiles tantum honores & appetiscant & quærant, satis habent infamiā defugisse, cū illorū animi in sola decoris cōparatione cōquiescant, & ita quidē infamiā ac turpitudinē fugitent, ut qui decori assequendo tātūmodo intenti sint. Ad hæc noster hic fortis turpitudinem propter se uitat, quam ille ad inhonorationem referat, authoritatisque iacturam. Quamobrē ꝙ labores adit ac pericula, & quidem pudoris atq; honesti gratia ciuilis quædā appellata est fortitudo, tametsi ut ostē

sum est a uera pfectaq; fortitudine multū distet: Titi, Herminius ac Lartius fortissime rē gerētē Horatiū cōspicati, cū ipsi a fugiēdo destitissent ita qdē pugnauere, ut appareret eos ignominiā magis ueritos, q̃ ut pro patria fortiter agerēt, dimicare. Itaq; ad extremū nō expectata pontis ruina, ad suos refugere, q̃ incœpto persistere maluerunt. Quocirca tanti facinoris laus ac præmium apud Horatiū solū māsit: publico totius populi patrūq; testimonio. Cæsar in insidias delatus, cū suos fugientes cerneret, nūc hos manibus prensando, nunc illos obiurgādo. Scuto deniq; e sinistra fugientis militis ablato, pugnam fortiter dimicādo restituit: atq; ex insidijs cum exercitu sic euasit, ut solus ipse fortiter fecisse, cæteri ob pudorem magis q̃ ob uirtutē rem gessisse uideantur.

De militibus.

D uerā etiā fortitudinē proxime uidentur milites accedere quādo labores ēt grauissimos suscipiunt, & pericula adeunt psæpe maxima. S; cum nūc minis ac metu pœnarum, nunc exhortatiōibus precibusq; adducti: aut prædæ cupiditate capti: aut exercitatione peritiaq; rei bellicæ freti, magisq̃ uirtute ipa rem gerant, pugnaces potius quā fortes uideri iure possunt. Nec uero inficiamur uniuersas aliquando copias uideri fortiter egisse. Sed cum hæc ipsa uirtus tam sit rara, tanq; excellens, uidendū est quomodo tanta tamq; eximia laude exornemus etiā multitudinem, cui ut sit idem quod forti uiro ppositum, singuli tamen ut sibi omni e parte cōstent, fieri uix potest. Est enī res tum imprimis difficilis, tum supra q̃ dici potest rara. Nam quāq̃ uirtus expetendam sese omnibus præbet, paucos tamen eius pertingit possessio. Quod si quis unquam uel populus uel exercitus, eiusmodi laudibus dignus fuit, is profecto populus romanus fuit: cuius hæ laudes proprie uideantur, propter tam multa ab eo fortissime

gesta, ut quod in maximis populis nationibusq;, uix paucos contingit uel ciues uel imperatores, id populũ romanũ etiam uniuersum contingant: siquidẽ nõ prædæ cupiditate, sed pro patria, pro libertate, pro honestate, pro decore bella & religiose suscepit, & fortiter administrauit. Qua igitur animi magnitudine toties hostem uicit? qua cõstantia maxime laboriosas atq; erumnosas res, & pertulit & superauit? qua etiã alacritate incurrit in mortẽ, ubi fugæ indignitas uitæ honestati obstitisset? Nec sit mihi nũc de singulis imperatoribus aut consulibus sermo, quos nõ fabulosa cõmẽta, sed res ipsæ fecere tã illustres, q̃; hodie et sunt, et olim erũt. De populo ipso loquor, cuius res gestæ quales fuerĩt, orbis terrarũ perdomitus docet. Omnino militaris siue scientia siue disciplina, præceptis atq; exercitatiõe cõstat. Quã ob causam milites nõ nisi iussi, castra mouẽt, iter faciunt, signa sequũt: ac facta pugnãdi potestate, manũ cũ hoste cõserũt, freti maxĩe exercitatione atq; armorũ usu. Quos nũc ira incensos uideas, nũc fame tanq; feras in pericula rapi, alibi irritãt eos increpationes, aut ꝓposita præmia, timent ignominiã, uerẽtur ĩfamiã si cesserint, ac tũ hostis gladiũ, tum ĩperatoris secures. Consul Romanus in agrũ Gallicũ cum traiecisset exercitũ, põtẽ rescindi iussit, ut sublata fugæ spe, milites scirent omnem in gladio spem positam esse. Qui reliqui fuerũt e clade Cannẽsi, eos Senatus deportari in Siciliã iussit, non nisi bello finito sublata facultate in Italiam redeundi. Annibal cũ duce Romano in Africa conflicturus, suis edixit, ut quẽ ex acie fugientem cernerent, habitum pro hoste cæderent. Appius Claudius re cum Volscis male gesta, ob militum contumaciam, in desertorem signorũ exercitũ acriter pro concione inuectus, Centuriones uirgis cecidit, ac securi percussit. Reliqui forte dicimus quisq; ad supplicia lecti. Hæc aliaq; huiusmodi uim ne-

cessitatemq; afferre uidetur. Cogunt enim, cũ fortitudo uoluntaria esse debeat. Horũ igitur studium ac munus, ē belligeratio & præda, pſertim ubi mercenarij fuerint, qualis est temporis huius militia. Quocirca exercitatio ipsa, assiduaq; laborũ perpessio, frequẽtiaq; certamina, præstant milites pugnaces, impigros, acres, strenuos, alacres, quæ militares præcipue uirtutes esse dicũtur. Etenim pugnacitas est siue studiũ, siue uoluntas ꝓpensior pugnæ cũ hoste conserendæ. Impigros eos dicimus, qui instructo paratoq; ad militares labores suscipiẽdos sunt animo. Acres, qui uehementes pſeferũt impetus: & uires quasi maiores. Alacres, qui uolẽti ac læto animo ferũtur in hostem. Nam strenuus, quando nomẽ a sternẽdo ductũ est, a strato sæpius aduersario, aut ꝙ uiribus cõtẽdat oĩbus, ut illũ sternat, dictus uidetur. Ex diuturna itaq; laborũ perpessione, milites tũ quæ alijs aspera uidentur tolerãt: tũ ꝙ in periculis uersati diutius, plura contẽnunt: quæ bellicæ rei impitos terrificant. Iidem quia nouerũt qua ratione ictus aduersarij declinari queãt, quomodo etiã petẽdus hostis sit, nõnũꝗ; armatis inermes occurrunt. Ex quo fit ut fortes uideãtur. Nõ esse autem eos plane fortes, tũ quæ supra diximus satis docent, tũ ꝙ ubi acrius hostis ingruerit, aut ubi locus iniquior fuerit proiectis armis uertuntur in fugam.

Feroces non esse fortes.

Ed nec feroces in fortiũ numero uolumus. Siquidem maiore ferãtur impetu, nec qua debeant ratione pericula metiantur. Quinetiã ad feritatẽ dilabãtur. ad hæc ferox ingeniũ, & gentes quasdã natura feroces dicimus. Nemo autem natura, aut ingenio fortis est, quare ferocia hæc aut militum est, aut barbarorum, non uirorũ fortium.

Exempla ueræ fortitudinis.

Eræ autem fortitudinis exēpla Græci Barbariq̧;
ū edidere permulti: sed Romanorū longe maximus ē
numerus, cuius mihi priceps uidetur Horatius Cocles. Siquidē in summa reipublicæ calamitate, in maximo euidentissimoq̧; populi Romani periculo, urgente grauissimo hoste, ꝓ salute publica, cæteris etiā fugā capessentibus, solus ipse se hostibus obiecit. at quo animo? ut dū pōs rescinderetur, hostis impetū detineret: interim pugnādo, non qđ desperantiū est, uitam contēneret, sed simul & hostem feriret, & corpus suum in quo salutē patriæ positam sentiebat tueretur: non tamē ut mori pro communi salute recusaret. Atq̧; ubi pōtem rescissum intellexit, nō arma proiecit, qbus hostes potirentur, nō scipsum in tāta ruina deseruit: sed natabundus ad suos saluis armis rediīt. Cuius pulcherrimu; facinus, non ciuiū modo atq̧; inimicorū animos admiratiōe impleuit. Sed si quid est quod deos immortales, mortalium uiribus factū moueat. cum primis credendū est, rarissimum hoc maximeq̧; admirandū facinus deos mouisse. Sed o uocē maxime memorabilē, rediens re infecta hostis, se quidē Romano potitum, solo ab Horatio uictum esse prædicabat. Sequitur Publius Decius Murena, quanq̧; in re satis dispari Is Tribunus militū, inducto ab Aulo Cornelio īcaute in eam uallem exercitu, circaq̧; insessam ab hoste, cum omnia metus plena, ipsumq̧; consulē consternatū cerneret, ductis secum legionis unius hastatis, euadens in cacumē hosti imminens, pauentibus re inopinata Sannitibus, spacio cōsuli ad subducendū agmen in æquiorem locū dato, sua exercitū uirtute seruauit. Neq̧; hoc facto cōtētus, macti uirtute inqt milites estote, q alios seruastis, uosmetipsōs seruate: digni q q̧; pauci pluribus salutē peperistis: nullius ope indigeatis. ne fame ac siti moriēdū hic sit, ferro uiā apiamus. Quid cū hostiū castra ui ꝓrupissent, uictoresq̧; cōsulis castris ap-

propinquarent? quãdo inquit milites uestrũ hoc factum omnis posteritas laudibus feret, lucẽ expectemus. Neq; enim ciuium seruatores, hostiũ uictores tãtis e periculis reduces tenebre ac silentiũ decent. Luce ac die opus ẽ. Ingressus igitur castra triumphãti similis, nõ expectauit ut moris erat: a consule concionẽ iam habente laudari, sed confirmato ad hostem inuadendũ cõsule, Sãnites sua maxime opera fusos cæsosq;, & castris exutos reddidit. Post quam uictoriã aurea corona, & centũ bobus, eximioq; uno albo, auratis cornibus donatus a consule, ipse bouem Marti eximiũ immolauit. centum boues in milites diuisit: periculorũ ac uirtutis socios. Vides q̃ hic undiq; sibi constet? Pugna ad Veserim cum Latinis conserta, cũ in magno discrimine res esset, & iam Romanus miles læuo cornu cæderet: cõsul Decius ut corpore suo rem Romanã tueretur, rogato põtifice ut præiret, uerba quibus se ꝑ legionibus deuoueret, deos rite precatus, cinctusq; cinctu gabino, armatus in equũ insiluit, seq; ineonfertos maxime hostes immittẽs, signa primo latinorũ turbauit: deinde in totã pœnitus aciẽ peruadẽs, cum oĩa terrore cõpleret, ibi magna strage edita, hostiũ telis obrutus ita cecidit, ut ex eo cõsternatæ latinorũ cohortes in fugam uerterent. Intelligis q̃ cõposito aĩo, uolũtariæ morti pro cõmuni salute se obtulit? q̃ anteq; caderet dignũ uiro in tã graui periculo munus edidit? Secutus paternũ exemplũ & filius legit. Coruinus cõsul cũ in ãcipiti esse loco rẽ cerneret: agedum milites, ut me in hostẽ inuectũ: ut ferro uiã sternentẽ uideritis, sic ꝑ se quisq; operã nauate: statim oĩa qua maxĩe stat acies, patefacta cernetis. Quo dicto ip̃e primus in hostem illatus: cũ quo gradũ cõtulerat statim obtruncat. Qua e re accẽsis militibus, ac renouato prælio, Sãnites in fugã sese dedere. Mutiũ Scænolam minus libẽter hoc in ordine collocarim, ꝙ eius factũ uideri potest fraude

non caruisse. illud præclarū q̄ errantē dextrā, ipse tam atroci supplicio affecerit. Barbarus miles quasi nouū aliqd afferret, ad Alexandrū imperatorem romanum auditu imperatorē Romanū auditu impetrato, gladio illū cōfecit in tabernaculo. Feritas hæc est, & quidē fraudis, atq; immanitatis plena. Idem a Germano milite tentatū aduersum Augustū Cæsarē scriptū legimus.

De quibusdam uiris fortibus.

Sed qui Romanorū fortissimus fuerit, in dubiū uerti uideo. Alij eñ Lucio Sicinio Dētato palmā tribuūt, cuius hæc laus est, ut cēties manū cōseruerit, octies ex puocatione uictor. Quadraginta cicatricibus aduerso tantum corpe nobilis, spolia cœperit uigintiquattuor. Donatus ipse hastis puris duodeuiginti. Phaleris uigintiqnq;: torqbus tribus & octoginta. Armillis centū quadraginta. Coronis ciuicis quidē quattuordeci;, aureis octo, muralibus tribus: obsidionali una. Alij Marco Sergio, q̄ tribus et uigiti uulneribus honeste acceptis: ac neutra manu, neutro pede satis utilis, sinistra manu sola quater pugnauerit. Ferreaq; dextra sibi relegata manū cōseruerit. Cremonā obsidione liberauerit. Placentiā tutatus fuerit. Duodena castra hostiū in gallia cœperit. Cūq; alīq uictores hoim fuerit. Ipse ut Plinius ait, uicerit & fortunā: Mālij Capitolini decora, eodē Plinio teste, his minora nequaq; fuissent, si nō ad ultimum oīa pdidisset. Regno suo inseruiēs. Siqdē adolescēs bina ex hoste spolia cœpit, Eq̄s oim primus murali corona dōatus. Sex ciuicis: septē & trigita donis. Duodetrigita cicatricibus aduerso corpe acceptis: Magistro eqtū Seruilio seruato: humero ac femore grauiter ictis, qđq; oim maximū, Capitolio a Gallis defenso. Nec mihi silētio prætereūdus uidetē pbus, is q̄ multis post hos sæculis Romanū tenuit imperiū. hic bello Sarmatico tribunus, trāsmisso Danubio, multa fortiter fecit: q̄ e re p cōcione laudatus ē. Cōatusq; hastis pu-

ris quattuor:coronis uallaribus duabus:ciuica una, uexillis puris quattuor,armillis aureis duabus:torq̃ aureo uno: patera item una librarũ quinq; ad rẽ diuinã.quo etiã tẽpo re Valeriũ Fecianũ adoleſcentẽ nobilẽ a Q uadorum libera uit manu.unde Valerianus Auguſtus ciuica eum donauit: addita legione tertia,quæ fœlix dicebatur:ueſtes etiam tri plices:ac ſalarium duplex dari iuſſit.Cui poſt Aurelianus Auguſtus decumanos etiã ſuos credidit.Tacitus quoq; Au guſtus, eũ orienti toti ducẽ præfecit:tradiditq; ſalariũ q̃tuplex.geminauit ẽt ornamẽta militaria:& cõſulẽ creauit: q̃ illũ pro uirtutibus Capitolina maneret palmata. Idem Marmaridas acri pugna uicit:Afros rebellionem parãtes coercuit.Aradionem ſingulari certamine uicit: occiſumq; ingenti ſepulchro donauit trecentorũ pedũ in latitudine Vicit etiã Palmirenos:maximãq; orientis partẽ, in Aureliani poteſtatẽ redegit.Creatuſq; militari conſenſu impera tor,Galliã recuperauit,cæſis ppe quadringentis millibus Germanorũ.Rhetias pacauit,Illirios: Sarmatas, finitimaſ q; gentes ita cõpreſſit:ut q̃ illi occupaſſet,prope ſine bello receperit.Palpherũ latronẽ Iſauricũ cœpit.Blẽmes ſubegit Ptolemaidẽ iuri Romano integram reſtituit:ſuiq; cõſcius, paucis anteq̃ moreret diebus gloriatus eſt, breui ſe facturum,ne populo Romano milites neceſſarij uiderent. Hæc ſunt ueræ fortitudinis exẽpla,e plurimis hauſta & tanquã delibata.Reliquum eſt ut quando de heroyca bellicaq; uirtute diſſeruimus,et qui qualeſq;fortes eſſent expreſſimus, quæ reſtant quæramus,ſi prius tamen uiderimus quod eẽ uictoris officium debeat.

De officio uictoris.

Vius ut arbitror prima eſt clæmẽtia:eſt em̃ uictis pcendũ quatenus t ratio patiẽ:ſiqdẽ uidendũ ne renouari bellũ poſſit.Atq; ut ſeditionũ pricipes pu

niendi, ubi alia ad securitatẽ nulla est uia, Sic imbellis multitudo etiã fouẽda. Meminerimus tñ nõ unã esse aiaduertẽdi rationẽ, ac nõnunq̃ noĩ nostro consulendũ potius q̃ peccata uindicãda. Quam Hannibal crudelis inuictos, tã Pyrrhus humanus ac mãsuetus fuit. Alexãder incendisse regiam illam dicit̃, ut furenti scorto satisfaceret. Alfonsus parci Neapolitanis iussit: atq; a direptione captæ p uim urbis statim contineri, fraternæ necis oblitus. Munius qui Acaicus est cognominatus, nõ sine magna etiã nota Corinthum sustulit. Quocirca post uictoriã nullus iræ, nullus cupiditati locus permittẽdus est. Temperãdi sunt animi: neq; insolescendũ ob res ad uolũtatẽ cedentes. Quin cũ maxime e sententia fluunt omnia, tunc maxime considerãda est rerũ humanarũ imbecillitas, fortunæq; incõstantia, cogitãdũq; hominẽ esse sc: qua e cogitatione æquabilitas illa gignit̃, quæ ubique atq; ab omnibus semper est laudata. Ita tamen amplectenda placabilitas atq; lenitudo, ut dignitas retineat̃, quæ uacare debet fastidio. Fugiẽda cũ primis impotẽtia. nihil superbe, nihil arrogãter, nihil auare improbeq; agẽdũ Tyrannorũ hæc sũt, ut iniuriæ ac cõtumeliarũ plena. Quid de crudelitate dicã, quæ omni est humanitate exuta? Quid eñ Lutio Sylla imanius? Quid Cæsare uictore mitius? Ita q̃ illius uictoria nobilitata ẽ direptiõibus, exilijs, cædibus. huius nõ mõ facta, uerũ etiã dicta, summã humanitatẽ, singularẽq; placabilitatẽ præseferunt. Videamus itaq; q̃d ad Oppiũ & Corneliũ scripserit. Gaudeo me Hercule uos significare litteris, q̃ ualde pbetis ea quæ apd̃ Corfimũ gesta sunt. Cõsilio uestro utar libẽter: & hoc libẽtius, q̃ mea spõte facere cõstituerã: ut q̃ lenissimũ me præberẽ, & Põpeium darem operam ut reconciliarem. Tentemus hoc modo si possumus hominum uoluntatem recuperare & diuturna uictoria uti, quoniam reliqui crudelitate odium effũ-

gere non potuere: neq; uictoriã diutius tenere, præter unũ Lucium Syllam, quẽ imitaturus nõ sum. Hæc noua sit uin-cendi ratio: ut misericordia & liberalitate nos muniamus. Id quẽadmodũ fieri possit, nõnulla mihi in mẽtẽ ueniũt, & multa reperiri possunt. De his rebus rogo uos ut cogitatio nẽ suscipiatis. Nec uero laudamus, q̃ patriæ bellũ intulerit q̃ñ subuertisse oĩa uisus est, cũ Regiã Sellã insedit: togataq; purpura per urbẽ processit. Quocirca dũ amicis aucto-ritatem nõ tribuit, dũ se ciuem obliuiscitur a paucis occisus est. At Scipio tot populorũ ac gentiũ uictor: nõ solũ ab æqua bilitate non recessit, sed, cũ uideret iniquius secũ agi, curia atq; urbe sponte excessit. Occiso Auidio Cassio qui res no-uas in oriente molitus fuerat, qua mansuetudine atq; pla-cabilitate Marcus Aurelius Antonius fuerit usus, Scripta docet ad Faustinã uxorẽ epistola, cũ ea imitius consuluisset. Tu quidẽ mea Faustina religiose pro marito, proque libe-ris nostris agis. Relegi eñ epistolã tuã in Formiano, quia me hortaris ut in Auidij cõscios uindicẽ. Ego uero, & eius liberis parcã, & genero, & uxori, & ad Senatũ scribam, ne aut ꝓscriptio grauior sit, aut pœna crudelior. Nihil est enim qđ imperatorẽ Romanũ melius cõmendet gẽtibus q̃ clæmẽtia. Hæc Cæsarẽ deũ fecit. Hæc Augustum consecra-uit. Hæc patrem tuũ præcipue ornauit. Deniq; si ex animi mei sententia de bello esset iudicatum, nec Auidius esset oc cisus. Esto igiť secura. Dij metuẽtur. Dijs pietas mea cordi est. Ad Senatũ aũt in hãc sentẽtiã scripsit. Deportati redeãt ꝓscripti bona recipiãt: atq; utinã possem multos ab inferis excitari. Quare Auidij Cassij liberis, & genero: & uxori ueniã dabitis. Quid dicã ueniã, cũ illi nihil fecerint? Viuãt igiť securi sub Marco Antonio. Viuãt in patrimonijs paren tum: sint diuites: sint securi: sint uagi & liberi: & per ora omniũ ubiq; populorũ circũferãt & meæ & uestræ pietatis

exemplū. In ipso quoq; uincēdi cursu magnopere uidendū, ne studio cædis, aut rapinarū, bellū gerere uideamur. Cæsar etiā in hostes mitis. Multa in ipso ciuili bello a Pōpeio ac Pompeianis ducibus fœde, atq; īmaniter facta. Sunt enī & sua aduersus hostē iura seruanda. Rebus uero cōpositis obliuiscendū iniuriarū, induendaq; tū amici tum patroni persona. Cūq; moderate oīa trāquilleq; administrāda sint, hoc nō alio assequi modo facilius poterimus ꝙ̄ si diligentissime seruatis legibus operā demus, ut æquo inter oēs iure uiuat̄. Secus enī agere, & iniquius se atq; insolentius gerere quid est aliud ꝙ̄ uictoriā fedare, hominēq; exuere?

Liber secundus. De fortitudine domestica.

SVperiore libro satis ut arbitror de fortitudīe bellica quā heroycā uocauimus dictū est. Et ꝗ ac quales fortes essent explicatū. Reliquū ē de illa fortitudinis p̄te dicēdū, quæ illos potius spectat, ꝗ p̄cul a bellicis periculis uiuūt: ꝙ̄q; & eos quoq; de ꝗbus disseruimus, genus hoc laudis p̄tingit. Siqdē magni ēt duces: tū liberos amisere tū patria aliqñ pulsi ī exilio uitā egere: aut deleto exercitu sæuiētē ī fortunā experti fuere, cū maxīo rerū uitæq; discrimine. Quæ pars qñ nullū nō attingit hominū uitæ genus, de hac quoq; præcepta trademus. Nā ꝙ̄q; maiores ex bellica fortitudine laudes manāt, ex hac certe non minus uberes bñ informādis atq; excolēdis animis fructus p̄cipi solēt. Nāq; in ciuitatibus cū alij respublicas administrēt: alij rebus tātum suis studētes, priuatā & qdē ociosam magis uitā sequātur, quotus qsq; ē ꝗ hūanos casus & resistantis fortunæ p̄cellas nūq; sit exp̄tus? qui singulis pene diebus experiat̄? Quid enim in hominū uita cōmunius ꝙ̄ ægritudo, luctus, exiliū, egestas, carcer, orbitas, repulsa, infamia? dolores ex patria, liberis, parentibus, uxoribus, propinquis, amicis? Quæ

aliaq; huiusmodi cum ratio ipsa toleranda doceat, præsto est fortitudo, quæ omnia quæ contingere homini possunt, magnitudine sua inferiora ducens: non modo constanter ferenda suadeat, uerum maioribus etiã uiribus statuat superãda Placet igitur hãc domesticã appellare: siquidẽ nõ in bello, belliciisq; laboribus ac periculis, sed domi atq; intra priuatos etiã penates existit: tum fortuitos, aut naturales casus ferendo constanter: tum ea agendo, quæ ad patriæ incolumitatem, authoritatis conseruationẽ saluteq; rerum tũ publicarũ, tũ priuatarũ spectent, ac tũ cognatorum, tum amicorum atq; clientũ, rebus cõsulãt. Nam & huic quoq; labores, molestiæ, pericula itẽ, et graues sunt casus propositi. Etenim eorum qui publicas res tractãt referta est uita, nõ laboribus modo ac molestijs plurimis, sed grauibus etiam casibus exposita. Iam uero quid molestius paupertate? qui acriores morsus q̃ amissæ libertatis ac patriæ? Cuiusmodi rerũ perpessione, an quæ potest in homine ciuili maior esse gloria? Huic itaq; suus quoq; hostis imminet. An nõ turpissimum est frangi doloribus? eneruari uoluptatibus? uinci cupiditate? dedecorantẽ humanæ naturæ excellentiam: seq; etiam infra bestias deijcientem.

Quæ uitanda sint.

Q Voniam autem ut ab Horatio recte præcipitur, uirtus est, uitiũ fugere: primaq; sapientia est caruisse stultitia, primum conãdũ est, ut uitia deuitemus, illa præsertim quæ ipsi fortitudini maxime aduersari uideãtur. Est enim imbecilli & mollis animi, laboriosa & molesta fugere: quorum e fuga nascitur desidia: effœminatio, & harum comes nequitia. Iam uero qui uinci se a doloribus sinit, habeat necesse est infractum animum. Cogitationes plenas langoris, consilia abiecta. Quid ꝓ q̃ dolores reformidat, tã sequitũ uoluptates? quibus ẽt sese dominãdum permittat.

Seruile omnino genus hominũ horũ:atq; in humana effigie beluarũ naturã retinens, a quibus quid est, qđ publice priuatimue expectari laude dignum queat? Ponatur añ oculos Heliogabalus, aut si externa te magis delectant. Sardanapalus, indigni qui inter hoĩes referantur: ne dum ut in principum numero sint habendi. Quã aũt feda detestabilisꝙ uoluptas ista sit, in ĳs libris plenius expressimus, q sunt a nobis de obedientia scripti. Cupiditas uero, malorũ oĩm ciuilium origo & fomes est. Cuius tanꝗ; e seminario pullulat ambitio? rapacitas, impotentia. Eius etiam illa cũprimis noxia & pestilens uis est, ꝙ nimũ ab æquo rectoq; ubiq; detorquet. Hæc igitur siue uitia, siue affectus: necesse est dominari & coerceri ab ĳs qui tum rẽpublicã recte administrare uelint: tum domesticas facultates conseruare atq; etiã augere honeste studeãt. Quibus coercitis forti necesse est animo, tum familiares curas obeant, tum ciuilia munera, qbus obeundis illud statim uidendum est ne honestas deseratur. Hac enim deserta, nullus esse fortitudini locus potest. Quo circa oĩs laborũ ac molestiarũ susceptio ad honestatem referenda est. Honoris etiã ac dignitatis ratio tenẽda. Arrogãtia cũ primis etiã ab ĳs qui magistratus gerũt remouenda est, retinenda tñ maiestas. Quo tẽpore minime sunt exercẽdæ simultates. ꝙ si in contentionẽ ueniendum fuerit, ita quidem contendendũ est, ut appareat nõ priuati odĳ: sed publici boni gratia, talis suscepta esse contentio, quæ etiam acerbitate sit uacua, Sed hæc plenius ab ĳs tractantur, qui de gerenda republica præcepta tradunt. Sicut igitur ciuilia munera fortiter ab illis obeunda sunt, qui in magistratu cõstituuntur, oĩsq; cogitatio & cura ad publicã salutẽ referẽda, ita quæ aduersa cõtigerint ferẽda cõstãter: quæ ut multa etiã contingant necesse est, propter rerũ humanarũ incõstãtiam. Quo tempore maxime debet elucescere ingenĳ ui-

gor, firmitasq; animorũ: & uires ipsæ magis ac magis intẽdẽdæ. Capiẽdaq; cõsilia aut plena roboris aut saltẽ nequaq̃ imbecilla. Existũt ꝑsæpe & in Republica seditiones: quæ arte industriaq; cõpescendæ sunt: quæ ubi sedari & coerceri nequeũt: fortissime eundũ est contra: proq; libertate oppetẽda mors est. Existũt & aliæ tũ difficultates, tũ pericula, quibus uigilãdo, agẽdo, multa ꝓspiciẽdo firmiter occurrendum sit. Quæ quidẽ efficiũt ut urbanæ res nequaq̃ bellicis minores nõnullis uisæ sint: nec minus clara utiliaq; uideãt, quæ domi gerunt atq; in toga, q̃ quæ foris atq; in caliga. Quocirca moderãtẽ Rẽpublicã, cũprimis uirilẽ maximeq; cõfirmatũ habere animũ oportet, ꝓpter multa tũ laboriosa & molesta, tum dubia & aspera, quæ plurimis e locis atq; causis soleãt tanq̃ pullulare. Atq; hæc quidẽ de illa domesticæ fortitudinis parte quæ rerum publicarum administratores attingit, satis sit admonuisse.

Officia fortitudinis domesticæ.

P Rima uero et præcipua domesticæ fortitudinis laus est illa, q̃ non illi summũ malũ in dolore posuerint. Quidã summũ bonũ in indolentia, docent nõ modo constanter ferendo dolori resistere, uerũ etiã uiriliter repellẽdo eũ superare. Sed cũ sint multiplices dolendi causæ: ac tã apertæ fortunæ ictibus simus expositi, difficile dictu est cuius doloris morsus sint acriores, cũ nõ oẽs uno modo aut dolorem metiãtur, au doloris causam reputẽt: & cuiq; fere in quo tunc est, dolor maximus uideat. Sed circunspicienti res humanas & causas cõsideranti nimirũ ut uoluptatũ ac bonorũ delectus est aliquis: sic & dolores inter se differre apparebit, nõ solũ magnitudine uerũ etiã qualitate. Quis enim nõ iudicet maiorẽ esse iacturã præstantis filij, ac magnũ in Republica locum tenẽtis, q̃ infantuli? eius qui sit unicus, q̃ qui in aliquo liberorũ numero? qui rei publicæ suæ prin-

ceps falsis populi accusationibus in exilium pulsus est, quanto qui priuatus ciuis & nocens?

De toleranda euersione patriæ.

Quoniam autem optimus & generosissimus quisque ciuis patriam cumprimis amat, necesse est ut huic ex patria euersa dolor sit quam acerrimus: in qua nõ solum genitus sit, altus, educatus, sed liberos quoque sustulerit: honores tulerit, magistratus gesserit, ac magnorũ uirorũ familiaritates, & amicitias iũxerit: Itaque quo maior & diuturnior est ex amissa patria dolor, eo firmiorem habere animũ oportet: & tanquam acrius futurum sit maiore cum hoste certamẽ, armis sese ualidioribus instruere. Cũque nõ prædã ex agris, sed arcẽ ipsam perire sentiat, coactis in unũ uiribus pugnabit. Esse in hominũ sic & urbium interitus. futurã quoque aliquãdo orbis deflagrationem: præponet sibi ante oculos, Athenas: Lacedæmonem, Thebas, Crotonem, Tarentum, Beneuentum, Capuam, Syracusas, Numantiam, Carthaginem, Romam, Ipsas quoque nationes stirpitus esse sublatas: deleta imperia, Reges extinctos, & genus ipsum hominum aliquando uniuersum, pœne absortum diluuione fuisse, nec indignãdum esse, manere nostram quoque rempublicam commune omnium fatum. Quæ acciderint, natura lia esse: & quanquam rara, tamẽ necessaria. Nihil enim quod aliquãdo cœperit nõ iteriturũ. Multũ etiã ad cõsolãdũ cõferet illorũ enumeratio, qui fortiter & ipsi sustinuere. Hique tanquã socij ascisc̃edi sunt. Præponat ãn oculos Clitomachus Carthaginẽsis, qui nõ ipse tãtũ forti animo tulit, sed ciues quoque cohortatus ẽ suos: ad exidiũ patriæ uiriliter ferendũ, Præponat etiã Stilbon Megarensis, quia patria capta ac direpta, interrogãti Demetrio nihil se amisisse respõdit. Nã

Archimenides, Syracusarum direptionẽ ne sensisse quidẽ uideri potest qui radiũ tenens ac lineas ducens, geometri cæ figuræ contemplandæ intentus cũ esset, a milite cõfossus fuerit. Talibus igitur munitionibus & his tãq̃ propugna toribus tutanda est arx: sedandusq; initio dolor, post etiam ex animo repellendus.

De tolerando exilio.

Proscriptionis exiliiq; facilior consolatio atq; ut in deleta patria ipsa necessitas rerũq; humanarũ cõdi tio, sic in adẽpta restituendæ illius spes solari uehe menter potest. Plurimi enim ab exilio reuocati legũtur, id quod quotidie uidemus. Cicero de se restituto etiã gloriaẽ. Quid q̃ alii sponte in exilio mãsere, ut Rutilius: alii ipsi si bi illud elegere, ut Scipio: qui quã ciuitatem tot nõ modo ui ctoriis exornauerat auxeratq; imperio, uerũ etiã a calami tosissimo ac diuturno bello liberauerat, in ea uiuere noluit. Metellus quoq; in exiliũ ire, q̃ Saturnini Tribuni plebis iniquissimas leges pati maluit. Albutium æquissimo animo Athenis philosophatũ legimus. Marcellũ Mitylenis. Publi us Ouidius exiliũ nõ solũ tulit fortiter, uerum multa quoq; in eo scripsit. Cuius quid eẽ potest illa uoce firmius. Omne solũ forti patria est, ut piscibus æquor, ut uolucri uacuo quic quid in orbe patet. Pallas strocha Florentia pulsus, Paduæ ita uixit ut exiliũ ad ociũ litterarũ conuertisse uidereẽ. Et superior quidem tomitanos apud quos exulabat, q̃q̃ bar baros atq; efferatis moribus, traxit tamen ad studia littera rum, sua etiam illorum lingua multa scribens, quæ frequẽ ti populo recitauerit. Quid q̃ integræ aliquando nationes, deserta natali terra, sedes alias quæsiere? Quid eñ tot græ corũ coloniæ, nisi uoluntaria exilia, aut olim fuere, aut nũc sunt illiricorum? qui nuper in diuersa Italiæ loca migraue runt. Vrbes quoq; quas incolimus, quo frequentiores sunt,

eo plures in ijs esse uidemus, qui patria sponte excesserint. Ac ne te illud moneat ꝙ non ibidem manere ubi natus es potes, illud respice, omnia incessabili motu laborare, ac nihil in terris esse quod in quo primum ceperat: consistat. Nã ꝙ carissima multa & animo tuo maxime grata relinquẽda sunt, consolari te uehementer potest, uel ꝙ uirtutes tuæ quibus nihil esse carius, nihil tibi gratius debet, tecum profecturæ quocunq; terrarum sunt, uel ꝙ breui non solum multa, uerum etiam omnia necessario tibi relinquenda erunt.

De toleranda repulsa.

Et quoniam plurimum quidem ab ijs qui respublicas gerunt, honori tribuitur, estq; magna populi opinio de ijs qui magistratus gerunt, necesse est ut dolor qui e repulsa concipitur, & magnus & acer sit. Mouet enim indignitas rei: & ꝙ alios præferri sibi difficile est pati. Sed consolabitur nos tum conscientia nostra, ꝙ ita quidẽ uixerimus, ut digni eo munere uideremur, tum populi incõstantia, & falsa plærũq; opinio: & ꝙ multorum est capitum belua ut inquit Horatius. Ad hæc ꝙ multi & magni quidem uiri, spretis publicis muneribus, ad uitam se priuatam contulere. Qua constantia tulit Cato etiam duplicem repulsam? qua Lælius & sapiens, & bonus uir? qua etiam Publius Nasica uir optimus Senatus iudicio cõprobatus? Refert Cicero scriptum apud Fannium fuisse, Publium Rutilium fratris repulsam consulatus, tam ægre tulisse, ut ob eam causam e uita recesserit. O fractum atq; abiectum hominem. At Diocletianus qua erat despicientia rerum humanarum, Romano se imperio abdicauit: ad quod gerendum cum reuocaretur, uocatis in hortos suos oratoribus, ita quidem respondit, ut rogaret eos lactuculas inspicerent, quas manu sua & seuisset, & coluisset. Quo dicto declarauit pluris se uitam illam quietam & tranquillam

facere,quam redire ad imperium administrandum. Sylla quamquam honoris cupientissimus, dictaturam tandem deposuit, passus & ipse in praeturae petitione repulsam. Augustus non semel cogitasse dicitur de administratione reipublicae populo romano reddenda: nec desiit ut Seneca tradit quietem sibi precari & uagationem a republica petere. Ergo quod tempus, quod satietas potest in homine bene instituto, ratio non poterit? Quocirca non modo patienter ferenda repulsa est, uerum etiam oblati honores nonnunquam recusandi, ut nobis ipsis uiuere aliquando possimus. Nec uero uita procul a republica atque gerendis magistratibus improbanda est, quando ut Horatius recte censet, nec uixit male qui natus moriensque fefellit. Nec solum autem philosophi ac litterarum studijs dediti, Sed principes quoque ciuitatum, in agris procul a publicis administrationibus id sibi uitae genus consilio delegisse uidentur. Quo tempore haud scio an etiam gloriosiores magisque admirabiles essent, quam cum in foro curiaque uersarentur.

De toleranda paupertate.

d Iuitiae quoque quoniam tanti habentur, ut in eis nonnulli bonorum finem collocare sint ausi, paupertas non solum quia difficilis & anxia, sed quod opprobriosa sit & dolore afficere, & contrahere animum solet. Desunt enim instrumenta, tum ad liberalitatem splendoremque, tum ad usus uitae alios etiam necessarios. Quocirca minime toleratu facilis uidetur: quinimo & animum conficit & pressu suo uehementer deijcit. Sed praesto erit fortitudo, quae doceat naturales illas non esse, immo ut quotidie uidemus multis exitio fuisse: quarum cupiditate & studio uita hominum imprimis uexetur. Quippe cum habendi libido uix unquam satietur, quoque plura possideantur magis augeatur atque excrescat. eius sunt furta, compilationes latrocinia, foenora, falsae obsignationes, rapinae, & pleraque

mortalium mala. Contra multos in re tenui uixisse honoratos, plenos fidei, probitatis, sapientiæ, gloriæ. Cunq; paupertas liberior, & magis secura sit, iccirco nonnulli, & p̄ stãtes q̃dē uiri, aut abiecerũt illas, aut parum oĩno curauere: in quibus & philosophi permulti, ut Democritus, Crates, Epicurus, Zeno, sed longe maximus est christianorum numerus, qui sorte sua læti, cum intelligerēt modicis naturam contentã esse, spretis diuitijs, uiuēdi securitatem secuti sunt. Fabricius cœnabat lætus fictilibus suis. Scranus agresti mēsa, q̃ tamen & quales tũ ciues, tum impatores. Atilius & Cincinatus ab aratro ad summos magistratus uocati sunt. Atilio regulo fortissimo uiro exiguus fundus satis fuit. Aemilius Scaurus Romani senatus sua ætate princeps, in parua pecunia claruit. Aemilius sexdecim uno tempore unam domunculã fuisse, & fundum unũ apud Valerium legimus. Pauli q̃ Persen duxit ante triumphũ, tã exilis census fuit, ut post mortē satis non esset ad uxoris dotē redimendã. Gnei Scipionis filia ex publico dotata ē. Quid q̃ Publio Scipioni funus de publico exolutum ob rei familiaris angustias? Menenio item Agrippæ iusta a populo facta, collatis in capita cestantibus. Valerio Publicolæ mortuo, funebris lectus et rogus defuisse dicitur. Itaque ob domesticas diuitias litterarum hominum, aut principum in republica, nemo habitus est melior. Senecam diuitiæ non probiorem reddidere, sed maledictis hominũ magis expositum. Quare ob amplitudinē pecuniæ q̃ illũ secuta mors ē? q̃ tot Græciæ pricipes causa, tot Romanos in exiliũ expulit nisi hñdi cupiditas effrenatior? Frãciscus aliquot añ sæculis: nup Bernardinus tũ res hũanas despiciēdo, tũ docēdo q̃; essent cōtēnēdæ, uterq; post mortē in deorũ nũerũ hoĩm cōsensu relatus est. Nihil possedit Paulus gentiũ institutor Socrates oraculo sapiētissimus iudicatus, modico cōtētus,

uixit. Hieronymo christianae religionis acerrimo assertori, non domus, non fundus fuit: & nec xp̄m ad exemplū citē paupertatis atq; inopiae solitudo & herbae, Ioannā baptistam sic aluere uti diuina uox eius e desertis eripuerit, homines ad dei cognitionē atq; ad bn̄ uiuendū inuitās. Sed fuerit hi religioni dediti atq; in solitudine uiuētes. An tibi uideatur Iulianus Imperator religioni inseruisse, aut in solitudine uixisse, qui & xp̄m contempserit, & Romanū Imperiū tenuerit? Is igit̄ apud quos hoīes? palā in exercitu cōcionabundus. Mihi inquit milites, nec facultates suppetūt nec propinquitas generi, q̄uis ortus sim nobilis, praeter solū pectus omni liberū metu. Nec pudebit imperatorē cūcta bona in animi cultu ponentē, profiteri paupertatē honestā. Nā & Fabritij quanq̄ re quidem familiari satis angusta, gessere bella etiā grauissima: & gloria mirūimmoduū abūdauere. Haec igitur aliaq; eiusmodi ante oculos ꝓponētē, licebit non modo paupertatē ferre patiēter, sed illam etiam ridere. Sed sit hoc difficilius. Illud certe nō modo non est difficile, uerū ēt naturale, paupertatem tranquille traducere, q̄n natura paucis cōtenta ē, ac uir bonus eā sequit̄ ducē.

De seruitute toleranda.

i Am uero libertas inter praecipua bona cū habeat̄, quid libero homini accidere seruitute indignius pōt? Sed si excutere uim fortitudinis uolumus, non alia in re tam se decrē, tamq; robustū: q̄ in captiuitate uiriliter tolerandа praestabit. Cum amissa libertate, quae nostra erant oīa simul amissa uideant̄, patria, parentes, uxor, liberi, amici, necessarij, domus, fundus, suppellex, pecunia, honor deniq; ac decus, omne, ut perferendis ijs tormentis quae illorū amissorū memoria ac dolor admonet, eo firmior & cōtētior futura sit. Quo casu hi ut difficiliores grauioresq; uirilius contentiusq; ferendi sunt. Quid autem praeclarum quod nō

idem arduũ ut Cicero ait, quos ut æquius feramus, proponendi ante oculos sunt non priuati modo ciues aut philosophi, sed clarissimi & duces ac reges. Iugurtha regno amisso Romam captiuus ductus, ad carceris hostiũ etiã iocatus dicit. Carolus malatesta uictus captusq; a philippi Mariæ Mediolanensis ducibus admirabilem in captiuitate præsegessit animi firmitatẽ. Alfonsus rex neapolitanorũ non animũ modo generosum, uerũ & regiã dignitatẽ captiuus retinuit. Quinetiã potẽtissimos populos seruire sæpe contigit: & quotidie etiã contingit. Seruiuit Atheniensis populus Macedoniæ regibus. Cartago romanis primo, post & Vuandalis. Ipsa mundi caput Roma, pressis tandem ceruicibus, Gotorũ iugũ seruiliter traxit. Non multis ante annis Constantinopolis cũ reliqua græcia religandas manus Turcharũ insolentiæ pbuit, Igitur quod florentissimi populi, maximi etiã Reges passi sunt, & nos ita tolerabimus, ut rerum humanarũ conditionẽ ignorare minime uideamur. An indignaberis homũcule iisdem te quibus & reges & rationes legibus subiectũ esse? At graue est seruire, graue profecto, humanum tamen: quod nec uni sed innumerabilibus, non raro, sed sæpissime cõtigit Quo calamitosius quid est, in eo perpetiendo, tanto maiores atq; admirabiliores apparebimus. Quid enim præstantius q̃ contra fortunã obduruisse? Ignis aurum explorat. tẽpestas gubernatorẽ. bellicæ imperatorem difficultates ostendunt. Fortem uirum quem iure uirum dicimus difficillima quæq; ac maxime calamitosa probant. Nihil potest tam acerbum contingere, quod non æquus animus tolerando maturet. nihil tam angustum in quo non euagari animus suapte natura liber queat. Illud quoq; præcipue considerandum, desiisse durum ac miserũ esse, in quo nos diutius consuetudo detinuit quod olim spartiatæ sentientes, pueros aris admotos donec

multus e uisceribus sanguis flueret, uerberibus cædendos instituerunt: quo a primis statim annis assueti, cõprimẽdis doloribus discerent patibiles illos esse: nec iudicarent erum nosum, in quo ab ineunte ætate consueuissent. Sed cum sit triplex captiuatis genus, primum tolerabilius est, q ei pro posita spes ẽ libertatis redimẽdæ. qua in re solus fere aut he rus aut carcer uidetur patienter tolerãdus: ut nuper Broc chardus Persicus nouẽ circiter annorũ carcerem sic pertu lit, ut interim plura scripserit, Versibus ẽt multa iocatus. quo in tẽpore consolari multa possunt: memoria rerum præ teritarum. Spes etiam futurorum: lectio item assidua, & q fortunæ siue ludus inconstans sit, siue rerum humanarum cõuersiones naturales ac necessariæ. In secũdo uero maius tetriusq; malum, seruitus ꝓposita est, absq; ulla plærumq; spe sui in libertatem uendicandi. Quocirca & consilijs & rationibus necessitatis utendum erit: nec cõmittendum: ut ægre ferendo, qđ eijci nulla rõne potest: onus grauius pre mat: quin uires ipæ magis magisq; intendendæ ad firmita- tem sunt. Etenim onera cõtemptis uiribus, minus sentiunt: remissis, pressius grauant. Cũq; cætera nobis bona serui- tus abstulisse uideatur, ne animi quoq; bona auferat, uirili ter pugnandum est. An etiam illud uerebimur, ne fidem, ꝓ bitatem, continentiam, parsimoniam, taciturnitatem, opti- mas cogitationes, æquam mentem, rectam cõsulendi, ac sen tiendi rationem nobis eripiat? Eripitur quidem libertas in uito ac repugnanti. bona uero animi, præterquam uolenti eripi nullo modo possunt. Non extorsit fidem, non integri- tatem, non regendi prudentiam Niecto: ammissa libertas: qui Reginorum tyranno cui seruiebat mortuo, liberorum illius cura ex testamento domini sibi tradita, ea imperiũ au ctoritate administrauit, uti Reginus populus seruo parere nõ indigne ferret. Post adultis liberis, ea fide, domesticas

opes atq; imperium gubernandum reddidit, ut uix exiguũ uiaticum secum detulerit, quo redire Olympiam in patriã posset. Mihi quidem uidetur, Niceto seruitus ornamẽto ac gloriæ non opprobrio fuisse. Nõ detraxit Esopo, captiuitas aut animi firmitatem in neruo apud indices, aut fidelitatẽ aduersus herum periclitantem. Cuius cõstantia eo fuit admirabilior, q ab ipso nullius extorqueri tormẽtis potuit, qđ postea dñs etiam confessus est. Latitantem in agro Reatino Vrbinum seruus cum alia saluum facere ratione nequiret, irruẽtibus qui illum conficerẽt militibus, domini ornamentis indutus, proq; domino in cubiculo quiescens, iugulum suum præbuit, ac pro domini uita suam sponte obtulit. quæ unq; pietas aut animi gratitudo, quæ tanta uitæ rerumq; humanarum contemptio, cõparari cum hac poterit? Nescio quorũ aliorũ bello punico seđo fidelior fortiorq; fuerit opera q̃ Volonũ. Nobiles qdã grãmatici, clari etiã philosophi ac poetæ serui cũ fuerĩt, docere satis possum etiã in hac seruilis uitæ conditione ingenuis artibus, ac liberalibus studiis locum suũ relictũ esse. In tertio mors ipsa & quidẽ indignitatis & cõtumeliarũ plena plærũq; expectat. Cuius facies eo fedior ac miserabilior apparet, q sit etiã sepultura carẽdũ. Hoc cuiusmodi futurũ sit nõ sentiẽti, qs non uidet? ac si differre qequã habeat, Vermibus ne an coruis esca sit putridum ac fetens cadauer. Mori uero in carcere an opprobriosum cuiq; uideri potest, in quo Socrates mortuus, e quo Aristides ad supplicium ductus? alter sapientissimus uir, alter innocẽtissimus. Vnde tot etiam e christianis sanctissimi uiri ad cœlum migrauerint? In morte autem cum duo cõsiderãda sint, mors ipsa & mortis genus: de morte quidem sic est sentiendum: humanorum finem esse malorum. ac licet accersenda, aut cõsciscenda nunq; sit, nec dei sit in iussu e uita migrandum, semper tamẽ in meliorẽ partẽ ac

ripienda est, per quam parata sit bonis æterna quies, fruendumq; cum dijs immortalibus æuo sempiterno. Quod ut assequamur, petenda est a deo peccatorum uenia. Cuius calenitas est ut facile placetur, si pœnitere ex animo senserit. Quam ad rem omnis animi conscientia, cogitatioq; uertēda est, sperandumq; nullum esse tam detestabile peccatū, quod ille non sit condonaturus, dum ex animo nos pœniteat. Quo in tēpore id præstandum est, quod præstari ab illis solet qui longum & difficile iter susceptū conficere studēt. Quod si quis ita persuasum habeat, ut interire simul cum corpibus aīos credat, hūc illa cōsolari merces pōt ꝙ carēdū sit ꝑpetuo malis oībus, atq; ut nihil post mortē boni: sic nihil ēt mali, qđ autē maius preciū ꝙ̄ ꝑpetua malorū omniū carentia? Cui illud fortasse morte ipa grauius uidebitur, ꝙ cum in uoluptatibus sensuum omnia reponat, moriendo amittat, ꝑpter quod uiuere solum uelit. Quod si reputauerit quod quantaq; ex uoluptatibus pullulent mala, quot afferantur tormenta, & sensibus & corpori in quo oīa collocauit, desinet admirari tātopere uoluptates. Quid obsecro boni habet ebrietas, immo quid non potius mali? quando oī e parte turpissima est. Quid usus ueneris nimiaq; illa resolutio, quas efferre solet ægritudines? quas cœnæ regales atq; assiduæ? quid eneruata mollities & langor deses atq; iners? ut facile in his mali plurimū sit, illic minimū boni, aut quicquid est certe ꝙ̄ breue. quos cruciatus afferunt laterū dolores? quæ tormenta admouet podagra? quibus stimulis pungit capitis ad pulmones atq; ad pectus abscessus? quid suppliciorū est in cruditate? qui tortus in neruorum doloribus, atq; in urinæ difficultate punctiones? Nā langorē atq; desidiam muscarū pulicūq; aculei tantopere turbāt, ut ad eorū infœlicitatem muscæ natæ uideātur. Quid igitur de his sentias quorū tā expetita bona muscæ, pulicesq; cōtami

nant? Sed iam mortis genus uideamus: an quem mors ipsa non terret, terrere debeat mortis genus? Atqui in re mili tari bellicisq; difficultatibus maior e maioribus periculis laus manat, ac gloria, nec uicisse ĩbecillũ et fugacẽ hostẽ, s; strẽnuũ acriterq; resistẽtẽ, manusq; cõserentẽ, hoc illud de cus est, hæc uirilis illa & homine digna, plausibilisq; com mendatio. Vbi eñ aut qua e re tanta esset fortitudinis com mẽdatio, nisi tum malorum reliquorum, tum mortis ipsius quã optimus quisq; numerabit in bonis, tã foeda ac terribi lis species offerret? Ad eã igitur fortissimo animo rerumq; oĩm contemnentissimo eundũ optimo cuiq; est. qua contem pta, & moriendi genus cõtemnatur necesse est. Iulianus moriens cũ uideret qui aderant mortẽ suam ferre impatien tius, uehemẽter eos increpasse legitur, ꝙ humile esset, cœlo diisq; cõciliatum principem lugeri, quinetiam iisdem astã tibus, cum Maximo & Prisco grauissimis philosophis de animorũ æternitate subtilius disputasse. Cũq; ipm terrere genus soleat, aut ꝑpter ꝓpositos cruciatus ante mortem, aut ꝙ iacendũ sit sub diuo, alterũ obduratissimo aĩo ferẽdũ est: siquidem infracte ferenti omnia sunt grauiora. Alterũ oĩno contemnẽdum, quãdo eorum quæ post mortem corpo ri accidũt, nihil ad mortuũ pertineat. Regulus quo animo ultimos & longos cruciatus sustinuit? quid sustinuit, qui ita uicerit ut uix sensisse illos uideret? Quã generosa & ui rilis illa Laurentij uox. Vere inquit: assum hoc est. Ipsi spe ctauimus annis superioribus Maurisium seruũ, cũ a Nea politano prætore candenti forcipe concideretur (liberũ eñ hominem occiderat) trahereturq; per urbem ad maius sup plicium, nullos unquam eiulatus misisse, non uultum mu tasse, non statum corporis. Qui cũ pectus brachiaq; ad ner uos ossaq; ustilata & concisa essent, protento collo, ita os carnifici obtulit, ac si secum non ageretur. At nõ sentiebat,

quid ni, qui etiã ignito ferro cæderetur. nec breuis erat dolor, sed diuturnior: nec ex una tantum corporis parte, sed simul e pluribus. oĩa tamẽ uicit animi obduratiõe ac pertinacia. Eiusdẽ natiõis seruus, cũ dñi mortẽ uĩdicasset, inter tormenta, ridẽtis semper speciem gessit. Nobis pueris duo Asculani iuuenes, iussu Ioãnis Sfortiæ q̃ urbi præerat in carcerem coniecti, cũ a custode carceris accepissent, mane se capitis supplicio educendos, dij boni, quod exemplum posteris reliquere. Lyram sibi afferri rogauere, & cœnã q̃ maxime opiparam. Quibus impetratis, ubi summa cũ uoluptate cœnassent, in cãtu, choreis, ac lusibus reliquam noctem exegere. Macti uirtute qui nõ e squalore & lachrymis, sed e conuiuio ad mortem profecti estis. Quid duos Zenones commemorem? quorum alter quãq̃ conuictus, ipse tamẽ doloris uictor, nedum ut conscios delendæ Tyrannidis indicaret, Agrigentinos ipsos ad conficiendum Phalarim inuitabat. Alter tanq̃ supplicijs expugnatus perinde ac conscios indicare Clearco uellet, aurem tyranno mordicus arripuit. Quid Anaxarchum Syracusanumq; Theodorum? e q̃bus hic oĩbus modis excruciatus, tandem uictum se malis simulans, a socijs cõsilij sui, in Thrasonẽ qui Hieronymo maxime carus fidusq; erat, atq; in insontis quosdam alios auertit indicium. Ille a Timocreonte rege captus linguã in faciẽ eius expuit, dum post laceratũ reliquũ corpus, linguã quoq; excisurũ se minitetur. Plena est exẽplorum nostra, idest christiana historia, nec duos licet aut tres ex ea ꝓferre, sed plurimos, nec sigillatim: sed gregatim: nec uiros tantũ, sed mulieres: easq; non modo natu grandiores, uerũ etiã puellas, quarũ animi esse solẽt maxime imbecilli. Quibus exemplis confirmati non mortem modo patiẽter ferendã, sed genera mortis contẽnenda esse doceamur. Quid ꝙ alij dũ offirmatis animis cruciatus perferunt, & uitæ & nocis com

potes euadere? in quibus Aretaphila cyrenaica, quæ in ueneno dep̄hensa, dũ a Nicocrate tyranno a quo in matrimonium ducta erat, Phedimo priore marito per dolũ occiso, omni tormentorũ gñe torquet̃ præposita etiam questioni Caluia socru, ita sibi constitit, ut absoluta deniq; per Leandrũ generũ suũ Tyrãnũ interemerit: quẽ Leãdrum, cũ idẽ ip̄e post fratris necẽ Tyrannidẽ occupasset, Anabilybis opera quem pecunia corruperat usa, popularibus suis occidẽdũ præbuit: q̃ culleo insutũ in mare p̄iecerunt. Itaq; supra muliebrẽ naturã offirmate ferendo, & uitæ suæ consuluit & patriæ: quã in antiquã libertatẽ restituit. Puer Alexãdro sacrificãte, dũ cãdentẽ carbonẽ acerra p̄lapsum brachioq; exceptũ non excutit, Mutius dum errantẽ dextrã sponte in ignem inijcit, docere satis possunt quãtũ in animus hoĩm firmitatis sit ac roboris: si constare ipsi nobis uelimus.

De cæcitate & malis alijs corporis.

DE cæcitate oculorũ, de manuum pedũq; contractiõibus, de surditate, de totius interdũ corp̄is debilitate, de oĩ deniq; casu ferẽdo ubi calamitatis, eadẽ rõ est. Vincẽda est sensuũ mollities, adhibẽdusq; ĩ cõsiliũ aĩus, & ita in acie stãdũ aduersum corp̄is mala, ut cũ impare aĩus debeat, ignauiter effracteq; a corp̄e uinci, & tãꝙ in fugã uerti nullo mõ patiatur. Nec mihi satis cõstãter egisse Iob ille uidetur, q̃ ubi corpus scabie peti sensit ac tabe, ẽt in diẽ natalẽ inuectus legit: q̃ mihi nõ aliter egisse uidet̃, ꝗ̃ qui hostiles agrorum incursus populationesq; fortiter ferũt: ubi uero ad manus uẽtum est, deterriti præsentia, armis abiectis aut fugiunt, aut manus hosti religandas porrigunt. Quo tempore totis ut aiunt uiribus dimicandũ esset. In singulare certamen ituri: armis se ualidioribus instruunt: & quia caput pectusq; peti hostilius uident eas p̄tes & obtegũt diligentius & cautius etiã tuẽtur. Tũc in singulare certamẽ

cum fortuna deſceditur, cũ corpus ab ea uexatur: cætera exteriora ſunt, Itaq; tanq̃ agri populãtur Debilitauit aut etiam abſtulit lumen oculorũ, aut caſus aliquis, aut ægritudo uidendũ ne animi lucem ac rationis radios hebetet, uel extinguat. Contraxit nervos, aut membrũ aliquod, curandu; ne qua pars animæ nobilior utiliorq; contrahatur dolore nimio, cuius morſus acuantur eidem cedẽdo muliebriter. Idẽ quoq; faciendum in aliis tum corporis tum externis malis. Qui ab hoſtibus oppugnãtur, ubi foſſas impleri, ubi quaſſari urbis muros uident, alias intus foſſas faciũt, alios muros extruunt. Hoc idem nobis ſequendum eſt. Cõfecit ægritudo aliquam corporis partẽ. Labefactauit fortuna rem familiarem. Inſtruamus animum patientia ad ſuſtinendum. Muniamus continentia ad repellendum: & ad peruincendum, pectus armemus fortitudine. non deerunt illorum exẽpla qui non tantũ ſimilia, uerũ etiam maiora perpeſſi ſunt: nec priuati ſolum homines & in ſcholis educati: ſed principes ciuitatũ, ſ; reges. Marius quo animo ſecari paſſus eſt? Rex Alfonſus qua conſtantia uiri? Ioannes qui ei ſucceſſit Aragoniæ rex, tam ſine ullo pene ſenſu, candens chirurgi ferrũ tulit, ut ſupra q̃ oportebat ureretur. Sed hæc ſit medici culpa, illius certe conſtantia qua nõ laude atq; admiratiõe digna eſt? Nicolaus picininus quãuis cõtracto magna e parte corpore, non tamen minus prudenter, laborioſe, imperatorie, bella etia; difficillima adminiſtrauit. Federicus Vrbinas tam æquo animo fert, altero ſe oculo captũ eſſe, ut interdũ etiã in ſeipm iocet. Homerus utroq; etiam oculo captus, ita q̃dẽ mentis oculis uſus eſt, ut nõ modo poetis uerũ etiã philoſophis, reliquiſq; doctis hoibus lumẽ & tanq̃ lucernã accẽderit. Nõ detraxit Caio Druſo auctoritatẽ oculorum cæcitas, cuius domus, ut Cicero meminit, a conſultoribus quotidie complebatur. Non Caio Aufidio aut Senatoris munus,

ris munus, aut scriptoris. Quippe qui in Senatu sententiã diceret, nec amicis deliberantibus deesset: & græcam historiam scriberet. non Democrito indagatricem illam rerũ naturæ solertiam. Nam Diodorũ Stoicum familiarem suũ idẽ Cicero refert, multo etiã magis assidue, q̃ antea in philosophia uersatum, cũ & fidibus Pythagoreorum more uteretur, & qđ fieri posse uix uidebatur, geometriæ munus tueretur. In Appio Metelloq; magni ciuis & egregij Senatoris dignitas etiam amplificata uidetur. Dij boni quam audientiam Nicolaus cæcus habebat. Cum festis diebus etruscis numeris, aut sacras historias, aut annales rerum antiquarum e suggestu decantaret? Quis doctorum hominum qui florentiæ permulti tunc erant, cõcursus ad eum fiebat? Lippus florentinus puer uidit, nunc adolescens quãq; utroq; oculo captus, non minus tamen assidue rhetorum ac philosophorum auditoria frequentat. Mirum illi studium rerũ antiquarũ. Mira cura latini sermonis: mira etiam in amicorum congressionibus iucunditas: & cum paupertate simul ac cæcitate laboret, licet adolescens (quæ ætas minime apta est patientiæ) utrumq; malum ea æquitate fert, ut neutrũ sentire uideatur, Nec desunt hac in parte magnorũ uirorũ exempla Belisarius ille totiens dux ac uictor, tãdem iussu imperatoris cæcatus, & quidem ob inuidiã, quæ res eo duriorem efficere cæcitatem poterat, frequẽti in uia tugurio lum sibi statuit, ubi uitam egit, uictum mendicãs a prætereuntibus. Cuius ea patientia fuit, ut nõ aliter quæstus fuerit, q̃ ut diceret, Viator da obolũ Belisario, quẽ uirtus extulit, cæcauit inuidia. Gloriabatur Ennius q cũ podager eẽt, tum bene poetaretur. Matthæus Aquilanus q nuper obijt licet pedibus & manibus captus, mirum quantum neapolitanis in studijs proficeret philosophiam, theologiam, naturales res assidue docens. Ad Cosmi florentini amplitudinẽ

non parũ uidet̃ contulisse podagra. Nã cũ domi cõtineret, nõ solũ Florẽtinæ res, sed pene Italiæ totius, q̃ tũc ĩ magnis erat belli ardoribus, ad eũ deferebant̃. Cuius domus nõ priuati ciuis, sed curia potius iudicari poterat: cũ interea magnificẽtia tẽpla ædificãda curaret, et libros undiq; in byblio thecas suas cõgereret, nõ miore diligẽtia q̃ sumptu. Vidimus Antoniũ Panhormitã multos annos tormina & urinæ difficultatẽ tã sedate ferre, ut ĩ ct dissimulare uideri posset ægritudinẽ. Quocunq; te uerteris, p̃sidia aderũt, quæ pugnanti opẽ ferãt. Quotus spectatus miles est, qui modo aliquid strenue egerit, cui nõ ab impatore periculosa & aspera demãdent̃? Etenĩ quis patiẽtiæ cõstantiæq;, quis continẽtiæ ac fortitudini locus, si nunq; aduersa, nũq; difficilia oblata fuerint? Demetriũ philosophũ dicere solitũ legimus, nihil eo infœlicius, cui nihil unq; euenisset aduersi. Euadũt in bello Tribuni Ducesq;, nõ in pace, arma ferendo, nõ cõmessando. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiẽ fugiẽs per saxa, per ignes. Nos in ocio & plumis, si dijs placet, uirtutẽ assequemur? Quis bonus agricola, cui nõ fodiẽdo, arãdo, rũcando, cõcaluerit manus? Quis nisi per uigilias multas, multãque abstinẽtiã factus est doctior? Abstinuit uenere & uino qui Pythia cãtat. An existimãdũ est hominẽ ad hoc genitũ, ut desidia marceat, uentiletq; flabellũ in umbra? Quod nisi ad res magnas illas quidem ac laborũ & molestiarũ plenas nati essemus, nũq; his animis tanq; eximia corporis fabrica natura nos instruxisset. Equi laudantur nõ qui ad præsepe saginati uix semistadij cursum ferunt, sed q̃ excursionibus assueti, multa passuum milia sine sudore indefatigati quotidie pene conficiunt. Quã differt uenaticus ab aulico cane: quiq; in delicijs habeat̃? ille nãq; pernicitate ac uiribus ĩ cãpis emicat: atq; aduersus feras audax fert̃: hic desidia piger ac tardus ubi na

ribus aprũ sensit, in fugã uersus ad uenatorem refugit. In surditate uero quid nã est mali inqt Cicero: cuius integrũ locũ ponã? Erat surdaster Marcus Crassus sed aliud molestius ꝙ male audiebat, etiã si ut mihi uidebat̃ iniuria. Epicurei nostri graece fari nesciunt, nec graeci latine. Ergo hi in illorũ, illi in horũ sermone surdi: oẽsq; itẽ nos in ijs linguis, quas nõ intelligimus, quae sunt innumerabiles, surdi profecto sumus. At uocẽ citharaedi nõ audiũt. Nec stridorẽ qdẽ serrae cũ acuit̃, aut grũnitũ cũ iugulat̃ sus: nec cũ qescere uolunt fremitũ murmurãtis maris. Et si cantus eos forte delectat, primũ cogitare debẽt, antequã hi sunt inuẽti, multos beatos uixisse sapiẽtes. deinde multo maiorẽ percipi posse legẽdis his ꝙ̃ audiẽdis uoluptatẽ, tũ ut paulo añ caecos ad aurĩũ traducebamus uoluptatẽ, sic licet surdos ad oculorũ. Etenĩ qui secũ loq poterit, sermonẽ alterius nõ reqret. Cõgerantur in unũ oĩa ut idẽ oculis & auribus captus sit, premat̃ etiã doloribus acerrimis corporis, qui primũ per se ipsi plaerũq; cõficiũt hominẽ, sin forte longinquitate ꝓducti, uehemẽtius tamẽ torqueãt ꝙ̃ ut causa sit cur ferant̃. Quid est tãdẽ dij boni ꝙ laboremus? portus enim praesto est quoniam mors ibidem & unde nihil sentiendi receptaculum.

De orbitate toleranda.

O Rbitas quoq; uel imprimis grauis uidetur, nã & soli esse nolumus, & cum naturalis etiam sit cupiditas procreandi, quibus tam multa indulseris, ac tantum studij laborisq; contuleris, quos etiam senectutis tibi baculum promiseris: eorum amissorum desiderium ferre constãter, maioris est operae. Cum autem & qui liberos nunꝗ̃ susceepere & qui susceptos extulere orbi dicantur, illi unum sentire solitudinis dolorẽ uideñt. Hi uero qm̃ quos carissimos habebãt, eos amisere, tãto grauius uulnus accepe, ꝙ parta

ac retenta diutius illa demum amittere, & difficilius est et acerbius etiam angit. Quocirca teipsum ut cõsolari possis, respicere præsertim illos oportet, quibus cum longe melius actũ esset si nunquã liberos suscepissent. Non uidisset Priamus tot suas suorumq; calamitates ac funera. Sed fabulas omittamus Marcus Antonius is qui philosophus cognominatus est, nihil tulit in uita grauius q̃ Cõmodum filiũ. Augustus filias, sua Carcinomata palã appellabat, quas tandẽ cũ sustinere nõ posset, ab oculis remotas relegauerit. Ioannes rex Aragoniæ pene regno pulsus est, ob Caroli filij ambitionẽ ac puersa cõsilia. Lodouico Galliæ regi filius, is qui nunc Gallis imperat: tantæ fortitudini fuit, ut de eo in carcerẽ conijciẽdo cõsiliũ cœperit, quo cognito filius sibi fuga cõsuluerit. Frãcisci Foscari Venetorũ pricipis, quẽ sua ætas iure sapientem credidit, flagitiosus filius fœlicitatẽ infecit: quem sæpius tortum ob parricidij suspitionem, tandẽ in exilium ut eijceret coactus est. Sed Regias relinquamus: quæ (non dicam urbs) sed pene uicinia, nõ plures domos liberorum improbitatibus miserabiliter affectas habet? alius parentes ueneno sustulit, alius alea patriã rem assumpsit. hic furtis aut adulterijs, ille falsis obsignationibus aut parricidijs (sunt aũt infinita flagitiorum genera) nõ parẽtis mõ, sed omnem cognationẽ dehonestauerit, ac pluribus modis solicitã habuerit? Optabat ille in quẽ tã multa dij immortales cõtulissent, Augustũ dico, celebs uixisse, atq; sine natis mori. Quãobrẽ mala plurima q̃bus pressi sunt q̃ liberos habẽt, cõsolari poterũt nõ habẽtẽ, ꝓ se carere illis sentiant. Qui susceptos amisere, si q̃ multa sint uitæ hominum mala ꝓbe cõsiderauerit, bene ẽt cũ illis actũ iudicabũt, dolorẽq; tẽperabũt: ne tã suis incõmodis angentur, q̃ illorũ sorte lætabũtur, & cũ inuidẽtis sit, bonis alienis dolere, hoc se crimine liberabũt: nec tã seipsos amare ostẽdẽt, ut liberos non

sua illorũ gratiã, sed ꝓprijs cõmodis ꝓsecuti uideant. Atq; ut amãdi sunt liberi, qđ naturale est, sic qđ naturale quoq; est mori, in hoc ut cæteris in rebus naturæ cedendũ est. Vt nox diei, sic uitæ mors succedit. Nõ q̃cũq; flores, uere in ramis nitescunt, ad fructũ perueniũt. Vt florũ, sic hominũ caduca & fragilis est natura. Serius aut ocius ad imã ꝓperãdũ est sedẽ, ut ait Ouidius Nihil aut tardũ aut immaturũ qđ naturale. Sed poterat diutius uiuere. Primũ hoc ignoro quis ita exploratũ hoc habet? Deinde qui scis an longior uita ad fœlicitatẽ magis q̃ ad erumnas miseriãq; esset illi futura? Quo quis in portũ citius applicat, eo celerius uota debet exoluere. Nauigatiõis q̃ simillima est hominũ uita. Nũq̃ cursus adeo secundus fuit, ut nõ ꝑ uentorũ arbitrio, uela intendẽda essent. Sic uitæ nostræ quota pars est, quã ad arbitriũ nostrũ uiuamus? Quãdiu quis in alto tenet sui iuris nõ est: tũc esse liber incipit, cũ in portũ delatus est. Fortunæ ac miseriarũ mãcipiũ ẽ uita, Libertatis initiũ mors uidetur: post quã nulla fortunæ dominatio, nullus laboribus ac miserijs locus relinquit, in uiris pſertim bonis: quos maxima etiã præmia manere in cœlis, & poetæ & philosophi, & Theologi uno simul ore cõsentiũt. Nec nos ij sumus qui animos una cũ corporibus ĩterituros putemus. Qui tamẽ si nulli post mortẽ sunt, idẽ futurũ ẽ: qđ antequã nascecremur erat: quietis, silentij ac cessationis plena oĩa, ut si mors libertatis initiũ non sit, finis prorsus sit seruitutis ac miseriarũ. at mortuus ẽ adolescẽs, nec potuit uitæ mũeribus frui. Quæ sunt ista quæso mũera? an lãguere? ægrotare? angi? pmi? sollicitari? nũq̃ quiescere, nũq̃ in tuto cõsistere? Infinitas dolendi, ac timẽdi causas sentire? ut qui immature mortuus dicitur nõ tã bonis ereptus quã malis liberatus uideat. At parentes illũ suos sepelire q̃ a parẽtibus sepeliri decuit. Ecce ad propria rursus commoda quæstus tuos reuocas: & natu

ræ ipsi uis præscribere: bene cũ illo actũ est. Noli beatitudini eius inuidere: qui si ꝓpterea cõmoueris, ꝙ non & mori tibi cum eo contigit. Lachrymas seda, & læto potius animo mortẽ expecta. Equi metæ proximi etiã alacriores ferũtur. Poetæ ultimos actus maiore quadã hilaritate exequuntur. Et qm̃ ultima magis spectantur, ad illa sic te instituito, ut uideri possis nulla de re in uita magis q̃ꝫ de morte cogitasse. Non potest ad mortem suam forti animo accedere, qui alienam tantis lamentationibus prosequatur. Obierunt liberi: cognati, amici, cogitato idẽ te iter breui quoqꝫ ingressurum. Dices ereptos esse. Nemo suum eripit: repetit natura quod suum est: qui si inuitus reddas, nõ illas inique tecũ agere, sed tuipse qui debitum nolis reddere iniustus uidea re. At solitudo te excruciat, qui scis an rectius uicturus sis hoc mõ? q̃ꝫ multas familias pessundedit frequentia? Quosdam etiam meliores sibi adoptasse q̃ꝫ genuisse filios satis cõstat. Nõ potest in solitudine uiuere, qui uirtutes familiares habeat: & qui multos amat, is a multis ametur necesse est. Nec te ex aliena fortasse familia instituẽdus hæres solicitet Horatius & Virgilius hæredem Augustũ scripsere. Attalus rex populũ Romanũ. meliorẽ neqꝫ hic neqꝫ illi hæredem instituere potuere. Deniqꝫ qui digniores hæredes q̃ꝫ dij immortales? Atqꝫ ut ad rẽ ipãm regrediamur. Qđ tẽpus facit (cuius propriũ est dolores lenire) faciat sapiẽtia. Ad naturæ necessitatẽ æquitas accedat animi, quæ onus ipm̃ faciet leuius, ferẽdo non modo patiẽter sed illud etiã elato animo contemnẽdo, quãdoquidẽ eodem cuncta spectant ac stultitia summa sit ut ait Cicero, frustra confici mœrore: cũ intelligas nihil posse profici. Mirum etiam immodũ exempla conferent. Emilianus Scipio ijsdem fere quibus patrẽ triũphantẽ diebus, funera duorũ fratrũ spectauit, & quãquã adolescẽs, tulit tñ æquissime. Scipioni Africano in exilio pa

tientia sic comitata est, ut nunciata fratris morte, quē alijs difficillimis in malis habuerat animum retinuerit. Sextus Popeius Gnei fratris sororis: Augustus generorū, nepotū sororis, filiorum mortes cōstantissimo animo pertulere. M. Antonius in fraterna morte admirabilem præsetulit animi magnitudinem. Lutium Syllam: quominus aduersus hostē rem ægregie gereret, mors filij nō deterruit. Paulus in ipō pene triumpho duorū filiorum obitum, ea constantia tulit, ut bene secum egisse deos immortales diceret, quos precatus eēt, ut si quid populo Romano immineret aduersi in domum suā aduerterent. Quod quia præstitissent, gratias illis agere. Iulius Cæsar audita filiæ morte in Britannia, die tertia imperatoria ad munera rediit. Bibulus audita morte duorum filiorum, ita seipm uicit, ut die postero ad solita rei publicæ officia processerit. M. Aurelius Antonius quinq; tantum diebus filiū luxit, cum interim alios ipse consolaretur: atq; ad publica munera rediit. Q. Martius rex unico filio (& eo quidem magnæ spei) amisso: ea magnitudine animi dolorē cōpressit, ut a rogo iuuenis statim curiā petierit, Senatum uocauerit. Horatio Puluillo ædem Iouis dedicanti: postēq; tenenti, cū filij mors nūciaretur, idē uultus mansit, tantaq; animi firmitas, ut nec manū mouerit, nec faciē reflexerit. Caius quoq; Cæsar Augustus: idē & Pontifex maximus filiæ mortē pacatissime tulit: quam & pro rostris laudauit, collocato ante se illius corpore: ac tātum uelamēto interiecto, ne pōtificis oculi pollluerentur. Differēti inter familiares Anaxagoræ de natura rerum, nunciata dicitur filij mors, atq; ubi paulum modo tacitus substitisset conuersus ad illos. Sciebam inquit me genuisse mortale;. Pericles duobus filijs in paucissimis diebus orbatus, nihilominus iisdem diebus grauissime concionatus est, candidatusq; de patrio more caput coronatum habuit. Xenophon rem di-

uindam non intermisit, cũ sacrificãti nunciaretur filiũ apud Mantineam occubuisse. Quin ubi acerrime pugnantẽ cecidisse intellexisset, quem detraxerat capiti coronã reposuit: egitq; dijs gratias qui talẽ sibi filiũ dedissent, qui ꝑ patria non dubitasset occũbere. Dion in cubiculo cũ amicis sedẽs, audito ingenti tumultu clamoreq; domesticorũ, ubi sciscitãti responsum ẽ, e summo culmine prolapsum filiũ interijsse, nullo doloris signo dato, iussit illum ad sepulturã a mulieribus ferri: atq; hoc dicto cœptum continuauit sermonem. Rex Antigonus morte Alcionis filij hactenus cõmotus ẽ, ut diceret aliquãto ꝙ putasset serius illũ occidisse. Quippe quem propriæ salutis paternorũq; præceptorum immemorem nosset. Hos igitur nobis proponamus oportet, quorum exemplis formati, doceamur orbitatẽ nõ modo sedate ac trãquille ferre, sed mortẽ quoq; ipsam omnino contẽnere. Quã ad rem mulierũ exẽpla non minus conferent, atq; haud scio an magis etiã ꝙ uirorũ, siquidem in imbecilliore sexu conspecta constantia plus etiã mouet. Cornelia post duodecim partus amissos, Tiberiũ & Caium cæsos atq; insepultos uidit. Sed quid hac eius uoce generosius? nam miserã eam ob talem tantãq; iacturã ꝑdicãtibus matronis respondit. Nũꝙ me ego fœlicẽ nõ dicã, quæ Graccos pepererim. Cornelia diui Drusi filiũ in ipsis penatibus incerto auctore occisum tulit ꝙ pacatissime. Rutilia ea quæ Cottam filium in exiliũ secuta fuerat, cum reducẽ amisisset: eam firmitatẽ retinuit, ut post elatu; funus, eius lachrymas nemo uiderit. Liuia quoq; generosissimi filij Drusi posito corpore, sinẽ etiã lachrymas suis posuit. An non rectius in extinctis filijs, hæ tibi fecisse uidentur, ꝙ Artemisia illa in coniuge amisso? quæ diutius uiro superstes in ꝑpetuo luctu atq; mœrore uixit: quo etiam confecta cõtabuit. quæ ut maxime pia fuerit, & supra ꝙ dici potest coniugij memor, omnia tamen corrupit, dolori sese

discruciandam tam submisse, molliter, effracte, abiecteq; pro bendo. Sed quid te ad clarissimorũ uirorũ ac nobiliũ matronarum exempla uocẽ? cũ humiles mulierculæ, obscuriq; homuntiones, suorũ obitus non modo fortissimis animis sustinuerint, sed dijs quoq; gratias egerint, q matura illis morte cõsuluissent. Paucis ante annis femella Amatriciana cũ intellexisset filiũ nimis demisso animo ad suppliciũ trahi, filio occurrens sedare illũ lachrymas, atq; abijcere mẽtem iussit, cœlum ac solem ut respectaret subinde admonẽs, q cũ ille cum faceret, an inquit ignoras fili cõfestim te in arces illas emigraturũ? ac uix momenti dolorẽ, perpetuã tibi & quietem, & uoluptatẽ pariturũ? Eodẽ ex oppido Homullus, iuris tamẽ peritus, causam Romæ cum diceret, de morte filij nũcio accepto, cõtinuauit causam eodem uultu, uoceq;, qua perorata, ad illos qui aderãt cõuersus, quæso inquit permittite me horam filio qui diem obijt indulgere. Egressusq; prætorij camerã, post horã ad munus redijt. Quid aut huius cõstantia, aut illius offirmatiõe maius? Quos imitati sic quidẽ quibus mori cõtigit gratulabimur tanq̃ aut beatis, aut humanis miserijs penitus uacuis, ut non ad expectandã mortẽ exilij & carceris huius finẽ, instituamus. quo liberati, aut perpetuã tranquillitatẽ, aut saltem rerũ omnium cessationem: et ut bonorũ sic malorũ cunctorũ priuationẽ simus adepturi. Illud uero uehemẽter angere, ac mœrore cõficere animũ solet, si naufragio perijt, si hostili gladio cæsus ĩterijt, si diutino morbo correptus inter dolores ac morborum cruciatus expirauit. Primũ scire q̃ro cur naufragiũ, cur gladius horreatur? an fortasse quia mortem afferat? hoc illud est. nam si damnũ, si mortẽ non afferãt, nequaq̃ timeantur. Quid igitur stultius, q̃ cum mortis solatiũ inueneris, de illo quod per se, nec dãnosum nec odiosum est dolere? Deinde quid te uiolentia cruciat, ex qua merces tanta parta sit? perpetua cessa

satio a laboribus, aut sempiterna tranquillitas, At credo si offenso pede lapidem excusseris, sub quo thesaurus sit absconsus, ex quo inuento diues efficiare: non maledices offensioni, neq; illam ægre feres: quin bene tecum actum dices: etiam si unguem euulseris, si digitum fregeris. Ad sanitatem per ignem, sectionem, & amarissimas potiones puenitur. Ad uictoriã per pericula & sanguinem. Messem ac uindemiam, labor & sudor plurimus antecedit. Hæc est humanæ uitæ conditio. Quid quod etiam maximi uiri tũ Græci latiniq;, tum barbari permulti mortem sibi consciuere? In Cantabris atq; apud illos populos qui hodie Buschaini uocantur, montanæ mulierculæ, dum infantulis blandiuntur, dum fœliciter illis optant. Nate inquã, nate mi, transeat te tragula. hijs uerbis bene precantur: siquidem graue apud eos opprobrium habetur in culcitra mori. Vnum autem consolari exemplum uel solum poterit, quod nunc refero. Acceperat Rex Persarum Harpalum in conuiuio cui filios epulandos, ut suam in illum iram euomeret, apposuerat. Inter cœnandum subinde quærebat, an concinna, an opipara cõditura esset. Eo satiato, filiorum capitibus in mẽsam allatis percũctatus est: an comiter ab se fuisset acceptus, respondit Harpalus uultu quammaxime tranquillo, oẽm apud regem cœnam iucundam esse. Viderat filios crudelissime cæsos: in frusta mutilatos, excoctos, in lancibus appositos, ab se comesos, oraq; illa, quæ totiens se patrem appellassent, quæ ipse totiens exosculatus esset, ante se tam fœde, tam miserabiliter constituta, & tamen non solũ lachrymas tenuit, dolorem suppressit, gemitum coercuit, sed placido uultu, comiq; sermone conuiuæ personam retinens ac gratias agenti similis, cœnam laudauit. Subijciam ex eodẽ etiam genere alterum. Traiecerat Cambyses iratus simul atq; ebrius, Trabeaspæ familiaris sui filiũ sagitta: atq; apto

illius pectore iusserat inspici, an cor quod petierat fixum esset: cui eum infixam sagittam renunciassent, tunc ad patrē qui astabat conuersus, ecquid inquit certam tibi habere manum uideor? Ad quæ ille confestim, nullo perturbationis signo dato, ne Apollinem quidem potuisse certius figere respondit. Vides ut maxime acerbam ac nefariam filij mortē dissimulando præterijt, quid præterijt, qui adulando etiam risit? Nam quod ad morbi longinquitatem, & cruciatus attinet, sicuti præterita pericula nequicq̃ metuūtur, ita præteritis nostrorū cruciatibus frustra angimur. Quid enim inanius q̃ de amici carcere tristem esse, ubi is se in libertatem uendicauerit? cum gratulationis sit, non tristiciæ locus. Parta uictoria, nemo duces, nemo milites, ob perpessos labores, erumnasq; miseratur. Sed publicæ gratulatiōes, sed honores triumphiq; apparantur. Verum nescio quomodo nimis imbecilli & leues in hoc sumus doloriq; assentientes. Moritur e nostris aliquis repentina morte. Querimur ꝙ licuerit ultima illum suis mandata dare: ꝙ non inter fomenta & medicas manus decesserit. At alium miseramur ꝙ diutius malis quassatus, & tanquā excruciatus doloribus nō cesserit naturæ: sed expugnatus potius morbis conciderit. Illum ꝙ procul a carissimorum complexu, in longinqua & ignota terra decubuerit. Cōtra hic nos affligit, ꝙ in domo propria anteq̃ moreretur tot suorū lachrymas ac gemitus uiderit: matrem deos incusantē audierit: uxorē quæ illi carissima erat aspexerit: scindētē capillos, et pugnis pectus tūdētē, & ne mariti mortē uideret, præmori cupiētē, sororē, liberos, necessarios quæstibus cœlū iplētes, oēs deniq; domus angulos, plenos gemitus, lamētatiōis, planctus, ut hæc ipsa mortē faciāt lōge amariorē. Diem obijt alius siue filius, siue nepos, siue necessarius, siue notus, in tenera ætate: male habet nos: lacerat uexatq; animum, ꝙ fructum uitæ non attigerit, ꝙ ante nos destituerit, quam frui eo potuerimus,

q̃ illam quam nobis ob ægregiam indolem p̃mittebamus, spem frustratus abruperit. Rursus alium miserabiliter p̃se quimur, q̃ diutius uiuendo plurima aduersa tulerit. Cha rissimorũ funera uiderit, & ita ad uitæ metam peruenerit, ut interim in ipso cursu oĩa referta difficultatibus periculisq; expertus sit. Deniq; si pauper decessit, in egestate illũ uixisse lamẽtamur. Si diues infœlicẽ dicimus, q̃ a tãta opulentia abreptus fuerit: milleq; ipsi uias facimus ad quæstus atq; mœrores, tanta in animis hoĩm leuitas atq; infractio inest.

De tolerandis iniurijs & contumelijs.

Iam uero cõuitia iniuriæ: contumeliæ: impudenter dicta aut facta, eadẽ æquitate tolerãda sunt. Quin etiã ridenda nonnunq̃. Socrates in Xãthippen tũ alias, tum cum lotium elueret, etiam dicto iocatus est. Idem pugno cæsus hactenus quæstus est ut diceret, iniquius cũ hominibus agi, q̃ nescirent quando galeati domo prodire deberent. Antonius pius domum homuntionis ingressus, percunctatusq; unde columnellas quasdã pophireticas sibi comparasset: quid audiuit princeps maximus: & patriæ pater optimus? Cum in domum alienam ueneris, & surdus & mutus esto. Quod dictum tantum abfuit ut moleste tulerit, ut tanq̃ præceptum quoddam alijs seruandum tradiderit. Marcus Antoninus qui Pio successit, ita oblitus dicitur iniuriarũ Cassij qui in Syria rebellauerat, ut & morte eius grauaretur, & liberos post patris cædem summa humanitate prosequeretur. At filius Cõmodus fœdissimus & uir et princeps, balneatorem conijci in ardentem fornacẽ iussit, q̃ lauaturus balneũ tepidius inuenisset. quid hac ĩpatiẽtia, imo impotentia tetrius? Idem Antoninus huius pater grauissimas tum aliorum tum Faustinæ uxoris iniurias etiam dissimulauit. Dictator maximus, qua cõfirmatõe tulit æqua tam sibi magistri equitum potestatem? Non succẽsuit actio

poetæ Cæsar, q̄ ille sibi non assurrexisset. Q. Valerium Ca
tullum etiam in cœnam adhibuit condonata uenia carmi-
num in se scriptorum. Augustus cum multorum maledictis
uexaretur satis habuit respondere, q̄ in ciuitate libera, &
linguas esse liberas oporteret. At quam imbecille q̄ fracte
fidus Cornelius, qui lachrymas etiam tenere in senatu ne-
quiit cum a Corbulone Struthiocamelus depilatus uocare
tur. Quanto uirilius Epaminondas, qui nequaquam contu
meliose secum actum iudicauit, cum delatum sibi uideret
uiarum sternendarum ministerium, quanquam satis sci-
ret esse illud sordidissimum. Alfonsus Rex Neapolitanorũ,
admirabili dissimulatione præteriit, quorundam oblatratio
nes ac maledicta. Quinetiam illatas iniurias uindicare
cum posset, obliuisci maluit. Adrianus seruum qui in se
armatus irruisset, condonata uenia curari iussit, q̄ esset
furiosus. Cato petenti cuidam ueniam a quo fuisset in bal-
neo per imprudentiam percussus. Atqui respõdit, nunquã
tu me: quod meminerim percussisti. Quæ autem contume-
liosior esse potest ultio, si ulcisci cupias, q̄ iudicare aliquem
indignum de quo ulciscare? Cum improbus quidam Aristi
dæ os sputo inquinasset, risit ipse hominis improbitatem ac
satis habuit dicere magistratui qui astabat, admonendum
illũ esse, ne post id, simile aliquid faceret. Atq; ut a quo So
crate cepimus in eo desinamus, quis plura passus est unq̄?
Quem comici etiã dicacissime prosciderint? omnia tamẽ So
crates risit: quem secutus Antisthenes, matrem Barbaram
obiicienti, & matrem deum Barbarã fuisse. Idæa enim fue
rat respondit. Sed harum genere laudum christiani maxi-
me omnium claruere, siue e martyribus, siue e cõfessoribus,
siue ex ipsis apostolis exempla quærantur. Nam ut christũ
ad hoc uocemus, nec fas ducimus: cuius tamen unum illud
dictum docere mortalis satis potuit, q̄ essent hæc cõtẽnẽda.

Pater ignosce illis, quid faciant nesciunt. Nec uero sic tolerãda hæc uidentur, ut non aliquando sint etiã uindicãda ne improbitati ex impunitate addatur audacia. Quo tempore illud uidendum est, ne ira, dolore, impotẽtiaue superemur. Quæ nam tanti est animaduersio aut uindicta ista, per quã deserto officio ad turpia flagitiosaq; impellare? Tedius Pollio mancipia murenis obijciebat: quid hoc aliud est q̃ exuto homine beluã induere? Offendimur inquit Seneca, si qs sermonem nostrũ imitatur: si quis incessum, si quis uitiũ aliquod corporis aut linguæ exprimat, quasi notiora illa fiant alio imitante, q̃ nobis facientibus. Senectutẽ quidam inuiti audiunt, & canos & alia ad quæ uoto peruenitur. paupertatis maledictum quosdã perculsit. quæ sibi obiecit quisq; abscondit. Itaq; materia petulantibus, & per contumeliam urbanis detrahitur, si ultro illam & prior occupes. Nemo risum præbuit, qui ex se cœpit. Vatinium hominẽ natum ad risum & adodium scurram fuisse & uenustũ, & dicacem, memoriæ proditum est, in pedes suos ipse plurima dicebat, et in fauces concisas. Sic inimicorũ quos plures habebat q̃ morbos, & in primis Ciceronis urbanitatem effugerat. Si hoc ille potuit duritia oris qui assiduis cõuitijs pudere dedidicerat, cur is non possit, qui studijs liberalibus ac sapiẽtiæ cultu ad aliquem perfectum peruenerit? Adijce q genus ultionis est, eripere ei qui fecit factæ contumeliæ uoluptatẽ Hæc Seneca prudenter atq; ad rem. Quamobrem ut cæteraomnia q̃ putantur mala, sic & hæc & alia generis eiusdem, aut patienter toleranda sunt, aut despicienter etiã cõtemnenda. quandoquidem nullum tam acerbum inferri uulnus potest, cui æquus animus salubriter non medeatur: nec tam grauis morbus aut dolor accedere, quem si non statim sanare, pedetẽtim tamen progrediendo lænire, atque ad sanitatem perducere queat.

h Aec sunt domesticæ fortitudinis munera: cuius præceptis confirmati, ingruenti fortunæ reluctemur. cui licet multiplices sint artes ac nocendi rationes, ubiq; tamen armis his tecti fidenter resistemus, siue patriã aliaq; q̃ externa dicuntur bona eripere a nobis conabitur, aut etiam iam eripuit: siue corpus petierit: pro cuius corrumpendis bonis hostili nobiscum animo in certamen descenderit, cuius acutissima tela, ac micantis gladij aciẽ, clypeo fortitudinis muniti, sic retundemus, ut quo feriat, aut non habeat, aut si id percusserit, non tamen uictrix insultare ceruicibus nostris queat: sed leuiore uulnere illato, quod in primo cõflictu contingere solet post acri pugna conserta, maioribus uiribus repulsa cedat: defessaq; ac uicta tandem uertatur in fugam. Quid ꝙ animi etiam bona, ne aut extrinsecã ui corrumpantur, aut etiam eripiantur, eiusdem fortitudinis armis ac p̃sidijs tuti prohibebimus. Neq; enim torquebimur inuidia, cõficiemurq; liuore, ubi in exigua re nostra, quos minime fortasse deceat, bonis plurimis abundare uiderimus, neq; supbia efferemur, ubi omnia nobis secunda atq; e sententia cesserint. Non rapiet nos cupiditas, non pessundabit ambitio: non deniq; a uia rectoq; detorquebit auaritia, pestis degenerantium animorum. Vt non alibi siue in prosperis aut aduersis rebus externis, siue in malis corporis perferẽdis: aut in bonis animi conseruandis, maius homines præsidium ꝙ̃ in fortitudine collocatum habeant.

Ioannis Iouiani Pontani: De fortitudine opus finit fœliciter.

Ioannis Iouiani Pontani ad Alfonsum Calabriæ Ducem: De Principe Liber fœliciter incipit.

PVblius Cornelius Scipio: Dux Alfonse: cui post ex uirtute Africano fuit cognomen: cum sibi ædilitatem petenti, Tribunos plebis uideret obsistere: quod nondum ad petendum legitima ætas esset. Satis inquit annorum habeo si me Quirites habilem facere uolunt: Fretus enim uirtutibus suis: quanquam adolescens & ante tēpus, Magistratum tamen petere a populo non dubitauit. Te aūt uix dū ānos pubertatis egressum, nec id petentē, pater uicarium regni creauit: decreuitque prouinciā Calabriā uidelicet nō annis aut ætati hæc tribuens tuæ, sed uirtutibus quarum tanta apud omnes sit expectatio, ut cunctorū & populorum, & procerū regni oculos in te unū conuerteris. Et Scipio quidem eum se gessit in ædilitate, ut Quirites postea non pœnituerit, tanto fauore ad ferenda suffragia in tribus suas discurrisse, Te autem decet anniti: ut & patris iudiciū & expectationē de te omniū exuperes: quod facile quidē præstabis: si tibi ipse non defueris, Non deeris autem tibi, si recta præcipientibus, si honesta monentibus obtēperaueris, si & ij quibus præpositus es & cæteri oēs, iustitiam, pietatem, liberalitatem, clemētiam in te sitas esse intellexerint. Nihil enim ad conciliandos subiectorum animos tam ualet, quam iustitiæ ac diuini cultus opinio. Prudenter igitur Maro Phlegiam illum suū inducit: iustitiam: religionemque collaudantem his uerbis. Discite iusticiam moniti & nō temnere diuos, Iustitia enim in quo fuerit, eius imperium æquo omnes animo patiūtur: illiusque moderationi sese etiam sponte subijciunt: quod de Cyro illo legimus: quem non iustitie solum sed omniū etiam regiarum uirtutum exemplum fuisse creditum est. Quātum autem ad popularem comparandam beniuolētiam religionis ualeat opinio, Docuit

nio, Docuit Macedo Alexander: qui etiam superstitionem laudare solitus est: tanquam per eam in plebis animos recto res ipsi illaberentur. Qua uirtute & Cyrus hic de quo dixi: & Camillus & Africanus: & præstantissimi quiq; uiri excelluerunt. & Auus tuus Alfonsus omnes ætatis suæ multorumq; ante sæculorum reges superauit: quę sacra stataritusq; christianos ac solemnes cerimonias tãto cultu obseruasse certum est: ut ne ab ipsis etiam sacrosanctis pontificibus in hoc uinceretur.

Qui imperare cupiunt: duo sibi proponere imprimis debent. Vnum ut liberales sint: alterum ut clementes. Princeps enim qui liberalitatem exercuerit: ex hostibus amicos: ex alienis suos: ex infidis fidos faciet. Peregrinos etiam: & in extremis terris agentes: ad sese amandum alliciet. Clementiam in quo esse senserimus, illum omnes admiramur: colimus: pro deo habemus. Vtraq; autem princeps deo maxime similis efficitur. Cuius proprium est benefacere omnibus parcere delinquentibus. Fugiẽda autẽ omnino est adulatio. Aures enim adulantibus qui præbeat, is omnino suus esse desinet: ex aliorum assentationibus q̃ ex sua conscientia seq; suaq; ipse metiens. Ambitionem quoq; ut quæ multorum ac magnorum malorum altrix & parens sit, ab aula tua eiectam exterminabis: de qua idẽ sentio: quod Thomas Pontanus gentilis meus uir & doctrina & multarum rerum usu, clarus: quem dicere solitũ accepi. Vrbium regnorumq; pestem esse ambitionem. Recte imperator Romanus Alexander, quendam ex iis qui popularem auram tanto studio captabat: ut in ea bonorũ fines poneret: palo affigi iussit: excitatoq; mox igni ex materia minime arida, faucibus fumo cõclusis extingui: affirmans iure illum fumo perire, quod fumũ & uẽdere: & emere solitus esset. Princeps qui sese hoĩem esse meminerit nunq̃ superbia efferetur: æquali

tatem sectabitur: & cum omnia maxime e sententia cedere sibi uidebit: tum maxime credet præesse rebus humanis deum: cui superbia ipsa mirum in modum displiceat.

(Quæ promittas: & cui etiam promittas uideto.

Non modo autem facultatum ac meritorũ: sed etiã tẽporum atq; ingeniorum habenda est ratio. In quo & alia multa consideranda sunt: & illud maxime quod nihil turpius sit: q̃ fidem non seruare: cuius tanta uis est: ut etiã hosti si data sit, seruare tamen eã oporteat. Et cũ sit fides ut ab antiquis definitur dictorũ cõuentorũue cõstantia & ueritas Nihil antiquius ueritate ipsa principi esse debere, Declarat id quod a maioribus nostris sapientissime institutũ est: ut liber euãgelicorũ quo diuina continetur ueritas, diebus singulis osculãdus principi offeratur: cum in re diuina adest: ut ex eo colendæ ueritatis admonitus: meminerit studiosissimum se eius esse debere.

Imprimis autem studere oportet, ut qui te adeunt, facilem esse intelligant. Nihil enim tam alienum est a principe, nec quod aliorum in se odiũ tantopere cõcitet: q̃ asperitas, & ea quæ morositas dicitur. Contra uero in omni uita maxime laudatur comitas grauitate tẽperata. Auus tuus hac una re potissimum beniuolentiã hominum sibi cõciliabat, q̃ neminẽ patiebat̃ tristẽ a se abire: illudq; Titi frequẽs in ore habebat. Non oportere quẽq̃ a sermone principis tristem discedere.

Qui tẽperãtẽ te senserit, turpia nunq̃ petere audebit. O te fortunatũ Marce Cato, inquit Cicero: a quo rẽ iprobã petere nemo audeat. Tũ ꝑfecto principatu isto dignus iudicaberis, & boni regis spẽ pollicebere: cũ iprobos insectaberis: oderis intẽperãtes, reiicies mẽdaces. Admonitores quoq; uoluptatũ, ut pestẽ ꝑnitiosissimã fugito: sunt enĩ animi q̃uis bene instituti coinquinatores. Quibus q̃ delectet:

impossibile ē illũ seruare aliquē uitæ modũ. Huius erit ipudica pueritia: adolescētia effœminata: senectus īfamis. Habebat Nero Claudius plurimos uoluptatũ conquisitores: quem tandem ipse exitum uitæ habuit? quem & alij multi ac fere omnes ab eo non dissimiles.

Ambigam qđ fuerit in Scipione laudabilius: fortitudone in bellis gerēdis in omni uita cōtinentia? Altera em̄ bis aut ter hostē superauit, altera seipsum sp: qđ eo fuit admirabilius: qꝫ plurimi inuēti sunt, & inueniuntur quotidie, qui hostem uicerint: rarissimi qui sese præsertim cum uictoria insolentes intemperatosqꝫ efficiat.

Qui alijs præest, oino uacuus eē debet affectibus. Ira namqꝫ rectum quid sit cernere minime patitur: odium ad iniqua impellit. Amor iudiciũ impedit, trahit ad uim īferēdam libido: stimulat ad uidictam dolor: īuidia præcipitāter agit. Maxime aũt hominis est: et eius p̄sertim hois qui principatũ gerat, præsertim animo in aduersis uti: nec aduersanti fortunæ succũbere. Ferdinandus pater in initio regni, cũ multorũ simul procerũ ac populorũ, nōnũqꝫ ēt integrarum prouinciarum ad Ioānē Andegauiensem defectiones nunciarentur, nunqꝫ mutauit uultum: nedum ut animo consternaretur. In ipsos defector[illegible]lo unqꝫ contumelioso dicto usus. Nunciata rebellione magni cuiusdam uiri, quē honoris cā non nomino: tametsi famæ suæ minime ipse pepcerit: hactenus cōmotus est, ut diceret dolere se, qꝫ talis uir & e tanta familia ortus, seqꝫ maioribusqꝫ suis indignũ fecisset. Cæterũ xp̄o gratias agere, qꝫ ne minimam quidem ipse tanti patrādi facinoris causam illi præbuisset. Quid illđ nōne inuicti ē & ex aduersis ēt uires resumētis animi? Accepta Sarnensi clade, cum præter pauca admodũ oppida uniuersum regnum ab rege desciuisset, conuenissentqꝫ Ennecus Geuara comes Arianēsis: & Honoratus Funda

nus, habendi Senatus gratia in extremis & prope desperatis rebus. Ferdinãdus frequẽti senatu adeo magnifice de rebus suis locutus est, ut non modo illorũ animos confirmauerit: sed uel affirmauerit, breui se hostẽ pulsurũ: traditurũque liberis suis regnũ multo stabilius quàm sibi fuisset a patre relictũ. Illud etiã in aduersis cõfirmare maxime nos debet, quod ad summa nõ nisi maximis cũ laboribus & periculis peruenitur. Ad hæc quotus est qui aut patre aut præceptore aut domino ita facili & leni uti cupiat, ut obiurgari se ab illo nunquàm uelit? Sapienter igitur dictum est. Quos deus amat: corrigit & castigat. Quapropter tenere hoc oportet: quod rerum humanarũ & imbecillitatis nostræ, moderator & rector deus, hoc maxime modo temeritati hominum consulat. Multos enim (quod quotidie etiã uidemus) secunda fortuna præcipites egit, cũ quibus quanto melius actũ esset: si non plenis semper uelis, sed aduerso interim uento delati essent. Quid quod non raro uidemus aduersas res magnorũ præbuisse causas bonorũ. Alfonsus de quo dixi, & sæpius dicã, nauali prælio superatus, a Genuense capitur, tanquàm regno Neapolitano: quod postea contigit ex captiuitate potiturus ac nisi uictus prius, non esset tandem uictor futurus. Adde quod nescio, quo pacto parta ac retenta cum labore magis nos delectãt: carioraque multo habemus quàm si aut casu aliquo oblata essent: aut si curã eorũ nul lã habere nos oporteret.

Secundæ quoque res sunt tanquàm speculũ quoddã nostri, quæ ut de Magistratu dicere solemus. qualis quisque sit, apertissime ostendũt. Quãobrẽ tum maxime seruanda erit continentia: cum quicquid libuerit licuerit. Cohibendus erit animus ne efferatur, ne insolescat, ne obliuiscatur sui ipsius, atque ita instituendus: ut se e libertate in seruitutem, e diuitijs in paupertatem: & ex alto atque illustri loco in infima obscuraque deijci aliquando cogitet. Bellorophontes ut

est in fabulis, cum equo illo allato ferretur, & sublimem te neret aera, præceps excussus est: quo casu ut ē in uetere uer su miser ac mœrens terris errauit alienis: quod euenire sæ pissime ijs solet, qui secundis rebus inflati, superbe nimis & intemperanter agunt. Beatum illum Plato dicit, & Ci cero refert: cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam, uerasq; opiniones assequi possit, (præclare quidem) sed ut in senectute ualeamus assequi, iacienda sunt fundamenta ab adolescentia, quibus bene iactis, tanq; in domo bene ædi ficata non est uerendum ut corruamus. Optima autem fun damenta sunt adolescentis ad sapientiam assequendam: si cum sapiens id ætatis esse non possit propter temeritatem atq; inscitiam, qua nec uidere nec agere res optimas ualet, quod certe potest, eorum qui sapientes cōsuetudine delecte tur: quo de genere est illud eiusdem Ciceronis, cum ait. Ita se a patre deductum ad Sceuolā sumpta uirili toga, ut quo ad posset & liceret, a senis latere nunq; discederet. Primū enim est, ut colere sapientes assuescat. Secundum autem ut illorum dictis aures libenter adhibeat. Tertium ut eorum se q; maxime similem esse uelit: quorum non modo facta, sed etiā imitari cōtēdat. Ex quibus pricipijs usus, dēide ꝑgres sionibus, ad quā cōtendit, sapientiā uictor, consequetur. Sapientes colantur

Delegit pater tuus tum uiros primarios, tum in omni genere laudis probatos homines, quorum consilijs & ad monitionibus formarere: nonq; ipse per te tibi non sufficias (sed (quod nouellæ solent arbores) ut ijs tanq; adminiculis quibusdam innitare. hi tibi de rebus grauioribus differen tes audiendi sunt, non minus quam ipsi philosophi. Qui bus enim ad res gerendas melioribus uti potes magistris, quam ijs qui multa & magna gesserint? Auus tuus Alfon sus (ne a domesticis recedam exemplis) Antonio poetæ in credibili quadam uoluptate operam dabat: aliquid ex prisco Primarij et probati deligendi

rum annalibus referenti, quinctiã ueterum ab eo scriptorũ lectiões singulis diebus audiebat: ac licet multis magnisq́ interim grauaretur curis: nunq̃ tñ passus est horam libro dictam a negocijs auferri. Mirum est enĩ quantum ualeat ad optimã uitæ institutionem assiduaq́ & diligens lectio. Nã si ut Scipionem dicere de se solitum scribit Crispus: maiorum imagines mirũ in modũ intuentes, ad uirtutẽ excitãt: quanto magis illorum dicta factaq́ imitatione digna, sæpius animo repetita, et ante oculos posita commouere debeãt. Auus nunq̃ sine libris in expeditionẽ profectus, tẽtorium in quo asseruabãtur, iuxta se poni iubebat. Cũq́ nullas Fabiorum, Marcellorum, Scipionum, Alexandrorum, Cæsarum haberet imagines alias, quas ĩtueretur, libros inspiciebat: quibus gesta ab illis continerentur: cuius te nomen referentem: hoc eius exemplum, ut alia multa imitari maxime oportet: ut enim auo turpe non esset uinci a nepote in litteris: sic nepotem te gloriæ eius deesse turpe sit & dedecorosum. Neq́ illis assentiendum est, qui litteras accusant, q̃ si propterea contemnendas ducunt q̃ discendæ non sint: tan q̃ non necessariæ, nescio quid sit quod ipsi discendũ putent Quid est enim per Christum tam necessarium q̃ multa scire: atq́ ea tum in cognitione naturæ & rerum occultarum: tum in memoria rerum præteritarum, & clarorũ uirorũ exemplis posita? nisi quid honestum, quid turpe, quid bonum quid malum, quid expetendum, contra quid fugiendũ, q̃d ægrotantibus iucundum, quid ualentibus noxium sit, scire ipsi non putent necessarium. Qua uero ratione lautius conuiuium paretur: scire solum putent esse necessarium. Sciũt fortasse quod sint indignæ homine: ij falluntur omnino & quod dici solet tota errãt uia. Quid enim homine dignius, q̃ inter cæteros excellẽtem esse? Excellere autem doctrina prædictos, uel ex eo iudicari potest, q̃ in maximis gerendis

rebus, consiliisque capiendis, primum semper locum ii tenent qui docti habentur. Neque enim pueros statim grammaticis esse tradendos, a quibus erudiantur, consentirent omnes, si litterae indignae illis futurae essent, postquam uiri euasissent. Sed sunt quidam qui ut ignorantiam suam de qua etiam gloriari audent, defendant: ipsi de litteris litteratisque hominibus male sentiant, malo ocio & langori dediti. Licet autem non omnes qui inter doctos numerantur nota careant, uitium tamen non ad litteras, sed ad ipsorum ingenia referendum: quamquam litterae ipsae propter celebritatem conspectius illud efficiant. Sed & hoc necesse est, ut & ipsi fateantur. Ex iis etiam opus quos idiotas uulgus appellat, quique litteras nesciant, plurimos esse teterrimorum uitiorum maculis respersos inquinatosque, qui ut aliis careant, illo certe non carent, quod indocti ignorantesque sunt: quo quid aut esse contemptius, aut homine indignius potest? Vrbe perterrita, & quid consilii caperet incerta metu Catilinae, coniuratorumque aliorum, plebis patrumque communi consensu maturatum est ad consulatum demandandum. M. T. Ciceroni, quamquam nouo homini et inquilino, primariis ciuitatis uiris praeteritis, uidelicet non Harpianum aut maiorum imagines: tantam ei expectationem compararant: sed insignes litterarum tituli: & adducta e rhetorum scholis in forum, senatumque eloquentia.

Mortuo Nicolao quinto pontifice maximo: quod de Marino Tomacello, qui per id tempus Romae agebat, audiui cum ei successisset Calistus: timeretque ne a Iacobo Picinino bellum moueretur: atque ad eum accessisset magnus quidam uir: nouo tamen quod immineret bello perterritus, non esse inquit quod Picininum uereretur. Habere enim ecclesiam Christi tria millia & amplius litteratorum hominum, quorum consiliis sapientiaque omnes omnium simul Europae ducum conatus facile reprimi atque contundi possent. Sed non sit mihi longius nunc cum

his certamen. Neq; enim litteræ patrocinio meo indigent: apud te præsertim, Locus hic tñ attingendus fuit, non explicandæ laudes earum, in quibus cõnumerandis finem facio: ne illas laudans uidear de meis studijs aliquid prædicare. illud tñ nullo modo pterierim: q̃ uicto captoq; Antonio Caldora, Auus tuus cũ exercitu in Pelignos pfectus, cum peruenisset in locũ unde Sulmo poterat despici: percũctatus, An ea ut ferretur Ouidij eẽt patria: & q̃ aderant affirmassent, urbẽ salutauit, gratiasq; genio loci egit: in quo tãtus olim poeta genitus esset: de cuius laudibus cũ nõ pauca disseruisset: tandẽ famæ eius magnitudine cõmotus, Ego inqt huic regioni quæ nõ parua regni Neapolitani: nec contẽnẽda ps est, libenter cesserim: si tpibus meis datum eẽt hunc poetam ut haberẽt: quẽ mortuũ pluris ipse faciã, q̃ omnis Aprutij dñatum. Et qm̃ nõ semp agendis negocijs occupati esse possumus: & a libris secedendũ est aliqñ: faciendæq; sunt intermissiones: ac quærẽda tũ animi, tũ corporis laxamenta: uidere oportet ut cessatio oĩs careat ignauia: ne cũ relaxari q̃rimus, desidiosi effœminatiq; efficiamur: eritq; ocium ut sine negocio sic absq; segnitia, nã ut agrum q̃uis uberi sit solo: prudens tñ agricola cessare patitur: qui tñ si diutius cesset sentibus fructicibusq; obsitus squallet: sic ubi animũ ocio torpere nimio patiemur: efficietur ut iure illa in nos dicãtur: pluma Sardanapali epicuri de grege porcũ: & si qua dici aut fingi possunt indigniora opprobria. In hac cessatione dandus erit locus aliquis iocis: facetijsq; quibus animus recreetur. Quodq; ait Laberius, facundũ comitem in uia p uehiculo esse, ad istã quã dico cessationẽ trãsferendũ. Adhibendi sunt etiã musici, qui tũ cãtu, tũ chordis oblectent aĩum, & curas pmulceãt. dandũ quoq; aliqd histrionibus. Auus tuus meridianis horis, arcu se cum iuuenibus exercebat. Augustus pila & folliculo. Venatio quoq; &

laxamenta
cessatio
facũdus comes ĩ uia pro uehiculo est

aucupium, corpus animūq; maximeq; reficiūt. Pater tuus istud ætatis equis operā dabat. Cyrus apud Astyagē auū, puer equū agere, & conclusas horto feras iaculo ferire. doctus postq̄ adoleuit, aut aprum aut leonem in siluis petebat Itaq; nō iniuria apud Maronem præcipue laudi datur Pico q̄ esset equum domitor debellatorq; ferarum.

Oīum aūt primū studere oportet: ut ab iis potissimū amere, q̄bus corpis ac rerū familiariū curā pmiseris: qd' facies uiues securior: & amor iste cū inter familiares altius egerit radices, latius postea euagatus: non mō inter populares subiectosq;, sed externos quoq; diffundet̄. Quē em̄ quisq; amat, eū si fieri possit, uiuere ppetuo expetit: nulliq; minus exercitu opus ē (q̄q̄ haud scio an ulli maiores sint copiæ) q̄ ei q plurimū armet̄. Iure igit̄ uideri pōt dictū quod Thomas pōtanus libēter usurpabat amorē nunq̄ fecisse stipendiū. Illud ēt eiusdē ē nō minus prudēs. Amorē inermē qdē incedere, dormire tñ loricatū. Ad cōseruādū aūt: & magis indies augēdū familiariū, & eorū quos itimos habeas amorē, illd' maxime ualet ut amari se abs te itelligāt. Vetus em̄ est & prudēs. Si uis amari ama. Quod ex eo potissimū iudicabūt: si secūdis rebus suis senserit te lætari: dolere plurimū aduersis. Deuinciet aūt illorū aīos, ac īprimis fidos faciet liberalitas gratitudini cōiuncta: quæ in principibus modū nō pōt excedere: q̄q̄ nec semp: nec cū oībus eadē sit lex tenēda: ne dū assuescūt quotidie accipere si retrahere aliqñ manū necessitas coegerit: aut honesta rō suaserit, mutent aīum, & tanq̄ iniuriā aliquā acceperit, quærāt quo nā mō ualeant ulcisci. Multū ēt cōferet humanitas: qua uirtute cū excellas, necesse est nō mō ut ab intimis tuis amere multū: sed a cæteris oībus. Cyrus hic quē imitari te maxime cupio qua tēpestate ob īopiā liberalitate uti minime poterat, beniuolētiā suorū humanitate conabat̄ asseq. Quippe quibus

etiā in faciundo opere adiutor adesset ac laborū socius. Nā postea q̄ regno Assyriæ potitus est, nullū in eos liberalitatis genus exercere prætermisit. Cū non pecuniā sed amicos quibus ipse plurimū contulisset diuitiarū, suos esse thesauros duceret. Quāq̄ nō mō familiares & amicos, sed e subiectis unūquēq̄ adeo lætaret copia rerū abūdare, ut bōi regis ꝓpriū offm̄, qn et opus eē diceret: ēt ciuitates btās efficere.

Non tam aūt studendū est ut liberalis habeare atq̄ humanus, q̄ cauendū ab ijs uitijs, quæ his uirtutibus dicunt cōtraria. Non sentiēt te auidū alieni: neq̄ inhiantē ijs quæ ipsi in delitijs & cara admodū habeāt. Dominū em̄ cupidū necesse est rapacē fieri iure iniuriaq̄ uim inferentem, ut cupito potiat. Hinc ꝓscriptiones, exilia, cruciatus, cædes: hinc etiā postea contigit, uere illud dici. [Ad generū cereris sine cæde et uulnere pauci. Descēdūt reges et sicca morte tyrāni.]

Ad hæc qd magis alienū a regibus aut ipsorū securitati minus cōducēs, q̄ ꝓ cū ipsi præbere se cæteris debeāt humanitatis exēplū: difficiles et sup̄bos agāt? Inhumanitas enī mater est odij: ut sup̄bia crudelitatis: malus utraq̄ & uitæ & principatus custos. Me puero Angellottus Cardinalis ꝓ asperiorē se, et nimis etiā tenacē erga suos p̄beret: a famulo quē cubiculi curā habere iusserat, iugulatus ē. Quid tyrānis eueniet, qn̄ ij q sacrosancti habent, hūc exitū uitæ nō euadūt? quē cū semp̄ timeāt: qbus eos necesse est curis angi & tāq̄ adhibitis tormētis cruciari noctesq̄ diesq̄? Tradūt Massinissam cuius olim in Africa late patēs fuit imperiū, cū ne filijs qdē fideret, corp̄is custodiā cōmisisse canibus, quos multos feroces et alebat. quā hic securus uixerit, ex hoc uno plane iudicari pōt: ꝓ canibus q̄ filijs plus fidei haberet. Quo ut nō securiores: sic nō minus infœlices uixerunt Phæreus Alexāder, & Syracusanus Dionysius: quorum alter ad Theben uxorē quē ꝑdite ēt amabat: cū itroire uellet,

barbarũ quẽdã,& eũ notis cõpunctũ threicũs,ut Cicero refert,stricto gladio iubebat anteire:præmittebatq; stipatoribus suis,q muliebres arculas p̃scrutarent̃.Et ne qd' in uestimẽtis telũ occultaret̃ exquirerẽt.Alter uero cũ duas haberet uxores,Aristomadẽ & Dorida,neutrius unq̃ cõplexũ petĩsse dicit̃,nisi uestibus prius excussis.In cubiculũ quoq; qd' lata cinxerat fossa,ligneo põte sese recipiebat. Quinetiã filias a qbus añ tõdebat̃:ubi adultas uidit, ueritus cultrũ illis cõmittere,cãdẽte carbõe capillũ sibi aduri faciebat.

Venetĳs etiã sniã est:nec auctoritate carẽs:nec euentu: alienã uirtutẽ regibus sp̃ esse formidolosam.Quibus si tanta eẽt cura uirtutis honestãdæ:q̃tis præmĳs minus bonos interdũ ꝓsequũtur:ꝑfecto regũ res quietius haberent nec misceri eas cerneremus,aut regna ip̃a pulsis iustis dñis ad ignotos nõ raro trãsferri. Quaobrẽ qm̃ regni Neapolitani & ampli et opulẽti successio ad te ꝑtinet hortor ac moneo: uti paterna auitaq; imitatus uestigia:cũ te a puero institueris:ut ꝓbatissimos quosq; et uirtute præditos cõplecti assuescas.Est aũt uirtutis ea natura ut in quo sit,latere diu non possit.Sedebat aliqñ Antonius Panhormita de lectione fessus in uestibulo Pliniani sui: quæ uilla ẽ haud ꝓcul Neapoli in littore Resinati.Cũq; iter eos qui aderãt esset de uirtute quæstio,dixissetq; Antonius splendidissimũ eius lumen esse,præteriens Villicus,nescio q̃ inquit uirtus ista quã dicis splendeat Antoni. Sed certe scio me diutius illius contẽplandæ desiderio captũ intueri eã nunq̃ potuisse. Ad quæ surridens Antonius.Tu quidẽ bone uir de asello quẽ p̃ imprudentiam amissum nondum inuenisti, dicere bellissime poteras. Sed dic quæso quid putes esse in orbe splendidissimum? Solem inquit ille. Atqui solem cæci non uident respondit:q̃ ĳ sint oculis capti.Multo ergo splẽdidior est uirtus,quam etiam cæci apertissime uideant.

Prima igitur spes quā polliceri de te populis debes (q̄d quidem facis) illa sit, ut delectari te præstantissimorū hominum consuetudine intelligāt: quod cernentes sperabūt futurum te eū, in quo sint reposita uirtutibus præmia: quam tui expectationē magis magisq; indies & concitabis & augebis: si quo maiorē quis uirtutis opinionem præbuerit: hoc illum in honore maiore haberi abs te cognouerint: quorum hominum & si exiguus est numerus (uirtus enim ut cætera bona rara est) idem tamē circa uirtutē cōtingit quod circa bonarū artium quāq; uidemus solere contingere. Vt eñi si aut poeticæ aut physicæ sit honor ꝓpositus, magnus erit illorum numerus, qui clarere in eis studeant: eodē modo plurimi ut uirtutē assequātur, contēdent: si præmia quoq; quæ uirtuti debentur: unaſ'se consecuturos sperauerint. Laurentius Vallensis cum ab eo quæsīsset Nicolaus quintus pōtifex maximus, cur senex iam et in latinis litteris consummatus, tanto studio græcas disceret. Vt duplicem inquit abs te Pontifex mercedem accipiam.

Et quoniā fortuna principū in edito, et prælustri sita est loco: præbetq; sese spectandā omnibus: studendū est ut dicta factaq; tua omnia eiusmodi sint, quæ non modo laudem tibi atq; auctoritatē pariāt: sed & familiares & populares ip̄os ad uirtutē excitent. Ad quam nulla eos res magis excitabit q̄ spectata ipsis uirtus tua & mores q̄ probatissimi. Prudētissime igitur Claudianus componitur orbis regis ad exemplar. quid illud. Nonne prouerbij locū tenet? Dominus qualis sit, familiam ostendere?

Maxime aūt opinionē, tum subiectorū, tū cæterorū hoīm cōciliabit ea q̄ nunc a quibusdā etiā non indoctis uiris, q̄uis parum ꝓprie maiestas uocatur. Sed nō sit mihi de uerbo cōtrouersia, uulgus in hoc sequar, in quo ueniā mihi dari a te postulo. Est aūt ea principū propria: cōparaturq; arte & di

ligentia multa: habetq; ortũ a natura. Primũ igitur oportet teipsum ut cognoscas intelligasq; te gerere principis psonã quod intelligẽs in omnibus tũ dictis tũ factis grauitatẽ seruabis atq; cõstantiã. Cũq; omnis tũ cõsultatio, tũ actio sit de consilijs capiẽdis: aut de rebus publicis, aut priuatis in capiendis cõsilijs oportet multa audire: plurima circũspicere causam singulorũ q̃ dicuntur exquirere: nõ statim assentiri: nec semp etiã palam improbare: oculis nutuq; multa declarare: multa etiã pensitantẽ animo, uultu p̃teferre: sententias aliorũ ita examinare: ut mẽtes dicẽtiũ uideare uelle introspicere. quod ipse sentias: aut nõ statim, aut solũ paucis aperire. In dicẽdo cautũ & breuem esse, p rerũ tamen qualitate. parce repꝑhendere: rarẽter & nõ nisi maxima ex causa obiurgare. Laudare cũ grauitate: iracũdiã cohibere, tãq̃ maiestatis inimicã: in nullo ita efferri, ut qd' aiũt lineã trãseas. Ex his igĩ atq; alijs q̃ natura, tp̃s, res et ars docuerit, de qbus nulla certa p̃cepta tradi possent: nascetur admiratio quædam: sine qua maiestas esse nullo modo potest.

Publicæ uero res (uoco autem publicas: quæ ad quietem populorum & regni moderationem pertineãt) arte alia tractandæ sunt. Vrbium legatis conspectum tuum adeũtibus, mansuetum te & facilem præbeas, mandata referentes eo uultu audies: ut fiduciam eis ad dicendum des. Cum uero dimittentur, ita eos dimittes: ut qui honesta & iusta facile abs te impetrari posse intelligant. nec his contentus, honoribus quoq; & donis quæ grata illis esse foreq; cognoueris, honestabis atq; afficies. Quæ uero aut minus honesta: aut nõ satis æqua petierint, ea nõ semper, nec palã, nec tristiore uultu: aut grauioribus uerbis denegãda sunt: sed potius ostendendum est, non iõ ea te non cõcedere q̧ nolis, sed q̧ illis inutilia indices: quodq; ea rõne ipsorũ rebus melius consulatur. Vbi autem de iure agitur: nullũ a te personarũ

discrimen habeat,sed ipsarũ legũ ꝑsonã induas,quæ eædem semper sunt oĩbus:populos etiã oportet:tũ litteris tũ nũtijs pro rebus tꝑibusq; sæpius ut horteris moneas,excites, nec semꝑ expectabis dũ rogẽt ꝗd:sed ultro:& nõ rogatus bñficiũ cõferes:præmia quoq; ꝑponẽda sunt ijs artibus quas celebriores in ciuitate senseris.Præsens,eum te erga ciues geres,ut necessitatibus suis patrẽfamilias:iuridicẽdo prætorẽ:ciuilibus simultatibus dissensiõibusq; cõpositorẽ adesse sentiãt:gaudentẽ suis secũdis ac florẽtibus rebus, dolentẽ aduersis,ac totis uiribus pericula uimq; ꝓpulsantẽ: demũ ꝙ & absentẽ & præsentẽ eã te rerũ suarũ hẽre curã intelligãt:ut tãq; dñm uereant̃:colãt ut patronũ.In iudicijs autẽ seuerũ:in rñsis grauẽ et circũspectũ sentiãt:gratũ in sermone:acrẽ in sentẽtijs:minime tñ cõtentiosum. Sint uerba ut sine supcilio,sic nõ absq; grauitate & penso.In facinorosos aũt & eos quos pœnis afficiẽdos leges sanxerint,sic aiaduertas:ut non hoiem sed crimẽ insectari ac punire uideare. His atq; similibus amor conciliabitur & reuerentia fideles & diuturni.Maiestatis comites:quãquam poetæ ex honore & reuerentia natam eam uelint.

De priuatis quoq; aliquid præcipiẽdũ est,si enim oĩa persequi uelim:uereor ne modũ excedat præceptio.Ad hæc nõ pauca sunt quæ ut hic probantur:sic alibi improbãda sunt. Mutantur enim multa pro locis:rebus:temporibus:quorũ quidem natura ipsa erit optima magistra,& ipsarũ tum rerum,tum temporũ atq; ingeniorũ obseruatio,ex qua ars cõstat.Priuata igitur:cum aut extrinsecus erga eos qui priuati sint:aut erga teipsum sint consideranda:quẽ te gerere erga alios debeas.Lex hæc erit,ut peregrinos humaniter excipias:attentus audias,liberaliter tractes:in oĩbus facilẽ te eis & benignum præbeas.Studeas etiam antequam te adeant,quoad poteris nosse quod sit suum ipsorũ ingeniũ:

quibus cum uixerint: quas artes fuerint secuti: quas etiam sequantur opiniones: actionesue: tristes ne sint: an hilares: suaues in sermone an duriores, quæ afferant mãdata: quid impetrare cupiãt: publice' ueniant an priuatim: mores quoq; nationum, & studia sunt diligenter noscenda. His enim cognitis facile intelliges quid agere teipsum oporteat. Adhibitos in cœnam laute accipies: inter discumbendum alloquere familiariter: multum delectari te illorum sermõe ostẽdes: multa etiam ab ipsis de moribus nationum, de situ locorum, de ijs quæ inter peregrinandum memoratu digna uiderint audierint ue, doceri studeas. Inuitãdi sunt etiam ex ijs qui aderunt de rebus tũ iocosis, tum grauibus, ut aliqd dicant: quod tum admirationem tum uoluptatẽ pariat. Cũ uero in eũ sermonem tecum uenerint, ut impetrare aliquid abs te contendant, tum oportet ut liberalitatẽ munificentiamq; præferas: & ubi aut dignitas tua: aut ea quæ ab illis petentur exigent, religionem, iustitiam, continentiam, mansuetudinem. Cum autem dimittendi sunt, blandis uerbis, & comi sermone alloquere: nec cõtentus ijs quibus eos donaueris, multa quoq; & ipse pollicebere, & per alios offeres.

E subiectis autem quorum tibi aut ingenium, aut fides, aut multa rerum experientia cognita fuerit, præficies magistratibus, prosequere salarijs alium belli rebus, alium pacis designabis: bonis consilio & iustitiæ cultoribus, urbiũ aut prouinciarum curã demandabis, probatæ fidei, & ingenij minime uarij præficies arcibus, administrandis pecunijs, thesaurisq; conseruandis, quos frugi, diligentes, industrios abstinẽtes scieris. In hos seuerũ: in illos facilẽ ꝑ causis: īgenijs, tp̄ibus, locisq;, te exhibebis: sciẽs sũmũ ius summã interdũ iniuriã eẽ: nõ raro ẽt magis ex æquo et bono q̃ iure agendũ: quædã ẽt magis ignoscẽda eẽ q̃ puniẽda: nõ

nulla ēt prætereūda tāq̃ ignores, aut in aliq̄ tps differēda.

Optime etiam haberet, si unūquemq; e subiectis domini cognoscerent. Nam ut bonis locus & gratia apud illos eēt: sic malis improbisq; paratum supplicium, quod quoniā tū naturæ humanæ imbecillitas non patitur: tum fortunæ inconstantia prohibet: cū præter opinionem plura contingāt: præstandum est ut si non omnes, plurimos tamē cognoscas. sciasq; quod nullus mercator capiendis soluendisq; nūmis ignorat, quanti quisq; sit expendendus. Sūma etiam cura attendes, ut quos iuri dicendo præfecturus es, auaricia cæterisq; malis libidinibus animum liberum atq; inuictū gerant. Vim a quoq; ita prohibeas, ut nullius rei acriorem te q̃ legum ac libertatis defensorem ostendas, nihilq; nisi qđ iustum & honestum sit ab ullo exigas.

Infamia quid sit

Cum familiaribus quoq; negligendum non est: qualis ipē futurus sis. Nā ut est apud Iuuenalē. Lingua mali pars pessima serui est. Infamia eñ ut Nicolaus Maria Buzutus eques neapolitanus dicere solet, domesticum malū est, quæ in domus penetralibus nata: ubi paulum modo adoleuerit furtim se domo surripiens orbem peruagetur. Quamobrē danda est opera, ut familiares quiq; aulici hodie uocantur, optime de te sibi persuadeant: quod his moribus artibusq; facillime assequeris, si facilem, comem, benignum, liberalē, erga eos te præbueris: facile condonantem peccata: ac recte facta in maius etiam extollentem. Si unusquisq; partes suas pro ministerio opera, ingenioq; suo ualere apud te intellexerit. Si ex ijs quæ ipē spōte tua in ipsos conferes, sibi polliceantur te & non rogatum maiora indies in se collaturū, & a rogato quæ petent facillime exoraturos.

Lodouici Pontani grauissimi uiri, & sua ætate iurisconsultorū principis nobilis sententia est: neminem posse in literis clarū euadere: nisi qui plurima legerit, audierit, memoriæ

moriæ mãdauerit: quã si subtilius intueri uelimus, intelligemus regem etiam bonũ esse nequaq̃ posse, nisi sæpe & multum legat: multos multa referentes audiat: lecta atq̃ audita memoriæ mandet: quod etiã Homerus comprobare uidet, qui Vlixẽ quẽ sapiẽtem affingere uolebat, ab ipso statim opis initio his laudibus tanquã circũscripserit: qui mores hominum multorũ uidit & urbes. Quãobrẽ si amari a familiaribus, quod unum præ oĩbus studes, uis: si futuri boni regis expectationẽ concitare, quod solum a dijs immortalibus optas: id de te imprimis præsta, ut nõ uni ex omnibus addictus uiuas: q̃d maxime alienũ ẽ a principe: sed teipsũ omnibus tanquã per uices partire palã faciens, unũ te esse ad quẽ referri omnia & uelis: et debeãt. Vt enim male actũ esset cũ genere humano, si uni se deus aut paucis admodũ præberet exorandũ, Eodẽ modo male eũ principũ regũq̃ familiaribus, si in tanta multitudine uni, aut paucis admodum locus fideiq̃ sit. Nullus enim familiaribus maior est dolor, q̃ ubi cũ principe suo ueluti p interpretẽ agẽdũ sit. Oportet eñi q̃ amari a suis & minime peccare in republica uelit, plurimis oculis: plurimisq; auribus ut utat̃. Iacobus Caldora dux ætatis suæ clarissimus dicere solebat, eo die multũ se pecũiæ cõparasse, quo multos audisset: cũ multum audire, maximos thesauros esse duceret. Vultus etiã bonus & læta ut dicitur frõs incredibile est q̃ʒtũ adiuuẽt. Clarum nãq; est illud, dextera corpus pasci, animũ uultu.

addictus

Iacob(?) Caldora dux

Totius autem maiestatis fundamentũ est, si recẽ ita quidem uiuas, ut minime a te ipse dissentias, in omnibusq; tũ dictis tum factis fidẽ ut teneas: atq; cõstãtiã: quodq; in alijs repræhendendum iudices, seuerus in te iudex prius correxeris: animumq; prauis cupidinibus minime obnoxiũ gesseris. Si quemadmodum potestate & imperio: sic iustitia, pietate, cõstantia, moderatione, præcedere alios cõtenderis.

Si ut fraudulenti & perfidi nomen abominabere, ita nec semper, nec omnibus tantam fidem adhibebis: aut in dicendo aut in consulendo aut in aliis quæ plurima in uita mortaliũ dubia & incerta cõtingunt: ut nõ existimes posse aliquãdo eos decipi, errare, labi: cũ ueritas plurima habeat diuerticula: & ut Narcissus theologus acutissimus uir dicere solet in latebris habitet. Patiẽtia quoque æstus, algoris, inediæ, nõ modo commẽdatur in principibus, sed tanq̃ necessaria desideratur. Cibo etiã & potu ut cæteris corporis uoluptatibus maxime temperandũ. Quid enim magis contra maiestatem, q̃ qui aliis imperet, cum uino intemperãtiæq; seruire? quod monstro simile est. Si enim ut est apud Nasonem. Non bene conueniũt, nec in una sede morantur Maiestas & amor, quanto minus ebrietas & temulentia, quæ sordidis etiam hominibus maximo uitio datur. Somnus quoq; immoderatus & non concessæ uiris delitiæ: omnino fugiendæ. Eneruat enim somnus, delitiæ effœminãt. Principem nãq; in umbra & plumis ut aiũt assidue agentem, multa uitia necesse est circunsistere: cũ uoluptatum titillantium nutrix sit culcitra: cui morbo multum adiiciunt secreta cubiculorum cõclauia. Quamobrem recte ab Horatio dictũ est. Ociũ & reges prius & beatas pdidit urbes.

Non parum etiam in gestu positũ est. Sit igitur incessus non mollis, non concitatus, nõ dissolutus: medium inter hæc tenendũ. absit ab omni corporis motu rusticitas: & petulẽtia, manuũ complosio, et brachiorum cõcitata motio, omnino inepta. Quid uultus illa contortio q̃ uitiosa? quid risus perfusio & cachinni pene singultãtes quam turpes? quid capitis cum ceruice quassatio q̃ uulgaris? & pene dixerim equis hinnientibus quam hominibus magis conueniens. In oculis quoq; nõ paruã natura posuit motuum ani

mi declarationem. Quamobrem ab eorum motionibus omnis erit abijcienda leuitas atq; impudentia: & cum nulla corporis pars uacare debeat cōtinētia oculos maxime oportet principem habere continentes: nihil fœdum, uarium, crudele, nudum, uanum, in illorum appareat motu: atq; obtutu, nihil in superciliis, nihil in fronte. obtutus

Vestitus quoq; & totius corporis ornatus aptus, & decens multum conferet, & ad retinendā, & ad augendam quam dico maiestatem: quem & si mutari oporteat, pro locis, negocijs, causis, ætatibus, temporibus (non enim idem est senum, qui & iuuenum: idem belli qui & pacis: idem aduersis, qui & secundis rebus: idem in iudicijs: qui etiam in spectaculis) danda tamen est opera, ut nos & ubiq; & semper ij simus, quos esse conuenerit. neu inter triumphātes pullati: in funerū uero pompis sericati: diuersicoloresq; incedamus. Vtinam autem non eo impudentiæ peruentum esset: ut inter mercatorem & patritium nullum sit in uestitu cæteroq; ornatu discrimen. Sed hæc tanta licentia repræhendi potest: coerceri non potest: quanquam mutari uestes sic quotidie uideamus, ut quas quarto ante mense in delitijs habebamus nunc repudiemus: & tanquam ueteramēta abijciamus. quodq; tolerari uix potest nullum fere uestimēti genus probatur, quod e gallijs non fuerit adductum, in quibus leuia plæraq; in precio sunt: tametsi nostri persæpe homines modum illis & quasi formulā quandā præscribant. Vt non omnis color: nec omne pannorū: aut sericoru; genus. Sic nō omnis uestitus & ornatus principē decet: cum uestimenta quædam gregariorum tantum sint aut remigum: eodemq; modo colorum: alij sint puerorum, alij senum: seruorum alij, alij ingenuorum. De vestitu veteramēta

Inter has igitur tātas uarietates: ac diuersitates eligere

oportet quid maxime conueniat. Quod si quando in dubiũ cadet, tunc illa ratio tenenda erit: ut ea minus probes, quæ ad dignitatẽ hoĩs prĩcipisq; maiestatẽ minus facere indicabis Calceũ.n.rostratũ, & reiectũ ab occipitio ã oculos capillũ, qs dubitet nõ mõ principi, sed ne pudẽti qdẽ adolescẽtulo non conuenire? quãquã remittere aliquid de maiestate aliquãdo permissum sit: quod licet interdum permittatur, memores tamen esse oportet illius quod a Nasone dictũ præcepti loco habendũ est. Fine coli modico forma uirilis amat. Quo enim pertineat muliebris & in adolescente, & in sene cultus, nimiaq; in comendo dilig̃ẽtia, omnes intellig̃ũt. Sit igitur cultus qui dignitatem augeat, non formam uenustet: licet forma ipsa de cultu plurimum capiat adiumenti: ac nonnunq̃; etiam quæ insunt a natura uitia, cultus accessione aut minuantur, aut contegantur. Sed quis probet contortos in ãnulum capillos, & ad humeros usq; deiectos? quis non horreat barbam ad pectus promissam, & prominentes in collo aut brachijs setas? q̃q̃ hæc quarundam nationum propria sunt. E cultu enim uenustatẽ quærere mulierum est: horrorem autẽ barbarorum: nobis uero & uirilis & italica disciplina tenẽda est, non q̃ ab alijs gẽtibus, si qua digna apud eas uidebuntur, accipienda nõ sint, quæ quidem quotidie accipimus, sed ut sciamus nullam esse nationem quæ tanto studio, q̃to italici homines grauitati inseruiãt. Qualis autem ornatus maxime deceat, aut in excolendo quæ sit meta, difficile dictu est: cum nihil sit hodie in his perpetuum: nec quod præceptis aut regulis comprahẽdi satis queat: nisi forte illud perpetuum sit, ut medium teneamus: quod ego & si in priuatis quibusq; uiris probem, tamen quoniam in principe augustius quiddam esse & debet & exigimus, uereor ne medium ipsum parum sit.

Hanc conseruandæ, augendæq; maiestatis partem. Dux

Alfonse: quam adhuc persequor, uideo totam fuisse ab anti quis philosophis prætermissam: nullus enim qui exquiret, aut ipse sciam aliquid de hoc præcipit. Nam quæ a Cicerone & prudēter & distincte de decoro dicuntur multa, ea tum priuatorum tum magistratuum qui a priuatis ad certum tempus geruntur, personas respiciunt: non regū. quanquā multa illinc transferri ad hæc possunt. Quam partem si di ligentius persequi uelim (nō enim ignoro q̃ late tractatus hic pateat) necesse esset auocari me ab his negocijs: quibus deesse: nec ipse possum: nec a patre permittitur tuo. Quod si illud quod scriptoribus dari solet, ocium mihi concessum esset, nihil quod ad hanc præceptionem pertineret, præter misissem: nec quæ nunc attigi, breuiter perstrinxissem: sed diuisa in species ac partes suas non in una coarctassem epi stola, sed uoluminibus pluribus explicassem. Dixissem nam q; qualem conueniret esse in conuiuijs principem: qualem in ludis: qualem in cerimonijs: qualem in iure dicundo. nec tacitus præterijssem, qualem eius regiā esse oporteret, aut quibus instructam ornamētis, apparatibusq;. & cum fama maxime constet maiestas. Nam neglig ēdum a principibus non est. Quid exteræ quoq; natiōes de se sentiant, hanc eti am partem copiosius essem executus: q; ut dixi occupatiões meæ non patiuntur, & epistola finem quærit: cui tamē hoc etiam accedet: ut qualem esse principis orationem deceat, breuiter explicem.

Cum igitur duo tantum sint quibus ab animātibus cæ teris magna cum excellentia differamus animus & oratio. Sitq; oratio index eorum quæ animo aut cōceperimus, aut sentiamus, omni arte studendum est: talis ut oratio sit, quæ nihil obscenum, stultum, temerarium, inuidum, superbum, leue, cupidum libidinosum, inmite animo, cogitationibus q; inesse indicet tuis: sed quæ præseferat in serijs rebus gra

uitatem, in iocosis leporem urbanitatemq; in dubiis circunspectionem: ueritatē in iudiciis & seueritatem: in aduersis ac tristibus fortitudinem: in lætis prosperisq; mansuetudinem, facilitatem, humanitatem.

Sint uerba rebus conuenientia: quibus etiā accedat uultus, & totius etiam corporis motus aptus ac decens. Cauere autem oportet ne uerba ipsa sint plebeia aut peregrina aut militaria. plebeia nanq; sordida sunt & ridicula: peregrina licet interdum nouitate ipsa placeant, tamē non sine dicentis audiuntur reprahensione. In militaribus uero inest temerarium nescio quid atq; inconditum.

Ipsa tamen oratio sit minime concitata aut trunca: lenē esse cupio & fluentē: quæq; simplicitatē quandā indicet: et q̄d uelit paucis: apte tamen colligat: q̄q̄ nonnūq̄ res ipsa exigit ut impetū faciat oratio, & tanq̄ manū cōserat: ac nūc feriat: nunc minetur. Sed quoniam nō sine quibusdā iræ stimulis & concitatione animi uehementiore fieri hoc potest: quandocūq; continget ut in dicendo reprahensorē, obiurgatorem ue agere necesse sit, quo ad fieri possit obiurgatio ira uacet, quæ ubi est, maiestas nullo modo retineri potest. Vocem nobis ipsa natura nascentibus dedit: cui tamē ex arte non parum accedit adiumēti: maxime autem ꝓbatur clara et suauis, nec languens nec canora, quam tamē nunc demittere: nunc tollere, proq; affectibus animi, aut inflectere, aut mutare oportebit, ut non solum rebus uerba, sed uox quoq; utrisq; conueniat.

Hæc ad te scripsi dux Alfonse breuius q̄ tantæ rei preceptio exigit: nec me fallit q̄ latus hic campus sit: & ad disserendum & ad præcipiendum. Sed non fuit propositi mei regem ut instituerem. Quamobrem leges hæc tu quidem non eo consilio a me scripta, ut aliquid doceare: sed ut hæc legens, teipsum, eaq; quæ cum summa omniū lau

de agis, recognoscas: teq; indies magis ad gloriam excites. Scias autem qui agendũ id cuiq; præcipiat, quod ille agat: eum nõ præcipientis, sed laudantis potius psonam induere. Quod ego hac epistola feci: quem si librum appellare malueris, non repugnabo auctoritati tuæ: quẽq; si sensero tibi nõ displicere (nam ut laudari postulem nimis impudẽter ingenio suo blandientis esset) breui sequẽtur alij, quos futuros arbitror non inutiles.

Ioannis Iouiani Pontani Libellus de Principe finit fœliciter.

Ioannis Iouiani Pontani Dialogus qui Charon inscribitur.

Qui magistratum Aeace gerunt: ijs nũq; sine negocio ocium esse debet. Aea. Prudenter atq; e re dictum a te ẽ Minos, nã & in ocio cogitare oportet de negocio: & ubi liberior aliquãto factus est curis animus: q̃a tũ longe maxime quid uerũ sit cernit, exercẽdus hic est: a sene præsertim, cui non ut incũti ætati pila & trochulus: sed rerum optimarũ cognitio atq; scientia curæ esse debeat. Mi. Scilicet non dies noctesq; aut dormienti tibi, aut potanti optatum illud a dijs obtigit, nati ut sint myrmidones: sed animum colenti & prudenter ac pari iure moderanti populos. Aea. Sunt hæc Minos ut dicis, quæ dijs immortalibus tribuere solebam, quorum erat muneris, ut boni prudentesq; haberemur. Eorum ergo beniuolentiam non thure & extis magis quã recte agendo, prudenter consulendo, iuste imperando, conciliare studebam mihi. Minos. Deorũ profecto, deorum est ut dicis ista benignitas: quos non

hedorum sanguis, aut frugum primitiæ placatos faciunt. Sed innocentia: ueritas: castitas: fides: cōtinentia: quæ sunt illorū munera, quibus qui utantur: ijs consilia ipsi sua aperiunt, seq; inspiciendos præbent, quin quod deorū est proprium, non abstinētes modo, & moderatos quos nouerint, in cœlum ad se, ut scimus euocant, uerū incontinentius qui uixerūt dum pœniteat, dum in uiā redeāt, in eos quoq; clementes sunt atq; benefici. Etenim deus ille optimus maximus non tā peccata ulciscitur quā miseratᷓ & parcit. Amat hominū genus: & dum aut pestem illis: aut tempestates immissurus est in iram eorum sceleribus prouocatus, nunc mōstris præmonet: nunc per ostenta declarat, & cum maxime iratus est per crinitas stellas, ut procurationem adhibeant qua placatus ipse sententiam mutet. Et certe maximas fore in terris discordias, & calamitates auguror. Meministi enī ut excussa est nuper terra, ut mouit ab imis usq; sedibus, et q̄ sæpe. Pessima quædam uidentur portēdi mortalibus: & animus scire auet. Quamobrem si uidetur (ferias enim agimus & collega Rhadamāthus hodierno satis est muneri) descendamus ad ripam et sub amœna cupressorum umbra considamus tantisper, dum e terris aliquis ad nos eat, ad quod uel inuitare leuis aquarum decursus potest, uel quod nostra scire interest, quid agant homines, ut ad illorū actiones iudicia comparemus. Aea. Recte Minos & commode, nā & mens ipsa præsagit triste nescio quid, ac periculosum imminere mortalibus: & ipse meministi, nuper dum in sacerdotes illos sententiam diceres: queri eos & ægre ferre laborare Italiā seditionibus, magnosq; in ea legi exercitus. Quamobrē in pratū hoc descendamus si placet. Mi. Descendamus, et si tibi uidetᷓ Charōtē ad nos uocemus. Nā et ipse ociosus ē. Aea. Et ociū agit: et orō eius erudita et grauis ē.

Charon Minos Aeacus.

Quidem uel ex hoc conditionẽ hominũ infœlicem iudico, quod sperato omnes uictitant: quid enim eorum est spe inanius? Mi. Quæ nã sunt ista Charõ? Cha. Cuia ea est oratio? quos ego ꝓcul uideo? O æquissimi animarũ iudices saluete multũ, & per stygem unde uobis tantum est ocij a foro ac iudicijs? Mi. Eadẽ nostri huius ocij causa est, quæ & tui. Scis enim ꝙ hoc triduũ nihil ad nos animarum traieceris. Cha. Istud ipsum mecum admirabar atq; adeo idignabar, ita spe deceptum me mea, ut in Plutonis ærarium, ne collybum quidem, triduo hoc toto contulerim. Itaq; quæ uita esse potest mortalibus, inter tot, ac tam uarias necessitudines? quos spes tam assidue frustretur, ac ludat: eorumq; uel maximum hunc errorẽ esse duco, ꝙ inter deas spem numerant, quæ humanæ fortunæ ancilla est: uaria: inconstans: fallax: pellacissimaq; & bonorum & malorum omnium: quod modo tyrãnus declarauit, qui dum regnum animo concipit, spe sua lusus, uix tandem ad ripam huc peruenit, nudus, plorabundus, claudus, senili gressu: fallentibus uestigijs ex tot tantisq; male partis diuitijs uix annulum secum ferens. Aea. Doctiorem te factum portitor gaudemus: & per herebum egregie philosopharis. Charõ. Quid ni philosopher? qui tot annos doctissimos homines qui trans ripam inhumati errant, differentes audiam? eorũ ego disputationibus mirifice delector: & ubi uacat etiã auditor fio: magnãq; ex eorũ dictis uoluptatẽ, uberẽq; fructũ capio: quosdã tñ ut ridiculos ægre fero: & stomachor: sunt eñ partim nimis captiosi & fallaces, parti inanes et lubrici: qualis Parisius sophistes: qui nuꝑ cõgressus est mecũ: et per Plutonẽ ꝙ audacissime. Morieris Charõ uociferabatur Ego me ꝗ de mortaliũ nõ essem nũero, moriturũ negabã. at ille morieris inclamabat. Quinã hoc fiet inquam? Tũ ille di stortis supcilijs. Charo inquit es. Omnis autẽ Charo morti

est obnoxia. morieris igitur. Et cum diutius uixeris, breui morieris. Tum ego, ut qui eius amentiam non ferrem uix continui quin eum in fluuium deturbarim. Quid alter, q̄ pene risu me confecit? Remus inquit Romuli frater fuit: plures istic remos habes, plures ergo fratres tecum sunt Romuli. Hoc audito Aeacee ita sum risu cōmotus ut dirumpi timuerim. Sed & tertius cum me soluentem uideret, audi inquit Charon, & disce. Recte inq; hospes admones, nunq̄ enim satis quisquam didicit. Disce inquit ille. Nouū est hoc. Palus inquam est quam nauigas Palus autē lignū est. Lignum ergo non aquam nauigas. Vix hic finierat, cū quartus quoq; ægre ferens priorem illum argumentatum, & me inquit audi. Tribus portitor manibus uteris: etenim palma manus cum sit, et tribus ipse palmis remiges, tribus profecto manibus uteris. Atq; ferenda hæc fortasse uideantur in pueris, dum ingenium acuunt. Senes uero tam insigniter delirantes, & eos præsertim qui de natura ac deo disserunt, quis ferat? Nuper superstitiosulus quidam, cum ex eo quærerem, nunquid e terris noui inquit afferret, plures qui diem obierant reuixisse, quocirca scire e uobis uehementer cupio qui animarum omnium tenetis numerum, an earū aliquæ aut ipsæ aufugerint, aut furto subreptæ uobis fuerint: ego certe scio neminē unā retro a me reuectā. Aea. Et priora illa Charō oīno contēnenda nō sunt: pertinēt enī ad quærendā ueritatē. Et posteriora hæc nequaq̄ improbanda, quippe cū religionē augeāt. quædā etiā suapte natura nobis sunt incognita. Cha. Sint ista ut dicis, quando nihil ad nos attinent, quāobrē missa nunc faciamus. Sed quod nunc mihi in mētē uenit, & admirari nunq̄ ipse satis possum, si per leges uestras licet nosse id ex te uelim, cur postq̄ de tyranni capite sentētiā tulistis, nō inter sontes cū & scelerosos, uerū trās ripā illā, ubi solus agit, relegastis? Aea. Hone

ſtũ ſane eſt ſcire qđ poſtulas, æquius tamẽ erit id te ex Minoe quærere cuius illđ fuit iudiciũ. Cha. Nimirum ut alia Minois oĩa, ſic & hoc ẽ cognitu digniſſimũ. quãobrẽ optime Minos ut cuius iudiciũ admiramur, eius quoq; teneamus cõſiliũ, ne grauere palã illud nobis facere. Mi. Et facile eſt docere, qđ poſtulas, et ego libẽter hoc fecero, pertinet ẽm ad ſapientiã, cuius te ſtudioſum eſſe factũ magnopere lætor ac laudo: quamobrẽ ut cõſiliũ illud de relegando tyrãno iuxta mecũ teneas, ſic habeto: præterq̃ ꝙ uarius, perfidus, ĩmanis & ſupra q̃ dici poſſit rapax fuerit, ſeditioſiſſimus omniũ mortaliũ, & fuit, & ipſe confeſſus ẽ nullius adhibitis tormentis. Itaq; dies noĉteſq; nihil unquã aut cogitauit aliud aut egit, q̃ quomodo lites ſerere: tumultus excitare, bella mouere, aut augere mota poſſet, pacis ac quietis inimicus. Eũ ego cui aliena documẽto eſſent pericula, ne inter manes ſeditionẽ aliquãdo faceret, e Republica eſſe duxi eiectũ urbe noſtra, omniq; qđ lethe cingit ſolo, trãs ripã illã iter errãtes umbras exterminare, qui et legẽ ſtatuere placuit, ne cui adire illũ, neue ĩſpectare liceret a cẽteſimo lapide. Cha. Et iuſte & prudẽter factũ Minos. ſed quid ꝙ ſeptimo quoq; die in ruberã uerſus, ubi diẽ totũ cõcrepuit: ueſperi ab hydro depaſtus interit: maneq; ĩ umbrã reuiuiſcit? Mi. Quod fecit patitur, uorare alios ſuetus, ipſe nũc deuoratur. Cha. Quã iure, quã merito. Atq; utinã mortalibus nota ſupplicia hæc eẽnt: moderatiores illos ſperarem fore, minuſq; ambitioſos: nec tã alieni appetẽtes. Mi. An obſecro Pythagoræ oblitus es? & meminiſſe certe debes: uenit ẽm ad nos torrida facie, uſtilato capillo, adeſis naribus: nã dũ inter mortales hæc prædicat, dũ ſuppliciorum eos horũ ammonet, igne ab nefariis adoleſcẽtibus ædibus iniecto occiditur Cha. O bone Plutõ, quænã hæc ẽ tãta ingratitudo, atq; ĩmanitas? hoccine docẽdi atq; iſtituẽdi p̃miũ? Mi. Ingratiſſimũ

est genus hominum atq; incontinentissimum. Omitto poetas, qui primi de inferis uera prodiderunt, quos nunc omnes contemnunt. Socratem ueneno petierunt: uirum sane optimum, ac sapientissimum, & profecto quae in christum egerint, nosti. Nam & lateris & pedum eius uulnera attrectauimus, uix credentes tantum homines facinus admittere ausos. Cha. Et quidem ille ueritatem docebat. Mi. O Charon Charon, ignorare uideris ueritatem semper odio fuisse mortalibus. eam ex hominum coetu eiectam, atq; in exilio agentem, dum restituere christus nititur, quae passus est, nosti. Cha. Vnde haec hominibus improbitas Minos? Nam & homo ipse fuisti, & diu Cretensibus imperasti, res eorum moderatus? Mi. Quã mox istud. nunc illud inspice & cõsidera, quod unũ tibi cum primis eorũ declarare possit iprobitatem. Cha. Expecto quod nã hoc sit. Mi. Audi & detestare. Nam & ipsis nunc mortalibus detestabilissimum uideri satis scio, quod christus ab his hominibus quos docuisset: quibus cum tot annos innocentissime conflictatus esset: crudelissime occisus sit, a nobis uero & turbis his quibus esset incognitus, ubi primum uisus, statim cultusq; & adoratus fuerit. Cha. Quod quidem facinus imprimis abominor, & causam nunquam admirari satis possum. Mi. Admirari desinas si mẽtem ad philosophiam reuocaueris: etenim oportet memorem esse philosophantem: & profecto dies ille memorabilis apud manes fuit, quo uocatus est in iudicium Stragirites ille qui se Peripateticum agnominabat, quod de praeceptore suo partim perperam sensisset: partim ingratus in eũ fuisset. Hunc itaq; die dicta, cum rerum a se commentarum rationem redderet: quasi ab initio dictionis differere ita meminimi. Duplicem esse hominis naturã, alteram rationalem, alteram carentem ratione. atq; hoc ipsum quod ratione caret duplex esse dicebat. alterum prorsus semotum a ratione:

alterum uero solere a d rationem sese adiungere, eiq; obtemperare. Cupiditates igitur appetitionesq; uehemētes atq; incompositas nullis adhibitis frenis solere partem illā quæ rationis esset audiens, ita deijcere de statu suo, ut nullū ea ad medium illud retinendū adiumentū afferre posset: hinc ortum ducere uitia: seditionesq; cieri & bella, cæteraq; orirī mortalium mala. hinc ueritatē molestā illis esse ob eamq; causam nec audire, nec pati eos uelle, q̄ iusta honestaq; præcipiant. hoc itaq; plane in ignem pythagoram conieeit. hoc Socratem ueneno extinxit hoc ipsum item christum cruci affixit. Cæca igitur mortalitas suisq; uicta libidinibus: atq; in furorem acta, quē occidit, nosse nec potuit nec uoluit, nec siqui bene illum norant: tutari potuere, quippe qui admodū essent pauci. Rara est enim oīs bonitas. At manes quod corporibus nō impedirentur, cognouerunt illū: et qui corporis contagione mundi atq; expurgati omnino erant: secuti etiā sunt. Cha. Et quanta cum frequentia & plausu. a corpore igitur oīs illa malorum origo, & causa: q̄ ab animo? Mi. Origo quidē tota est a corpore: uerū & animus accusandus est, qui uinci se, cū imperare debeat: sinit. Fœlicem te igitur Charō qui corporis uinculis solutus ac liber semper fuisti, nec te aut titillantes illæ uoluptates corporum dominæ commouerūt unquam aut cupiditates egerunt præcipitem, quæ in hominibus infinitæ quidem sunt atq; insatiabiles. Sed nos fortasse longiores sumus: munerīq; isti tuo quod uacationē uix ullam patitur, impedimentum dicendo attulimus Cha. An quod esse pōt molestū tempus: quod philosophiæ impēditur? Atq; utinam succisiua hæc tēpora sæpius darentur. Sed tamen quātum munus hoc meū cui deesse ne minimū, ut scitis, possum patitur: id omne ad philosophiā confero, ea laborū meorū solatrix est, & comes: ea solū esse me nō sinit, atq; a multitudine quæ me assidue circūsistit, longius

etiam segregat. Aea. Aciem intende Minos, nam cũ Charonte sermon ẽ istũ dũ habes, sub occidentẽ ipsum: quasi nubẽ quãdã cãq; perq; tenuẽ uidere uisus sum: quæ ni me oculus fallit cogi paulatim ĩcipit. Cha. Q uanã e cœli regione? Aea. Ab occidẽte: paulum ab leua tñ. Cha. An tenuissimus quidã fulgor eã præcedit? Aea. p̄cedit. Mi. bene habet. Mercurij agnosco talaria: quãobrẽ portitor illuc in ulteriorẽ ripã Cymbã adige. Nos hic potius Mercurium maneamus,

Minos: Aeacus.

N Aeace consideremus quanta sit uis institutiõis? quem nunc philosophum uidemus is principio remex erat. quid ociosus ageret? quid si a primis annis audisset philosophos? Aea. Nec aio uolenti quicq; posteſt esse difficile nec ætas ad discendum tarda est ulla. Nam q̃q; adolescentiæ flores magnã præseferũt spẽm, omnis tñ fructus est ingrauescẽtis ætatis. Mi. Verissimum hoc quidẽ Sed tñ nescio quõ, quod nobis pueris contingebat, uehemẽtior quidam instinctus adolescentes impellit ad uirtute; & laudẽ. In senibus tarda ac remissa sunt omnia. Aea. Maior est in illis impetus, ratio imperfectior. In his autem quia ratio perfecta, uita etiã perfectior est. Adolescentulorũ quoq; studium omne: cum sit propter laudem. Senũ gratuita uirtus est. Mi. Ita natura comparatum est, quæ ab initio curã hominis ac rationẽ habens, uti e floribus fruges, sic ex adolescentulorum temeritate, atq; inscitia, senum uoluit prouenire sapientiam. Meministi quod pueris nobis studium esset, dum nisi inuiti in ludum atq; ad grammaticum non ibamus: animus omnis erat in nucibus. Delitiæ nostræ catellus, Coturnix, Monedula. Ex his tamen initijs uide quos uterq; progressus fecerimus. Nam & tunc ferocissimis gentibus beneuiuẽdi leges tulimus, et nũc deũ uolũtate animis præsumus iudicãdis. Itaq; cũ ætate simul crescit

sapientia, cuius puer studiosus esse non potest, in quo matu rum nihil sit. Et cũ ætas omnis ad sapientiã ꝑperet, lõgissi me ab ea distat pueritia, quæ tenerrima cum sit, paulatim ẽ assuefacienda. Aea. Prudentissima in hoc quoq; artifex na tura fuit, & fabricã suam admirabili artificio cõposuit, ni nis tamen arctos illi terminos statuisse uisa est, satisq; bre uem uitã dedisse homini, quẽ ad tam multa, ac magna ge nuisset. Ipsi scimus quosdam, dum rerũ nobis suarũ rationẽ reddunt: quantopere admirati fuerimus: quibus ad ꝑfectã sapientiam præter tempus nihil aliud uisum sit defuisse. Mi. Vide quæ loquaris Aeace, & altius rem intuere. Quæ cunq; natura fabricata est intra certos terminos compescu it. Haberent cupressus hæ quo cacumen extenderent, sed et his suus est crescendi modus. Habent terræ: habent maria fines suos: hominum quoq; uti corporibus, ita & cognitio ni quidam fixus est limes, quin etiam naturæ ipsius finita uis est. Atq; ut octogentorum annorum hominis uita esset, nihilo tamen plus q̃ nunc saperet, cum octogesimum agit annum: quod non dierũ spatia, sed humani qualitas corpo ris efficit. Etenim octingenario illi in tanto longiore adole scentia, non maior contigisset rerum cognitio q̃ octogena rio huic in lõge breuiore. Nam & stirpes & animalia quæ diutius uiuunt: tardius fructus ac fœtus proferunt. Citi us quibus breuior data est uiuendi meta: quodq; ipsi sæpe uidimus, qui pueri nimis cito sapiunt, aut non multo post diem obeunt, aut ubi uiri euasere multum de illo amittunt acumine, & studio. Sed cum sit genus hominum superbissi mũ, sua parũ sorte contenti, uitæ breuitatem accusant, nec intelligunt qui plures ætates uixisse memorant, eos nec So lonẽ, nec Catonẽ supasse uirtute ac sapiẽtia: quos ipsi cau sas suas dicentes cũ audissemus, ægre tulimus, tale illũ col

legarum par nobis a Plutone non dari. Quod autē defuisse illis tempus putes, cognoscendo uero, qui etiam cœlū dimē si sunt stadijs, quiq; paritis ne an impar esset stellarū numerus, scire tam laborauerunt? His & ocium & uita superabundasse mihi uisa est. Nam quid de ijs dicendū dueas, qui succis rerumq; plurimarū temperamentis adhibitis, & in unum coaceruatis, multoq; igne conflatis, faciēdo auro, dies noctesq; de uitam totam conterunt? quod quidē abuti est et natura & tempore. Quid qui cōmenti sunt deos inter se bellum gerere: quorum cum uulnera: tum casus alios describunt? Nonne qui nugis ijs occupati fuere iure uidentur de leuitate sua: q̃ de uitæ breuitate debuisse queri? Aea. Rerū simul naturam & hominū expressisti uanitatem: ut uere ut aperte. Et pfecto ita res habet, ut qui nimio plus sapere studeant: ij demum præter cæteros desipere inueniantur. Sed cohibenda est oratio, considerandumq; quid est q̄ Mercurius e tāta multitudine uix sese queat eximere. Mi. Recte mones: & quidem ille frequenti circūsæptus est turba. An q̄d ex omni sint hominum colluuione, secernere umbras nitit̃, et earum frontes inurere? quo & genus illarū, & artes, et disciplinæ facilius cognosci a nobis ualeant.

Mercurius. Pyrichalcus.

Ecce istinc tu cū ueniali hac plebecula. Pyrichalce inure hos nota illa iudaica. Py. Genus agnosco: artem scire cupio. Mer. Feneratores hi oēs. At uos sinistram in ripam concedite. Sequimini hunc. Lænones properate: nosti qui sint, & notis quibus inurendi. Pyr. Artem noui, sed ut uideo, gens non una est. Flandrius hic est: germanus ille: manus ista partim Illyrica est: ptim Italica. Hui quantus Hispanorum numerus: quantus Græcorum: et pfecto e cuiusq; nationis populis plurimos cū hic lænones uideam, rarissimas necesse est in terris pudicas inueniri mulieres

lieres. Heus ministri candentē illam laminam deproperate Mer. Et hos statim ustilato. Pyratæ sunt Sardi, Siculi, Celtiberi. Py. Videlicet his omnibus urēdæ frontes, naresq; mutilandæ? Mer. Ferrum expedi. dextrorsum huc uos. Hi Galli sūt: fartores: caupones: coci: tibycines: aleones: ebriosi omnes ac stolidi. Py. Si recte memini guttur his compūgendū, clauus cerebro figendus est. Mer. Atq; nullū est gallis cerebrum, quocirca uentres potius figito. Cæterā illam multitudinē e cuiusq; modi hoīm genere secerni iubeto faber, dū ego insignioris notæ quosdā tanto in populo seligo. Ecquis hic est audacia tā pdita? Vultum agnosco. Et qdem sceleratissimus hic fuit, Petrus Bisuldunus Celtiber. At duo illi post hunc q latitant uelati puniceo galericulo, et hi pditissimi fuere sacerdotū omniū. Alter Ludouicus Aquileiēsis patriarcha, Samorēsis cardialis alter. Pyrichalce, æreū his galerū capiti imprimito. Idq; imprimis uideto ut sic candens. Bisuldunio illi auriculas detōdeto. Hæc agito. Charon enī ut uideo hic me in portu manet manibusq; & capite iā pridem innuit. Accedam ad eum ut cur accersar ex eo cognitū habeam. Charon. Mercurius.

Saluum te ac sospitē uenisse Mercuri gaudeo. Mer. Vbi nam est Charō philosophia, quā pfiteris? deū sospitē uenisse gaudes: ac si nocere quippiam possit deo. Cha. Et deus male habitus ab hominibus fuit, dum inter eos ageret, & cœlum uereor ut securum sit, tot tam inter se dissentientibus diis: quorum alius sacrum immittere ignem dicitur. promittere sanitatē alius. Hic bellis gaudet: pacem ille procurat: est qui cæcitatem inferat. Est qui lumē restituat. Multi feriunt: nōnulli medentur. Quid hoc diuersius? Iure igitur periculosam mihi deorum uitam arbitror: in tanta uarietate ac discrepantia: præsertim cū e supremis cœli regionibus deiectus: & quidem nō unus: sed magnus

nt. luigi Capellisti Padouano Pamiere d'Aquileia + Obiit de mense ... 1465. Vedi l'Istoria d'Venezia del Sessini fol. 350.

etiam deorũ numerus aliquando fuisse iudicatur. Quãobrẽ non est quare salutationem hanc meã accuses: nã cũ alia te pericula euasisse gaudeo. Tum uel cum primis magnã mihi uoluptatem affert, ꝙ mulierum euaseris ueneficia q̃ & ma
Mer. nes assidue uexant. Nihil horũ timendũ nũc diis est: postq̃ desierunt puellas rapere. Cha. Cõsenuerũt ne cœlestes: an spadones lex aliqua fieri eos iussit? Mer. Fuerunt illa prioribus seculis. dũ Lacedæmonij nudas uirgines luctari ad Eurotam una cũ adolescentulis uolebant: eorum ludorum cœlites & ipsi spectatores cũ adessent: ac nõnũq̃ ad cœnas uocati, merito exarsere in libidinem. Nunc uero mulieres, ꝙ aut clausæ tenentur, aut multis circunseptæ tunicis incedunt deos non cõmouẽt. Lex quoq; lata est: cui & dij om̃es subscripsere, qua cautum est, nequam mortalem, cuiq̃ liceat immortali cognoscere. Cha. Quænam causa ferendæ legis? Mer. Forte Iupiter in Tarentinam uirginem cõmotus cum esset, uersus ipse in adolescentulum: dũ illius os nimis effuctum suauiatur (quod erat q̃ fucatissimum) labem inde contrahit, dentisq; haud multo post de contractu illo amisit. Tum dij ægreferentes regem suum esse edentulũ pro mulgãdæ legis auctores fuere. Cha. An quæso Iupiter nũc est sine dentibus? Mer. Minime. Nã cum renasci nequirẽt deo tam annoso, elephantinos sibi faciundos curauit. Mulcta uero hæc statuta est mulieribus, ut uenire ãplius in deorum complexus nõ liceat: permissum tñ est sacerdotibus ꝙ eorũ sint ministri, ut in eum succedãt locum. Cha. Hoc est credo quare delectat diu uiuere, ꝙ noua quotidie discãtur. Verũ ne cõgressus hi nostri utriusq; simul munus impediant, etẽm inter nauigãdũ multa satis cõmode trãsigemus. Scias & quid est, ꝙ ego te uelim, & qd tibi facto sit opus. Ambo te iudices. Minos dico, & Aeacus, illic in ripa expectãt, mirifice cupiẽtes tecũ colloqui: qñ triduũ iã e terris ad

uenit nemo:multa eñi uerent.Itaq; æquũ censeo ut illorum prævertens imperijs q̃ primũ naviculã ascẽdas.Q ď facies rẽ tũ illis gratissimã,tum te ip̃o dignã feceris,& cõpungẽ dis his tp̃s Pyrichalco dederis,qď te primũ curare oportet. quis.n.tãtos greges nouerit,ni notis quisq; suis signati ue nerint? Mer.Recte suades.mos eis gerẽdus est.Tu si tibi ui deẽ uelũ explica,nã a tergo lænis exortus est flatus. Char. Perq; libenter.Hac.n.rõne citius ꝓuehemur in portũ: & remigãdi mihi diminuetur labor.Mer.Q uã pleno uelo feri mur? Cha.auras sol citauit,æstiuis diebus suscitari hac ea dẽ hora quæ solẽt.Mer.Q uinã uẽti diebus his uobis flaue re? Nã in terris magnã uitibus,maiorẽ oleis,citrisq; bore as uastitatẽ intulit.Cha.Nobis Acherõtius,ac solito clæmẽ tior.Mer.Charõ Charõ.qd,ꝙ uideo.crudo pisce hoiem ue sci? Cha.Ne mirare.Cynicus hic diogenes est.Mer. Q uid quæso.Viuit ne in flumine? Cha.Viuit.Nã ripæ ut uides al tissimæ cũ sint,nec ip̃e qcq̃ oĩno habeat,quo haurire aquã possit:maluit hic ubi & pisces hẽat & aquã paratissimã q̃ in alijs herebi locis uitã agere.Mer.Valẽtissimo utiẽ stoma cho.qs quæso fluuidus ille? quẽ subinde uidemus, ꝑinde ac si mergus esset,nunc mergere,nũc emergere,qď alias uidi nunq̃.Cha.Nihil minus ignoras.Thebanus Crates ẽ.Au rũ quæritat,qď olim ꝑiecerat.Mer.Recte teneo.E ãdẽ me mini cũ Athenis aliq̃n Panatheneorũ die essem,irrisum eũ uehementer a peripatheticis:primũ ꝙ is rerũ fines ignora ret,nec quarũ rerũ usus esset bonus,eadẽ quoq; posse fieri bonas intelligeret.Eteñ pecunias usus cõꝑari gratia, quæ ut nec bonæ ꝑ se sint nec male,prudẽtẽ:tñ atq; honestũ pos sessorẽ usu ip̃o bõas efficere.Deide ꝙ male sensisset de phia Q uẽ eñ melius,honestius,sanctius,q̃ philosophũ pecunia uti posse? Deniq; si oneri haberet diuitias,cur nõ alijs poti us ferendas atq; utendas dedisset,quas ip̃e imprudentissi

me in mare abiecisset, ubi nec hominibus nec piscibus usui esse possent. Cha. Et quidē iure irrisus. Sed quæso Mercuri, qm̄ in Athenarū mētionē incidimus, dicas cur nō Athenięsis populus quas Plato tulisset leges, acceperit? cuius et eloquetiā & doctrinā (plures em̄ dies mecū habui disserētē) magnopere sum admiratus. Mer. Magna illos mouit ratio. Nā cū de illius legibus Kalendis græcis cū populo esset actum: ita plebs sciuit. Quādo Respublica quā Plato instituerat apud germanos esset, accederet Plato ad barbaros: esse apud illos Vbiorū ciuitatē quæ leges eas seruaret: populū Atheniēsem sineret his legibus uiuere, quas a maioribus sapiētissimis uiris latas accepisset. Senatus quoq; cōsultū in hæc scriptū est uerba. Quādo græci pro recipienda Helena uiroq; restituēda uniuersi cōiurassent, bellū Troianis intulissent, sumptus tātos fecissent, Græciā omni pene nobilitate exhausissent, tot clades passi essent, non licere Platonis leges accipi quæ mulieres cōmunes, uxorē nemini certā esse, pudicitiāq; quæ una aut certe maxima mulierū uirtus esset nullā in ciuitate esse uellet. Hoc ego senatus cōsultū & Athenis & in plærisq; alijs græciæ cōuentibus recitatū memini. Discipulus quoq; eius Aristoteles multū de illius auctoritate detraxit. Fuit.n. magistro argutior, nec tā recessit a ciuili cōsuetudine. Cha. Et magnæ et honestæ causæ fuerūt. Eius igit̄ libri a multis cōdemnātur: discipuli uero legunt̄. Mer. Quid ni: et magno in honore habent̄, etiā apud barbaros. Cha. Eram ipse fortasse, & quidē erā de labore fessus: & mens alijs occupata. Sed tñ̄ uisus est Aristoteles nimis obscurus & cautus, cū hac eadē in cymba quædā ex eo quærerē. Quinetiā licet mecū dum loqueret̄ corporis uinculis solutus uiueret: nihil tñ̄ certi adhuc de immortalitate animæ respōdebat. Post tot igitur sæcula scriptor tā argutus & subtilis nō usq; adeo est ut arbitror

intellectu facilis. Mer. Vix risum teneas Charõ, si tibi ipse retulero, quã facete rhetor argutulũ quẽdã philosophũ nu per irriserit. Nã cũ ille nimis intorquere Aristotelis sensa uellet. Auditores rhetor inqt scitote, nõ cũ philosopho mihi: uerũ cũ sutore cõtẽtionẽ ẽẽ: qđ enĩ sutoris est proprium, dentibus alutam producere hoc noster hic in Aristotelis di latandis dictis facit: quocirca uidẽdũ est tibi philosophe ne genuinos relinquas in corio. Hinc factum est Charon tritum illud iam, bene dẽtatum esse theologũ oportere. Cha. Festiuissime rhetor is, sed obscuritas utrumq; fortasse & philosophũ excusauerit & theologum. Mer. Nequaq; in obscuritate oĩa, uerũ ut mihi uidetur duplex rei huius est cã. altera q̃ qui nunc philosophantur ignorãt bonas litteras, quarũ Aristoteles grauis etiã auctor fuit. Altera q̃ dialectica corrupta fuerit a Germanis primũ & gallis, deĩ & a nostris. In eaq; maximã nũc quoq; ruinã faciũt. Cha. His nuper artibus me adortus est Sophistes Mer. Videlicet ex horũ erat numero, & fortassis ex illorũ ordine, q fratres dicunt. Cha. Recte: nã pnomẽ ei frater erat. Mer. Cautissimũ itaq; oportet esse te, ac uersutissimũ, quotiẽs in eorũ aliquẽ incideris. Nihil est enĩ qđ argumẽtãdo nõ cõsequãtur, immo qđ nõ extorqueãt. & scin quõ? ut uelis nolis assentiẽdũ sit eorũ dictis, facileq; hoc pacto efficiare e Charonte asinus. Cha. Nimis ridiculus es q id arbitrere, in asinu; me ne illos captiunculis suis uersuros quasi. apuleiũ amatorio poculo? quẽ ego uix agnoui cũ hac iter faceret. Nã auriculas ac supcilia adhuc retinebat asini. Egregie tñ philosophabat & iucũdus ĩ disserẽdo erat. eũ ego cũ in alijs multis ridebã, tũ in hoc q̃ hordeaceũ panẽ siligineo præferret, & enĩ uestigia q̃dã ĩ eo reliqua erãt asinini gustus, et pene subrudebat. Verũ ut ad sophistas redeã nõ est cur illos magnopere timeã: quippe qui cognitis recte principijs, dũ be

ne partiar: dũ uere definiã: capi ab illis nullo modo possim. Sed dic Mercuri obsecro, qđ nunc genus hominũ in terris lætius ac liberius uiuit? Mer. Sacerdotes lætius, quos etiã in funeribus cantãtis audias. Liberius medici, ut qbus per-missum sit hominẽ impune occidere. Cha. An non capitale apud illos est parricidiũ? Mer. Etiã. medicos tñ lex nõ modo absoluit, uerũ mercedẽ quoq; eis statuit. Cha. Quã inique cõparatũ. Mer. Quinimo iure eos lex absoluit. Siquidẽ medicus nõ occidit, uerũ qui medici utiť cõsilio & opera. Quã quidẽ uel magno cõducũt precio. Cha. Igitur ciuiles hoc leges considerant? Mer. Considerãt. prudentissimi eñi mortaliũ fuere, qui primi eas tulere, maximãq; habuere rationem ciuiliũ actionũ omniũ et publicarũ et priuatarũ: qppe q nullã nec uitæ nec artis nec facultatis cuiuspiã partẽ cõtẽpsere: nulliusq; unquã patrisfamilias tã exacta fuit domesticæ rei diligentia & cura, q̃ horũ ipsorũ humanæ societatis. Verũ qui eas nunc interpretanť, prudẽtiã in malitiam uertentes iura uenditant, leges cõtaminãt, fas, nefasq; solo discernũt precio: ut nulla homini in uita maior sit pestis, quã ubi eorũ indiget patrocinio. Quocirca factũ prouerbiũ est, litis comitẽ miseriã esse. Cha. Hoc illud ẽ qđ nup præco dũ eos ad prætores citaret, forensis harpias icrepitabat. Sed iã Mercuri colligendorũ rudẽtũ tẽpus nos admonet. horaq; descẽsionis appetit. Itaq; quãq̃ orationis nunq̃ me satietas capere põt tuæ, quippe cum idẽ ipse sis & eloquentissimus, & humanarum diuinarumq; rerũ prudentissimus. Videndum tamen est ne nostrum hoc quærendi studiũ, ab agẽdis nos rebus auocet, neue summũ magistratum qui de' aduentu tam solicitus est tuo, spe ducamus longiore. Mer. Hoc est quod mecum adeo ipse lætor, tam secundo flatu cursum nos hunc confecisse. Et uero me ipsum expedio, ac si tibi uidetur, illic ubi minime cenosum est uadum descendamus. Inde pedibus

ad prætores iter faciemus per amœnissima illa prata & secundum riuulum illũ qui tã leniter immurmurat, atq; hoc non tã mea causa (ipse cnĩ talaribus ubi opus est utor, & in quotidianis fere sum tũ itineribus tum deambulationibus) quã tua. Cui q̃n nam toto anno contingit cymbã semel egredi, et breui saltem deambulatiũcula uti? Cha. Vt recte dicis ut rem mihi gratã facis: illam ipsam igitur maxime uirẽtẽ ripã teneamus, & per Plutonẽ q̃ fons ille limpidũ scaturit Ramũ illũ Mercuri q̃ rapti cõprehende. Mer. Cõprehẽdi. bene habet, cõtinẽs iam nostra est. Cha. Licet igĩ descẽdas: tãtisper me in herba manens, dũ paxillo illi nauiculã illigo.

Charon Mercurius ambulantes.

Et inter graues occupatiões cessatio grata est omnis Et siqua interim uoluptas offertur, ea q̃ ẽ suauis? Equidem ego ita semper duxi, uoluptatem raram esse debere, ac tum maxime delectare cum sit q̃ honestissima. Ocium uero nunq̃ ipse probaui: nisi quod cum reficiendis corporibus, tum leuandis animis concedatur. Ne biẽnio toto maiorem hac cœpi uoluptatem ut blande riuus hic subsilit? Vide q̃ perspicuus est: q̃ etiam nitido fluit alueo? Mer. Talis clitumnus per umbras fertur, & q̃q̃ multarũ ille est aquarum diues, hic tamen q gurgites nullos efficit. Sed continuo & leni currit tractu, ripas habet amœniores & magis delectat. Sed qualia tibi prata uidentur hæc Charon? Cha. quã grata florũ amœnitas? et quãta copia? ut halatiles Hæ sũt ferrugineæ? Mer. Violas eas mortales uocãt, ex his sibi coronas faciũt: multoq; miscẽt ligustro. Cha. Q d' ẽ obsecro ligustrũ? Mer. Quod in margine illo: tã cãdido flore nitet. Cha. Albicãtiũ nostri uocãt. quã me limes ille delectat?

Mer. Et quanto in precio flos is habetur apud superos. rosam uocāt. Cha. Videlicet roratilem dicis. Mer. Eam ipsam roratilem. Verum age: illuc respice. An quicquam totis his pratis illo tibi uideatur hiacyntho pulchrius? Cha. Atqui ut scias Mercuri flos ille lachrymulas mane mittit. hic mœrentiolum olitores nominant. Mer. Et apud mortales quasdam habere notas doloris dicitur. Cha. Itineris laborem nō sensimus in tanta hac florum uarietate, cuius quo paulum admodum nescio quid reliquum uidetur, eo magis properādum censeo. Mer. Hoc ipsum considerantis est uiri, in ipsa quoq; uoluptate tēpus nō labi frustra sinere. Cha. Atqui labor in uoluptate non sentitur: & actio etiam omnis in ipso agendi cursu est periucunda. Sed pratis iam præteritis umbras subimus: ac ni me oculus fallit sub procera illa, & annosa cupresso iudices præstolantur. Quocirca in nemore ne oberremus, defixa in cupressum acie ad eos contendamus.

Minos Aeacus

q Vam iuuit utrunq; nostrum facilis ista deambulatio? & sessio hæc q̄ postea suauis fuit, procul a iudicijs ꝓcul a forensi solicitudine? ut dies hic (qui Cretensiū ac meus maxime mos fuit) albo sit lapillo numerandus: & tamen cessatio ipsa nec deses fuit nec languida. Aea. Imprimis me silentiū beauit: & cōcētus ille auium tam diuersarum: qui cæteris ab rebus omnibus sic auertit animū ut nulla interim de re alia aut soliciti fuerimus aut locuti. Quid umbræ amœnitas? quid arbuscularum tam ordinata dispositio? riuuliq; interlabentes tā læto, tā florido, ac frondenti margine? Accessit Mercurij aduentus qui omnē expectationis nostræ solicitudinem leuauit, ac nauigatio tam secunda: & ni me fallunt aures, utriusq; pedū Charōtis atq; Mercurij strepitū subaudire inter uirgulta uisus sum. & per Plutonem eccos. Humilior eos excepit Iuniperāā apparēt.

Mi. Vt libenter eos uideo: ut Mercurij aductū gaudeo: atq; adeo nihil nostræ huic uoluptati defuisse uidet̄ quin omni e parte numeros impleuerit suos. Sed q̄d ꝙ Mercurius solito incedit lentior. Aea. Ne uereare expectandi Charontis it tardior gratia. Is enim tar diusculus est, quando q̄ exercentur in naui brachijs q̄ pedibus magis ualent.

Minos Aeacus Mercurius Charon.

e Xpectatus uenis, atq; adeo desideratus, mihiq; et collegæ huic, Deus sapientissimus nuncius diligentissimus. [redacted]. Solidissimā nobis affers adueniens uoluptatem, facturus eam oratione tua lōge solidiorē. Mer. Quod aduentus uobis uoluptatem attulerit meus gaudeo. Idq; est mihi q̄ iucūdissimū: et si q̄d ē q̄d ego ipse uel dicēdo uel respondendo delectare possim amplius, id in uoluntate situ est uestra. dica; ubi iusseritis, aut si interrogare malueritis respondebo. Imperia enim uestra utpote æquissimorum præsidū fore q̄ æquissima satis scio. Quid enim uterq; uestrū nisi honestissimum exigere, præsertim a Mercurio potest? Enim uero iudices ꝙ dicere hic liceat nimis q̄ male de me est meritum humanum genus. furtis me præficiūt, ac præstigijs: qui sim uel acerrimus furum ultor, præstigiasq; usq; adeo oderim, ut quotidie insecter magis. Sed cū in plærisq; alijs, tum in hoc maxime peccant homines, ꝙ scelerum suorum deos tum authores faciunt, tum magistros. Mihi & dijs cæteris nulla maior est q̄ honesti cura. Atq; adeo turpitudinē omnem detestatam habemus, ut precibus hominum quanq̄ honestis, tamen si turpem aliquem finem respectent, aures præbeamus occlusas. Quod autem Minos deum me appellas: ac sapientissimū dicis: facis pro tua illa ueteri in me, dum inter homines ageres obseruantia: & cultu: tamen sic

habeto: deũ esse me, & e cœlestiũ numero, ubi in cœlis aut terris uagor. Hic uero apud inferos tum apparitoris: tũ lictoris fungi non dei officio. Sapientissimũ uero nec me, nec deorum quenquam dixeris, neq; enim tali dij indigent nomine: quippe qui labi, errare, decipi, ignorare nequeãt. At apud mortales qui tanta offusi sint caligine & nube, nomẽ ipsum sapientis inuentum est, ut ab ignorante & stulto is qui saperet discerneretur, quanquam uere sapiens apud illos adhuc inuentus est nemo. Lictor igitur atq; apparitor ad uos uenio, uestris imperijs pariturus. Mi. Et deũ te Mercuri, ut par est ueneramur, & sapientissimum appellamus, quando quo te honestiori exornemus nomine, nõ habemus: ac tametsi lictoris fungare muneribus, nonne ipse scis etiã inter mortales maximorum regum lictores in maximis quibusque magistratibus ius dictionemque exercere? Quãobrem & nobis ut imperes iusque fasque est. Nostra uero interest tibi ut obediamus, studeamusque doctiores a te fieri, quando & doctrinæ inuentor fuisti, & rerum occultissimarum interpres. Aeacus. Quod pace tua Minos dixerim, neque cum Mercurio contendendum est tibi, qui primus & prudentiæ & eloquentiæ præcepta tradiderit. Neque expectatio nostra longiorem fert cunctationem: æquius igitur magisque ex usu fuerit: quam primum ei causas explicare, cur hic eum iam dudum præstolemur. Mercurius. Et dei est, cui cogitationes quoq; hominum notæ sunt, id non expectare, dum explicetis: & Charon certiorem me solicitudinis fecit uestræ. Principio Italia unde ipse nunc uenio magnis quassata est terrarum motibus, permultaque oppida prostrata solo iacent. Fontes plurimi partim mutarunt iter, partim exaruere. Videas editissimos montes illic subsedisse. Hic iuga maiore quadam ui suis auulsa radicibus, longius perlata: magnosque hia

tus factos: maiores paludes. Minos. Patiare quæso Mercu-ri (auditores enim sumus) inter explicandū sciscitari quæ-dam nos, & causas ex te quærere. Mercu. Oppido q̄ liben-ter. Mi. Dicas igitur. Nunquid salutis remediū, ne cunctæ domus corruant, inuentum atq; adhibitum in tanta hac calamitate sit ab hominibus. Mercu. Non usq;quaq; fir-mum, sed tamen salubre pro tempore. Tignis procerioribus parietes uinciunt, eaq; concatenant: cum quibus quanto sa-lubrius actū esset si affectus suos uincirent ratione. Nec co-gitationes tam euagari sinerent. qd' singulis uix sæculis se-mel accidit, in eo auertendo magnopere occupati sunt oēs, quæ uero picula ac mala singulis pene momētis suæ ipsorū nefariæ cupiditates afferūt, ad ea uolētes lætiq; ferūt. Nocte una post aliquot ēt sæcula, q; ad uiginti hoīm millia sub tectis oppssa sunt, oēs hoc horrēt, īcusātq; ac dānāt naturā, quæ uix scio quāobrē āplius illos ferat. At bella, quæ unius horæ momento, & fere quotannis, multa hoīm millia exhauriūt, Interdum regna tota populosissimasq; extinguunt natio-nes, qua non arte quærunt? in his sese exercent. Hic illis lu-dus. hæ delitiæ sunt, Sūmū habetur decus, caput hostis affi-xum hastæ referre. Aea. Nihil profecto uideo eos mutasse in melius. Ex quo ipsi homines esse desījmus. Mer. Vix unū. Aea. Quodnam illud? Mer. Imperitantibus uobis, uiri uxo-res adulteras repudiabāt. At nūc ferro enecant. Mi. Quid Mercurium ea quærendo fatigas, quæ tute probe noueris? An non cōpertum satis habemus deteriores illos quotidie atq; in dies fieri, Mer. Exequamur igitur alia. Exortus est cometes qui cū grauissima bella, tum regnorum portēde-re euersiones soleat omnium mentes atq; animos concussit, etiā futurorum metu malorum: æquissimeq; cum illis agit deorū omniū maximus: qui nō præsentibus solū malis eos cruciat, sed futurorum metu solicitat, atq; hanc præcipue

pœnam illis statuit, qui quæ futura sint, scire nimis q̄ꝫ labo rant. Mi. Cur oro Mercuri, rerum euenta nescire hominē deus uoluit? quorū cognoscendorum tam sunt studiosi oēs? Mer. q̄ inutilem sciret futurorū scientiā mortalium generi. Mi. Quonā pacto inutile esse potest, qd' euēturū sit nosse? siqdē mala uel euitari penitus, uel ex parte saltē aliqua mi nui cognita possēt: bona uero anteq̄ꝫ euenirēt ipā etiā spe, atq; expectatione mirū immodū delectarent animum. Mer. Ois quæstio quæ de cōsilijs habetur ac decretis magni dei, p̄fana est: minimeq; nobis dijs permissum est, ea in uulgū depromere. Tamen sic habetote, Quæcūq; eueniunt ea aut fortuito cōtingere, aut fato euenire, id est diuino consilio & ordine. Si fortuito, stultū est uelle homines id assequi rōne cuius rō nulla sit. Sin fato, q̄ꝫq̄ꝫ insita est homini sciētiæ cu piditas, parum tn̄ capacem eū natura fecit cognoscendi fu turi: cuius cognitio captū hominis excedat. Etenim eius di uinus sit animus, moles tn̄ corporis, cuius quasi uinculis & carcere tenetur cōpeditus, minus illū habilem atq; ido neum reddit, cui ipā sese diuinitas pandat. Cūq; euenta ipā aut bona sint aut mala, mala prius intellecta miseram affe runt solicitudinē nōnunq̄ꝫ & desperationē. Deus aūt non eo cōsilio hominē genuit, ut miserabiliorē q̄ꝫ suapte natura sit, efficere illū uelit futurorū cognitione malorū, quæ sciat euitare illū minime posse. bona uero tametsi uitā iucundio rem expectādo facerēt, tamē qui scierit ea sibi necessario euē tura, is deses, ignauusq; efficietur, quippe cum certū habe at euentura etiā dormiēti. At deus hominē ad agēdum cō parandāq; agendo uirtutē creauit, ægre patiens illum quie scere, nisi tantū quantū animorū leuationi aut reficiendis corpibus necessario detur: qui ne desidiosus efficeretur at q; ignauus, egestatem illi rerum omnium, comitē dedit: la borareq; in incerto eum uoluit, dum semper eius certus la

bor esset. Sed his parum ipsi fortasse cōtenti, media quædā eē dixeritis: quæ suapte natura ac simpliciter, nec bōa sint, nec mala. Media quoq; hæc siue ea casu ferātur, siue fati cō tineantur necessitate, ꝙ dubia appareant, satis fuerit cum eueniunt prouidere homines, ut in suam quisq; utilitatem: quoad possit, uel cōuertat ea, uel si minus id assequi ualet: saltem hoc assequatur, ne rebus damno sint familiaribus: & si ne hoc quidem, ut ꝙ̃ fieri possit minimum incōmodēt. Igitur casus atq; fortuna ut dixi cū ab omni ꝑcul rōne se iuncta incerta, inconstansq; feratur, quonāmodo quod na tura sua incertum sit, certum id efficere, & quod inconstās firmū reddere rō poterit? & cuius certitudo nulla est, qua id rōne futurū mortalis ꝗspiam possit assequi? Quæ si nec sciri nec cōprehendi rōne anteq̃ eueniunt pn̄t, euitari quo nā pacto poterunt? ubi igitur ista utilitas futurorum cogni tionis erit hoīm generi? Fatum uero uitari multominus po terit, quippe cum nō secus necessarium sit ꝗd fato euentu rum est ut eueniat, ac illud idem postq̃ euenit, necessarium est euenisse. At liberæ sunt hoīm uoluntates. sint, dum uolē di libertas ista uel cum primis efficiat, nihil esse utile mor talibus futuras res nosse. quarum cognitio ꝗd habere pōt utile, si ubi quid euenerit, uelint nec ne id hoīes, aut ꝓhen dere, aut labi sinere, in sua ipsorum uolūtate sit positū? Et profecto quæ tā certa futuris de rebus longe prius secernē di uolūtas esse potest hominū? quē sat scimus in pn̄tibus hæ sitare adeo ut momēto eodem nunc hanc, nunc illā & ꝗdē contrariā identidem ꝓbet, dānetq; sententiā? persæpeq; añ ꝙ̃ quid constituat certum habeat, occasio ipā prætereat. Ve rum de fato atq; fortuna Minos hactenus. Vtinā ne in scho las qui philosophi uocātur hæc ipā introduxissent: magis q; sese institutos uellēt, ad ea ubi euenissent ferēda, ꝙ̃ quæ rendo illa tp̄s frustra terere, supraq; uires intēdere. Quid

enim. aut stultius q̃ hominẽ officium hois nolle curare: aut magis temerariũ q̃ hunc eũdẽ hominem suis neglectis muneribus uelle futurorũ sciẽtiã (quæ unius est dei possessio) inuadere? Quamobrẽ redeamus ad crinitã. Hanc obstupefacti mortales, utinã tam noscerent q̃ admirãtur. quã cum oẽs metuant: omnes tamen male ominantur regibus, quasi nõ priuata quoq; regum mala in publicam cedãt perniciẽ. Equidẽ olim ludis megalẽsibus Romæ cũ essem, recitarentur q; in theatro græcorũ ac Troianorũ res, exclamare iter recitandũ e doctioribus quendã memini, nobileq; hoc fudisse exametrum, Quicquid delirant reges, plectunt̃ achiui. Et uero ita cõparatum est ut regũ peccata, populi plærũq; luãt. Acẽ. Ipsi hæc olim magis experti sumus, q̃ nunc audita referimus. Et causam requirentes inueniebamus reges idẽ in populis ius habere, quod in corpore animus. Atq; ut animorũ perturbationes corpus inficerẽt, ita & regũ uitia subiectos populos. Quoniã aũt in regũ mẽtionẽ incidimus dicas uelim prudẽtissime Mercuri, quæ nunc eorũ qui ciuitates moderant̃ uita est: qui mores, quæ studia, quale imperiũ, q̃ quietus eorũ status? Nã quos paucis ante diebus p̃ tribunali causam dicentes audiuimus, nõ satis dignam nobis spe; dedere successorũ suorũ. Mer. Prætereũda nũc hæc arbitror: nã & illic apud mortales de iis loqui satis tutum nõ est. Et hic apud nos parũ nunc quidem necessarium esse duco. Satq; hoc sit nosse, p̃ eorũ alii partim male habẽt populos suos, partim ipsi male habentur a populis. Tertium quoq; portentum nimis grauiter eos uexat. Cõplures enim dies Sol radios nullos misit: aerq; om̃is ceruleus uisus est, quæ res omnium animos ad superstitionem uertit. Cha. Obsecro æquissimi iudices, æquis animis patiamini quædam et me e Mercurio quærere. Mi. Iusq; fasq; est. atq; (ut pro collega etiam pollicear) operæprecium fuerit te tantum phila

sophum audire quærentē. Cha. Et habet nunc a me uobis, & referetur olim gratia. Quamobrem Mercuri si placet, quādo & his gratissimū fore iam ipse nosti, explices oro q̄ uobis dijs grata sit ista superstitio. Mer. Nihil ea molestius Cha. Qui quæso? Mer. Quia ridicula cum sit superstitio, qui ea in deos utitur illos quoq; ridiculos facit. Cha. Mirū ꝙ superstitionē ridiculā dicas? Mer. Atqui ne dum ridicula infœlix etiam est, quæ cuius animum occupauit: nihil est eo homine miserius: cuius quæ nā uita esse potest, dum omnia pauet: cuncta formidat: quodq; infœlicissimum est, dies ac noctes terit, deos obtundendo, quos non multus sermo, trepidæq; mussitationes, aut excitæ frigidissimis persæpe causis lachrymæ. Sed honestæ grauesq; actiones: ac rectæ uolūtates moueant. An Charon eos esse deos iudicas, qui hominum gaudeant lachrymis? & bonos & iustos, & cōtinentes non lachrymosos deus diligit, etenim quid inde aut utilitatis deo, aut honoris ubi nudis quis pedibus tēpla adit? Medicis utile fortasse. At deus cur gaudeat hominum morbis, q tot herbarū genera quæ salubres illis eēnt genuerit? Atq; ut uerū noscatis, nullū grauius malū homines inuasit superstitione & studio ac metu isto in deos tam inani & frigido, nec tam uera religio dijs est grata q̄ molesta supersititio, quæ q̄ sit detestabilis, hinc tute iudicato, ꝙ tanq̄ cæde saginemur: ac sanguine hominē hō nobis mactat: quin & ꝓpriū fundit sanguinē. Cha. Facinus q̄ nefandissimū. An obsecro sceleribus his sacerdotes ac pōtifices nō eūt ipsi obuiā? quāq̄ ex omni hominum numero atq; ordine, quos ipse quotidie transueho, fœdioribus compunctū notis uideo neminem. Mer. Nulli de uera religione sunt minus soliciti, quippe quorum studium est ampliare rem familiarem: congerere pecuniam, atq; in saginandis corporibus occupari: & cum nimis improbe auari sint omnes, nemo cœnat lau-

tius, nemo uestit elegantius. Dudum sacerdos Cardinalis obsonatorē suū quod in emendo lupo pisce pecuniæ pepercisset (Erat aūt preciū aurei sexaginta) quibus non maledictis est insectatus? parūq; abfuit, quum illi domo interdixerit, ut uitæ suæ parum studioso. Ac ne erres Charon uitā nunc quæ olim gula dicebat̄ uocant. Alter quoq; sacerdos eiusdē collegū moriēs exoleto legauit aureū triginta millia. Cha. Vtinam quibus hæc audio carerē auribus. tantū ne facinus impunitū abire, cæteri mortales sustinēt? Mer. Superstitiōe tenent̄. Cha. Iam assentior, nihil esse infœlicius superstitiōe. Mer. Quantula sunt hæc. Sacrū quoq; sanguinem ueneno tingunt. Cha. Vtinā nescirē philosophiā. Dispudeatq; talibus nunc deū ministris uti. Quamobrē sapientissime Mercuri: relictis sacerdotibus perge de superstitiōe dicere, quæ mortalis oēs tam infœliciter uinctos atq; oppressos teneat. Mer. Primum ea in mulierculis inuenitur quā maxima. illæ ut picturā nectæ sunt aliquā ibi eā cōsulunt, & ut cæteras res taceā. Si anserculū uel gallinulam pituita occuparit, quibus tū precibus ac lachrymis illā obsecrant, pueros puellasq; uix septennes nugis his imbuūt. Sed quid de aniculis & puellis loquor: qui sciam deos solicitari quotidie a principibus uiris, ubi falco lōgius euolauit, ubi equus pedē cōtorsit: quasi aucupes dij sint, qui accipitrū curā habeāt, aut tanq; fabri ferrarij equorū contusa & morbos curent, atq; ex hoc quæstu rem familiarē augeant. Videas in templis affixos accipitres ēt argēteos, & equos, & aues loquaculas. Cha. Iam ut prædicas nihil est homie inanius. Mer. Inaniora his audies: non pedes modo & manus e cæra aut metallo suspendūt tholis, sed & obscœnas corporis partes, & quod medico erubescunt ostendere: id ante deorum effigies collocare non pudet. Atq; ut uana illorum ingenia magis ac magis rideas, rem supraq; dici possit inanem ac despicabilem

ſpicabilem accipe. Martinu; Galli, Hiſpani, Germani, Itali ſic colunt, ut turpe ſit eius feſto die ebrium ac madentē nō eſſe. Itaq; nihil eſt in terris eo die uinoſius: nihil petulātius In quodam Germaniæ oppido ubi Martini dies illuxit, ſtatuam eius per publica oppidani loca efferūt, qui ſi clarus ſerenuſq; fuerit operæpreciū ē quis ſuauiori poſſit uino Martinum inſpergere. oēs uiæ plenæ ſunt uaſculis, nullus ē qui non Martinū conutetur lagenatus, atq; hac ratione ꝑ uias, porticus, templa uino ille madēs fertur. At ſi pluerit, nihil eſt Martino contēptius. Luto totus conſpergitur, uiæq; & cloacæ in eū eluuntur. Neapoli Campanorū urbe celebri Maio menſe ſacerdotes per urbē coronati incedunt, quaſi amantes adoleſcētuli. Sed hoc quidē leuius fuerit. Rē noſce, dignam tamen, quæ a ſapientibus uiris clauſis auribus audiatur. Vbi omnis populus in templo conuenit, de trabibus ſummi tecti, reſti deligata porcella demittitur, ac multo ſapone circunlita. Adſunt agreſtes ad ludū uocati. Ibi oritur magna contentio, agreſtibus ut ea potiātur annitentibus, ꝗ uero appēſam illam tenēt agreſtium manus arte ludētibus ac nunc ſubtrahentibus funem, nunc in diuerſa laxātibus. Dum hæc gerūtur, turba ludo intēta: & nunc his nūc illis plaudēte, ibi quaſi hymber magna uis aquarū maior iuris, atq; urinæ e tecto compluribus ſimul, locis diffunditur. agitur etiam humanis excremētis, nec prius ceſſatur, ꝙ; agreſtes ꝑcella ui potiti ſint. Quid igitur tibi uidetur Charō?

Cha. Quod pace dixerim tua Mercuri, non uideo cur hæc ſint condēnanda. Mer. Iocaris fortaſſe. Cha. Immo ſerio dico. Nam & illi officium ſuum aduerſus Martinum faciūt, utpote qui ebrij cum ſint, a uini ac gētis natura minime recedunt. Et hi qui porcellam luſitant, palam faciūt æque ac ſues luto, humanū omne genus ſuperſtitionis cœno ſordibuſq; uolutari. Mer. Fateor me ratiōibus iſtis uictum. Cha.

Hoc est philosophari: sed nescis. Mercuri paulo ante quod mihi animũ pupugeris. Vbi campanas nominasti. nimis enim sum ueritus ne de Campanis dicturus esses aliquid. Quarũ nõ mõ sonitũ, uerũ ẽt nomẽ ipm odi. Nã q pati eas hoies possint saneq; miror, cum me interdũ hic obtundãt, quarũ fragor, ad arborẽ illã usq;, quæ ad septem millia passuum a nobis hinc abest pueniat. Nescis quam dicã arborẽ: timonis ficum. Timonis enim quod iudices hi recordantur, cum in se dicta esset snia, petijt dari sibi ficum eam, & restim in loco illo solitario. Habere eñi odio frequentiam hoim, ac uelle ibi quæstum facere carnificinũ, daturã eã ficum quotannis magnũ Plutoni prætoriũ, lege dicta, ne cui añ cognitã causam, nisi ex ea se arbore liceret suspẽdere. Mer. Noli obsecro irridere homines q cãpanas tam sæpe pulsitent. Cha. Desipere me uis. Mer. Immo sapere magisq; sapis, quãq; multũ ipe sapis. oẽs hoies Charon. quãq; uentris multũ, capitis certe minimũ habent: atq; hoc quãtulũcũq; est habere nollent. Quocirca diu quæritantes, quanã rõne facilius illud pderent, cãpanas adinuenerunt. Cha. Bellissime. par pari rettulisti. Verũ ego dũ quærendi sum studiosior, uereor ne prætoribus prudẽtissimis uiris quibus nullũ frustra tẽpus præterit oratio mea, si nõ molestior certe longior uisa fuerit. Quãobrẽ dicendi finẽ faciã, si hoc a uobis impetrauero iudices, ut quod unũ scire uehemẽter cupio, id ex Mercurio intelligã, nõ q mea intersit aliqd (quid n. Charõti cũ hoim leuitate) nisi q sapiẽtiores illos uellẽ. Mi. Tuũ hoc studiũ. Sapientia nostra ẽ. & p stygẽ sermo hic, qui de supstitiõe est a deo habitus, rerũ naturæ maxime cõuenit. Sed tñ nescio quomodo dũ hoies ipsi essemus: gentibusq; imperaremus, gubernãdis populis, ea necessaria uisa est, adeo uidetr male agi cũ ijs ciuitatibus in quibus supstitio nulla est. Vñ nãq; tñ boni in hoim uita, ut multitudini nota eẽ possit uera religio?

Sed perge Charon: nihil te impedimus. Cha. Vtar ꝑmisso: breui tñ dicẽdi uobis possessionẽ restituturus. Ne te igit̃ pigeat deus, & mihi, & his declarare inter tot hominũ genera, si te sors aliqua hominem fieri & inter mortales uersari ut mortalem cogeret, quẽ te esse hominẽ malles? Mer. Absit a deo quæcunq; necessitas. Ex hoc eñi ipo ꝙ deorũ sum nũcius, & hominũ res dispro, satis supq; detestari possum humanã conditionẽ. Noui hominũ labores: noui miserias. quibus quid esse põt erũnosius? Iure igitur ne dum recusem hominis subire uelle affectus: perturbatiões, ægritudines nec animi minus q̃ corporis, humanam uitam misereor, ut quã omni e parte infœlicissimam iudicem. Sicque habeto Charon, quæ bona huic generi natura tribuerit, ea omnino esse quampaucissima, atque ea quantulacunque sunt (sunt autem minutissima) dum uincuntur homines cupiditatibus, dum perperam agunt atque eligunt, ita sane corrumpuntur quæ natura sunt bona, nequiter illis utentes in perniciem suam uertant. Verum inter tot ac tam uarias hominũ species, quosdam nimis quam odi atque execror. Charon. Quinam sunt isti? Mercurius. Iudæorum nomen quam infensissime insector. Charon. Scilicet recutiri times ac fœnerare. Mercurius. Nequaquam, siquidem commune est illud Turcis, Mauris, Syris hocomnibus. Verum ne superstitio prorsus me miserrimũ faceret, Charon. Nihil habent ergo iudæi, quod ipse probes? Mercurius. Vix unum. Charon. Quodnam est illud? Mercurius. quod nihil de sepultura curant. in pratis ac sub diuo humantur. At christianus de sepulchro quam de domo solicitus magis est, quid quod perinde ac si cum mortuis bellum gerant qui nunc uiuunt, quæ mortui aut ipsi sibi dum uiuerent sepulchra posuerunt, aut testamento faciũda cauerũt, eiectis

inde cadaueribus, ea sibi per uim occupãt, ut nec uiuis, neq̃ mortuis christianis ulla sit requies aut locus ullus suus. Cha. Satis cognitum habeo nihil nec christianis nec cæteris hominibus diu suum esse. Itaq; recte plane facere eos iudico, qui mortuis inuideant. Sed iam tẽpus est me hinc abire: tu uero his reddare. Vtinã & me sermonibus adesse his liceret. Verũ muneri concedendũ est, plurimos em̃ expectare in portu uideo. nec committendum ut dum sciendi uoluptate capimur, ab agẽdis rebus quæ quidẽ necessitas ẽ, auocemur.

Charon Diogenes Crates.

S Alue Diogenes. ut recte? Di. Heroice, ac magis etiã q̃ heroice. Heroes em̃ quãq; male assa, bubula tamen uescebãtur: ego uero pisce, & quidem crudo. quæ res effecit, ut magna me e parte in piscis naturã induerim. Nã quod hominis propriũ est ambulare, id omnino dedidici: tãtũ natito. Cha. Rẽ igitur mihi gratissimã feceris, si dũ illuc in portum reuehor, natitans mecum serio aliquid loquere, quo laborem hunc meum dicendo leues. Di. Dũ ne me canẽ appelles. Cha. Quid si piscicanẽ. Di. Perplacet. Cha. Dicas igitur obsecro Piscicanis, an eorũ quæ in uita egeris, alicuius te nunc delectet memoria? Di. Multorum: atq; unius maxime. Cha. Nam cuius obsecro? Di. Dicam cum aliquando & esurirem & algerem una, nec haberẽ unde cõmodius: e deo quodã ligneo igniculum mihi paraui, & cœnulam eo coxi. Cha. Num non deus ille telũ in te aliquod torsit seq; est ultus? Di. Fumulum statim in oculos immisit, quẽ ego buccis pilleoloq; cõfestim pepuli. Cha. Gladiatoris hoc fuit magis q̃ philosophi. Di. Quid mirum? Gladiatoriam didiceram. Nam cum Athenis olim agerẽ. Platoniq; in scola docenti bipedem pennatam obtulissem, tũ ille amice Diogenes inquit qui tam robustos lacertos habeas. Noli obsecro ante a nobis discedere, q̃ te gladiatorio in ludo dies aliquot exer

cueris. Tum ego didici gladium agere: ac cæsum ferire, & punctum. Cha. Qui aduersus deum arte hac pugnaueris, leges quam statuunt pœnam in eos qui sacras res uiolant, arte qua declinasti? Di. Facile id quidem fuit. Nam cum frequenti populo contra me ageretur, Tum ego. Prætor inquã tute scis me canem esse, quod & ipse consiteor. Leges autẽ hominem, nõ canem puniunt. Lege igitur mecum agere, nihil tibi omnino licet: quo dicto cum qui aderant assensissent, illico me prætor absoluit. Cha. ꝙ bellissime. Cuius nã alterius secundo tibi loco iucunda est recordatio? Di. Huius quæ me beat. Cum uenisset ad me Alexãder, egoq; in dolio intus conquiescerem, uerererq; ne discedente illo, milites quos secum comites adduxerat (Erant autem ꝙ importunissimi) per cliuũ me illũ deuoluerent. Consilium cœpi hoc, quod euentus ipse cõprobauit optimum. Vesperi cœnitaueram polentulam, cauliculosq; cum cœpa, & rapũ tostulũ. Vires igitur oẽs uentris coegi, & crepitum quãtum potui ieci maximũ: quo perculsi occlusis naribus statim uersi sunt in fugam. Cha. Igitur qui uires orientis fregere, eos tu cõmento isto uicisti tam facile? Di. Ne mirare: siquidẽ ex meo hoc inuento commenti nũc sunt bõbardas quibus muros urbium, & quod maius est arces diruant. Cha. Igitur qui regem liberalissimum cõtẽpsisti, pauper credo decesseris. Di. Nemo philosophorum omnium amplius legauit testamẽto: ut qui aliquot anteꝙ morerer diebus accerserim maximum ad me canũ omnis generis numerũ, eisq; legauerim domos nobilitatis ac principũ omniũ. caueri mq; ut ne per ociũ uoluptatibus fruerẽtur, die illos uenatibus exercerent, noctu ne quietos somnos agerent: latrando, ululandoq; interturbarent eos. Sed obsecro philosophe Charon, nolis mihi impedimento esse. Nullũ uideo quẽ expiscatũ uolo in cœnam: & iam aduesperascit. Vale igitur. Cha. Homo hic & uiuus

& mortuus contemptui omnes habet. Sed bene habet. Craten uideo: eum congrediebar. & bene ualeas Crates, & fortuna meliore utare. Cra. Nec ualere recte potest cui quotidie stultitia lugenda, ac luenda sit sua, nec fortuna secunda uti, qui per temeritatem illam sibi aduersam facit. Cha. Ecquae inueniendae pecuniae relicta est spes? Cra. Nihil huc usq; indicij habeo. Cha. Cessa paulum a labore & mecũ hos inuise, qui moesti lamentantesq; in portu manent. Cra. Satis habeo de meo quod lugeam, ne quærã aliunde. Sed parce obsecro Charõ. Loculos quosdã procul uideo super aquas ferri, magnum hoc indiciũ est. Cha. Infoelix hic, miseriaq; sua facile & alios miseros faceret. Quocirca & huius & infoelicium omniũ fugienda est cõsuetudo atq; familiaritas: qui cum ipsi nec leuationem ullam, nec rationem accipiant, nescio quomodo aliorũ infixam animis doloris notam quandã relinquũt. abeat igitur sua cũ miseria. Me satius erit remo incumbere quando uentus nihil uelum promouet.

Minos Mercurius Aeacus.

q Vid autem portenta sibi ista uolunt? Mer. Pestem significant & bellũ. Mi. Bellũ ne? a quibus? Mer. A sacerdotibus. Mi. Ab ijs igitur inferetur bellũ: quos maxime deceret pacis auctores esse? Mer. Verbis pacem. cæterum rebus bellum petunt. Mi. inferendi belli quænã causa? Mer. Ampliandi regni cupiditas. Mi. Horum igitur malorum causa est auaritia? Mer. Ea ipsa quæ in hoc hominum genere quanta sit dici uix potest. Mi. Videlicet obliti sunt iustitiæ? Mer. Quæ obsecro haberi potest iustitiæ ratio, ubi regnat auaritia? Mi. Quid quæ in Italia urbes florent: eæ nõne pro tuenda libertate conspirant? Mer. Earum nomine quidem libertas est, re autem tyrannis mera, quodq; alius alio magis rapere de publico studet. Ciues quotidie proscribuntur? nec ratione in illis uiuitur, nec consilio: uerum cupi

ditate ac partium studio. Mi. O libertatem cito perituram Quid reguli? Mer. Mirifice dissentiunt. & q̄ præsentibus solum uoluptatibus intenti sunt, nihil sunt de futuro soliciti, nec uident haud multo post seq̨ suasq̨ urbes in aliorum potestate futuras. Vana sunt eorū ingenia, corrupti mores, animiq̨ qui nihil principibus, nihil Italicis hominibus dignū concipiant. Mi. Interiit Romana uirtus. & uero Mercuri, quãuis græcus ipse fui, dū considero nullos populos, gentē nullā, nec fortiores habuisse, nec iustiores ciues, q̄ & bene uiuendi formulas nationibus tradiderint, mirūimmodum commoueor, tantopere non Romā modo uerū Italiam omnem ingeniis destitutam esse ac uiris. Mer. Caret plærūq̨ successoribus uirtus, & cū bonis aliis caueri testamento possit, uirtus in hæreditatis appellationē minime cōcedit. Regnorū ut principium sic etiā finis est, perinde enim ut dies, ortus atq̨ occasus habent. Multū in hominū ingeniis tempus ualet: plurimum institutio. Cæterum cœlestis ordo, mundiq̨ conuersiones mouēt & agūt cuncta. Quas Aeace græcia illa tua olim tam clara & nobilis, quas inquā passa est calamitates, & urbiū & ingeniorū? q̄d dixi passam: quæ nulla iam est. cōuersus sum ad te Aeace, quē uideo iam dudū ingemiscere, ac uix tenere posse lachrymas. ubi genus illud tuum? ubi successio tam illustris? Sed uetera sint ista nimis. ubi musæ illæ atticæ? Quid musas requiro, cum Athenæ ipsæ uix ullum teneant nunc uestigium, ut pœne cum omni græcia in somnos abierint. Victor barbarus omnia possideret tantum. Verum excisæ urbes sunt: deleta nobilitas: artes, disciplinæq̨ extinctæ, & illa ipsa libertas: triste nunc atq̨ infœlix est seruitium. Quæ causa est ut arbitror, cur paulo ante Minos ferret tam grauiter Italiam quassari bello, ne græcarum disciplinarum memoria quæ illic quasi reliquiæ quædam seruatur, funditus sublata intereat. Aea,

Et internitione generis, & patriæ excidio si non mouear inique fecerim. Moueor certe. Nam q̄q̄ nihil illa post mortem ad nos attinēt, tamen nescio quomodo sicut recte actorum conscientia, ita naturalis illius amoris uis quædam remanet generoso cuiq; post mortem quæ de rebus eorū, quos amauimus, qui uiui sunt habeat nos solicitos. Sed consolatur me, uel quod non nihil cœpit unquam quod non idem finiat. Nec ortū prorsus quieq; est: quod non idem occidat. Omnia enim sub hac necessitate: quæ naturæ quidē lex, dei uero uoluntas est, laborāt: uel quod haud multis post sæculis futurum auguror: ut Italia cuius intestina te odia male habēt Minos in unius redacta ditionem resumat imperij maiestatē. Mi. Hæc ipsa me spes uehementer delectaret, ni deterrerēt ea quæ deus hic paulo ante de rebus Italicis nobis rettulit. Mer. Et alia quoq; multa deterrere te iure possunt. parum etenim considerare uideris, q̄ breuis sit e Macedonia, Epiroq; in Apuliā, Calabriamq; traiectus, q̄ etiā facilis in Venetiam e Dalmatia transitus: cum paucis ante diebus magnam in Liburniæ finibus Turcæ impressionem fecerint. Aea. Quanq̄ timenda hæc sunt, tamen si uetera respicimus, nō ab Asia aut Græcia: uerum a Gallis Germanisq; timendū Italiæ semper fuit. Mer. Multa fert dies: ac tametsi ubiq; sibi fatum constet, eius tamen explicatio decipere hominum mentes consueuit, dum rerum conuersiones easdem censent. Aea. Nos o Minos & Græciæ calamitates & Italiæ casum satis diu fleuimus: ac temperandum est nobis: considerandūq; quid est quod magistratū deceat: & cū sciamus dei prudentia mūdum regi omnem, quid opus est de rebus humanis tam esse solicitos, quas deus ipse moderetur? Mi. Sapientissime dicis: quamobrē si tibi uidetur quādo Charon iam e portu soluit ad collegā properemus: cui ut scimus solitudo semper fuit molestissima. Aea. Est et alia

causa quae properandum esse multo magis cogat. Nam si ut deus iā docuit pestis Italiae portēditur, nostra interest pro uidere, ne imparati offendamur, in tātā ac tam diuersa mo rientium multitudine. Mer. Equidē & ego id uobis censeo faciēdum: quādo quae cupiebatis ex me iā intellexistis. Atq; adeo ut haec certius sciatis, maximā hoīm internitionē cum coeli significent. Tum multa partim ex aquis: partim e terra atq; aere signa portēdūt, quae hoc ip̄; significare cōsueuere. Mi. Nos igit̄ praeimus: te ip̄m cū multitudine ꝑ tribunali praestolaruri. Mer. Vos p̄cedite. Ego hic interim Charontem moror.

Mercu. pedanus et theanus et Menicellus grāmatici.

P Haselus ille nimis grauis est uectoribus, remoq; uix agi potest. hoc est qd' mortales usurpāt. qui nimis properet, sero eum peruenire. Sed quaenā haec est umbra quae tā sola uolitat? heus tu, cuius istud est simulacrum? Pe. Pedani grammatici. Mer. Quid tibi uis tam solus? Pe. Teipsum quaerebam maiagenite. Mer. Quanā gratia? Pe. Oratū uenio quaedam meo nomine ut discipulis referas, quod te uehementer confido facturum: cum litterarum author atq; excultor fueris. Mer. Facile hoc fuerit. Quamobrē explica quid est quod referam uelis. Pe. Virgilium nuper a me conuentum dicito, quaerentiq; ex eo mihi quot uini cados decedēti e Sicilia Aeneae acestes dedisset. Errasse se respondisse: neq; enim cados fuisse, sed amphoras. Ea.n. tempestate cadorū usum in Sicilia nullum fuisse: partitum autem amphoras septem in singulas triremes: accessisseq; aceti Sextariolum: idq; se compertum habere ex oenosio, Aeneae uinario. ex Hipparcho autem mathematico intellexisse Acesten ipsum uixisse annos centum uiginti quattuor mēses undecim, dies undetriginta: horas tris: momēta duo ac semiatomū. Mer. Idē ego memini me ex Aceste ipso audi

re.Pe.Erasse itē se, ꝙ Caietam Aeneæ nutricē dixisset, quæ fuisset tubicinis Miseni mater: nec dedisse illam loco nomē, ꝙ ibi fuisset sepulta. Sed ꝙ cum in terram descendisset legē dorum oleorum gratia: fuisset illic a Siluano uim passa. Anchisæ quoq; nutricem fuisse a Palamede raptam cū is agrū Troianū popularetur: excederecq; tum illam annos centum & uiginti fuisseq; ei nomen. Psi. Quæ ꝙ notā haberet quā dāī frōte: hinc palamedē litterā Psi. Et formasse et noīasse. Mer. Magna sunt hæc litterator, cognituq; dignissima. Pe. Maiora ac multo digniora his audies. Mer. Solis uidelicet litteratoribus tm̄ sciendi studiū est post mortem? Pe. His nimirū solis. Equidē & illud percunctari uolui, dextro ne, an sinistro priore pede e naui descendens Aeneas terrā Italicā attigisset: ad quod Poeta ipse respondit, satis se cōpertū habere, neutro priore pede terram attigisse, sed sublatū humeris a remige cui nomē esset naucis, atq; in littore expositū, iūctis simul pedibus in harenas insiliisse, idq; ex ipso remige habere se cognitū. Mer. O diligētiā singularē. Pe. Illud quoq; Atlantiade, qđ cū gratia fiat tua, uel cūprimis auditores meos, q sunt in Cāpania doctos facito. Horatiū fuisse Abstemiū, qđ ex eo sum sciscitatus. uinū autē tantopere ab illo laudatū, in præconis patris honorē, qui cū uoce nō posset; potādo certe uino oēs sui temporis præcones superasset. Vnū uero me, ne ex ipso quidem Cæsare scire potuisse cum Galliā desciberet in tris ne an tres partes diuisám scriptum reliquisset. Mer. Demiror cū tā ipse accuratus atq; humanus fuerit. Pe. Irā id effecisse arbitror in quam ob accusationem exarserat Theani litteratoris qui eū repræhēdere esset ausus ꝙ carros nō currus dixerit. At a Tibullo a'bio comiter fuisse exceptū. Cūq; pedanū me uocari dicerē gaudio eū exiliisse, arbitratū pedo, in cuius agro rus habuisset oriūdum esse: atq; huius rei gratia docuisse me nomē senex, apđ' ne-

tustissimos latinos cōmunis fuisse generis.ꝓpterea dixisse se cū de anicula loqueret.merito tot mala ferre senem. Mer.Orem nobili dignam grammatico.Pe.Lucretiū quoq; nimis mihi familiariter deblāditum: quod diceret grammaticos debere a se amari ꝓpter morbi similitudinem, omnis enim dementia quadam agi:propterea docuisse me nomen illud potis.Apud maiores suos etiam neutri generis uim habuisse:quorū exemplo dixisset.Nec potis est cerni quod cassum lumine fertur.At Iuuenalem nimis me grauiter obiurgasse,quod dicerem oleagina uirga pueros a me uerberari solitos:oportuisse eñ ferula illos percuti.Quocirca Arcas deus monitos facias uerbis meis grāmaticos oēs,ferula ut utātur.Mer.faciā libēter,o Archadice magister. Sed quis est q tā te irridet a tergo?illum respice.The.Ego sum Theanus,grāmatista.Pe.Errasti grāmaticū te, nō grāmatistā debuisti dicere.Addisce igitur.The.Peccasti. Addisce enim nōdū quisq; dixit.Itaq; disce,nō addisce dixisse oportuit.Pe.Rursum peccasti:dicere eñ nō dixisse oportebat dici.The.Et tu rursum itē peccasti,nā nō oportebat,sed oportuit dicēdū erat.Pe. Prisciano caput fregisti:neq; eñ erat: sed fuit dicere debueras.The.Prisciano pedes fregisti. Debuisti ei nō debueras.Pe.Immo debueras,nō debuisti.The. Immo debuisti nō debueras.Pe.Immo hoc.The. Immo illud. Pe.Immo ego.The.Immo tu.Pe.Immo bñ.The.Immo male Pe.Hei mihi.The. Hei tibi.Mer.Reuerētius grammatici. uerbis eñ nō manibus cōtēdēdū nobis est,deo præsertim arbitro. Quamobrem bonis & honestis posthac uerbis de litteratura cōtēdite.Sed bñ h3.Tertius ut uideo adest siue iudex:siue litigator.Mē.Ego diutius grammaticūculi ineptiolas ferre uestras nequeo.Theanus.At ego isolētiā tuā laturus hodie nullo sū mō.Quāobrē q tibi tñ tribuas.Menicelle dicas uelim,cur lapidem hūc,petrā uero hāc dicimus.

Men. Videlicet ꝙ lapis agendi uim habeat, lædit enim pedem. At petra ꝙ pede teratur ad patiendi genus transijt. Mer. Nihil est grammatico insulsius. Vide ꝙ hi desipiant. cum petra græca sit dictio: lapis uero fuerit a labãdo dictus tertia immutata littera ꝙ labent ex eo ambulantium uestigia. The. Qui de lapide, petraq; hoc sentias, de manu quid mihi respondes? Meni. An non manus faciendo operi occupata aliquid semper patitur. The. At nunc agit cum te uerbero. Hem tibi. Men. Heu me miserum. The. Quid te miserum? rationem afferas oportet, cur manus cum in pugnum coit, cum uerberat, dici hic non debuerit. Men. Nihil mihi tecum erit amplius. Quãobrem oratum te Mercuri uolo, ut cum primum Neapolim in opicos perueneris, in eo conuentu qui ociosis fieri diebus ad arcum solet, Iouianum Pontanum conuenias, uerbisq; commonefacias meis posthac ut sit cautior atq; ut curso a uerbo quod est curro deducat non cursito. Panhormitam quoq; Antonium acriter increpitato ꝙ epistolutiam in diminutione protulerit. Mer. At ego Menicelle pro Antonio, hoc tibi respondeo Italicam linguam non modo nouas diminutiones fecisse, uerum etiã augẽtium uocum formas quasdam inuenisse detractionis, ac ignominiæ gratia. Quocirca Antonij nomine te tantum grammaticonem ualere iubeo. Tu uero pedane. an quid habes præter cætera eruditione dignum tua? Pe. Vnum hoc. Boetium non a boetia in qua ipse natus non fuerit dictum: s; agnomẽtũ hoc illi fuisse a uescẽda boũ carne, qđ ipsius me Boetij cocus docuit. Mer. Per iouẽ mira agnominatio. tu qđ ad hæc Theane? The. Eijciẽdos hereditate pedani liberos, eius bona publice uẽdẽda, redhibẽdãq; auditoribus, quam pedanus ab illis acceperit pecuniam. Merc. Atqui ego tuis uel maxime liberis auendum præiudicium hoc censeo.

Charon Vmbræ diuersæ.

Scendite infœlices umbræ. quid miseræ ante diem
a fletis? quasi parum sit, tum dolere, cum malum ue
nerit. Tu uero tam culta, & procax umbra, quanā
es? Vm. Cipria meretrix. Cha. Vbi gentium quæstum feci
sti? Vm. Romæ. Cha. Quis iste comes? Vm. Sacerdos cardi-
nalis qui me amauit. Cha. Miror quomodo senem puellæ
meretriculam sacerdos in delitijs habuerit. Vm. Mea illū
forma: illius me aurum cœpit. Cha. Plus igitur apud eum
forma q̄ religio, apud te precium q̄ aut senectus, aut illius
os ualuit. Vmb. Aurum mihi suauissimum fuit, quo ille &
oris deformitatem & senectutem sæpissime redemit suam.
Ad hæc q̄q̄ senex, salacissimus tamen fuit. utinamq; sola il
li fuissem satis. Cha. Mirum homo tam senex ꝙ tam esset li
bidinosus? Vm. Ego ubi primum ad eum sum accersita, pu-
taui me cum adolescentulo coiturā. At ubi ætatē uidi, & os
distortum cœpi queri, meq; deceptam esse ab lenone incla-
mitare. Tum ille. Ne inquit querare animula, nā cuius nūc
tortum os fugis, haud multo post rectū neruum experiere:
qđ fuit. Nihil enim illo tentius passa sum unquā. Char. Ite
infœlices in ignem coituræ: æuūq; illic miserrimū acturæ.
quis tu cucullatus? Vm. Frater. Cha. Ordo quis? Vm. Non
semel ex ordine in ordinem transij. Cha. Quæ causa? Vmb.
Facilius ut deciperē. Die mulieres audiebam pctā confiten
tes. noctu græcabar in ganeis. Charō. Vnde tibi suppetebāt
ad id pecunia? Vm. E fraude & furto. decipiebam mulierçu
las: surripiebam sacra. Cha. Et fraudem & sacrilegiū flam
mis lues. At tu, tam nitida cute, atq; anatino gressu, quē nā
profiteris? Vm. Episcopum. Cha. Mirum qui tam sis uētri-
cosus? Vm. Minime mirum: quippe cū huic soli studuerim,
in cumq; cōgesserim oēm ecclesiæ cēsum meæ. Quinetiam
fœneraui. Cha. Satis igitur tibi nō erat, qđ ex ecclesia quo-
tannis rediret? Vm. Illud uētri satis erat: at fœnus seruie-

andarli de mela ... de formis

bat peni complures enim concubinas alebam: & corrumpebã libenter auro maritatas mulieres. Cha. Infœlix cui tantus sit uẽter ferẽdus pedibus adeo imbecillis Infœlicior cui animus oneri, at uẽter penisq; dij fuerint. Infœlicissimus q te ipm cũ minime noueris, deũ cui ministrabas multominus cognoscere potueris. Abi igit̃ isfœlicissime. Sera eñi pœnitẽtia est tua. Tu uero quænã demissa facie, atq; ore tã pudẽti? Vm. Infœlix puella. Cha. Quæ tã acerbi luctus est causa? Vm. Vtinã carerẽ memoria. Cha. Noli amabo spem ponere: nã si coacta quippiã peccasti, leuiore pœna afficiere. Vm. Miserã me, decepta fui. Cha. Quidnã per fraudẽ amisisti? Vm. Virginitatẽ infœlix. Cha. Quis te decepit? Vm. Senex sacerdos. Cha. Arte quã? Vm. Adibã sæpe tẽpla deũ orãs ut nuptiæ faciles, uir mihi foret e sententia. Ibi tũ antistes me collaudare: spem bonã polliceri: seq; mihi facilẽ offerre. Igitur ubi sæpius me cõfitẽtẽ audit & simplicitatem agnoscit meã. Desine inquit filiola uirũ a deo petere, qui te innuptã esse iubeat. Tũ ego quia & tu id pter mones, & uelle deũ dicis, Deo uirginitatẽ meã do, dedicoq;. Tum ille me collaudata qđ deo dedisti filia, id alicui necesse est ecclesiæ ut dices. Tũ ego cui nã pater ecclesiæ prius eã dicẽ q̃ tuæ? Atq; inquit ille qm̃ oblatiunculæ istius, ecclesiæ meæ noĩe capia me possessionẽ oportet: quo deo sit acceptior, abi filiola mane ad me reditura. Etenĩ nocte hac deũ orabo: ut ratã istã, rectamq; uelit esse dicationẽ. Tu postquam laueris nouo induta supparo ad me redi. Nihil enim nisi mundum fas est nos attrectare. hocq; imprimis effice, sola ac sine teste ut uenias. In ijs enim quæ deus manu capit, nulli adhibẽdi sunt testes? Mane itaq; ad eum ubi ueni: tum ille me in cellã induxit, ĩ qua summi dei posita esset statua quã circa magna cereorũ uis erat accẽsa. ubi ambo orauimus: filiola inquit, & tunicã & supparũ exue. Deus eñi & cœlestes oẽs nudi

cũ sint, nuda sibi offerri uolũt. Vbi ego nuda astitissem, tũ ille papillas has pertractãs: hæ inquit ecclesiæ meæ sunt. Tũ mẽtũ manu demulcẽs, et hoc ecclesiæ est meæ. Hinc genas summis delibãs digitis, filia inquit, oris possessio, non nisi ore capiũda est, meq; ter osculatus cũ fuisset, & labia hæc meæ sunt ecclesiæ, sic pectus, sic uentrẽ ecclesiæ suæ esse cũ dixisset, ut iacerẽ iussit. Iacui infœlix: tũ ille genu innixus, femoraq; cõtrectans. Deus ait, qui tumida hæc femora, ca stigatulũq; uentrẽ cũ brachiolis his teretibus tam uenuste molliterq; formasti: aspice uirgunculã tuam: & ista posses sione lætare. Ter hæc cecinit, ibi ut oĩa trãsigeret, id respe xit quo mulieres sumus: & illud inquit filia manu capiẽdũ est. Verũ ut oris capta est ore possessio, sic tui quoq; illius, meo hoc est capiẽda. utinãq; tunc expirassem misera. Cha. Quomodo deceptã te postea sensisti? Vm. Dũ ille studio sius fundũ colit suũ: grauida facta sum, tandẽq; e partu mortua Cha. Nũquid nõ ille te absoluit morientem? Vm. Absoluit. Cha. Læta esto. Nã iudices & ipsi absoluent. Sed heus tu, quid miser rides? crede mihi nõ est nunc ridẽdi locus. Vm. Nulla mihi est, quã tibi credã pecunia. Cha. Talis ne tu es, qui ludere Charontẽ uelis? Vm, Atqui nec talis ipse unq̃ lusi, nec tesseris. Cha. Hic hõ cauillatur, & in mœrore etiã iocari cupit. Dico ego tibi. aliũ paulopost sermonẽ feres, ubi ad forũ ueneris. Vm. Vendi in foro alium nõ seri solet. Cha. Suauissimus hic est ut uideo. Dic quæso quam artẽ exercui sti? Vm. Martẽ ipse nõ exercui: sed male me Mars habuit. Cha. Tu me facetissime hõ tuis istis dictis uel in risum ra pis. Vm. Ego amice, rapis nũq̃ sum usus, magis me delecta uit cœpa & porrum. Cha. Videlicet suæ cuiq; sunt uo luptates. Vm. Nullam ego e sue uoluptatem cœpi unq̃. Ego ne bestiolam tam immundam in delicijs haberem? parce oro Charon delicatior ego fui q̃ reris. principes

uiros in iocis habui,nō bestiolas.illos mihi ludos faciebam. Cha.Tū tu histrio fuisti? Vm.Etruria mihi patria fuit non Istria:cui nihil aliud curæ fuit unq̃,q̃ ut nunq̃ dolerem, nunq̃ irascerer.Vt quis uxorem ducebat,ridebā:efferebat quis filiū,ridebā.insanibat amore alius ridebam. Ridebam ubi quis nimis sumptuose uestiret,nimis magnifice ædificaret,ubi prædia nimis āpla emeret.Ridebā demū oia. Semel aūt in omni me flere uita memini,q matre mortua,ubi illā sepelirē terra mihi emenda in sancto fuit,tum nimis.grauiter hominū conditionē fleui:ac de religione sum quæstus. Sed tamen haud multo post dolorem hunc cōpressi,atq; ad naturam redij:meq; ipsum ridere cœpi,qui non & id quoq; risissem.Cha.Sub huius risu latet sapientia.Vm.Quid tute tecū loqueris?audacter dic quod uelis,non te ludo amplius.Cha.Rē mihi gratissimā feceris,si uitæ tuæ genus ordine explicaueris.Vm.Qđ ipm uehemēter iuuat.Quid ēm iuuare magis aut potest,aut debet,q̃ ubi uitæ suæ cursum quis repetens,nihil inuenit,cuius pœnitere iure debeat? Principio cum uiderē nostram Rempublicam ab improbis ac seditiosis ciuibus administrari,publicis muneribus abstinui,meq; ad priuatam uitam contuli.Nulli rei præterq̃ agro colendo intentus.Siquidem exercere mercaturā noslui,ne aut fœnerādum esset,aut fortuna continue timēda. Nec seruilē quæstum probaui aliquē.In suburbano mihi uita fuit Karo in urbē accedebā,atq; eo cum uenissem, decretum erat mihi,nemini molestiæ esse, nocere nulli, nihilq; molesti ex aliorum aut dictis aut factis capere.Ridēs ingrediebar urbem.Ridens exibam.ubi quem amicum aut notū uidebam,salutabam illum:curabamq; congressus nostri ut essent q̃ iucundissimi.Si quam uel de nostra,uel de Italiæ Republica facere mentionē cœpisset,statim ualere eū iubebā.Tēpla castus mane adibā.neq; cū sacerdotibus arctiorē

habere

habere familiaritatem uolui. ubi rem diuinam fecissent, abibam illico. Doctos quosdam amabã: qui nõ tam acuto essent ingenio quam recto iudicio. eorum disputationes libẽter audiebam. Si quis e notis aut familiaribus, quos habere haud quaq̃ multos uolui, aduersi aliquid accepisset, cõsolabar illum, meiq; ut similis esset rogabã. Nã & fortunæ ludos ridendos esse, & naturæ necessitatẽ nullo pacto dolendã. His actis referebam me in suburbanũ. ibi ptim legendo: partim deambulãdo, aut aliquid in agro agendo, dies cõficiebam. noctu nisi quantum quieti dandum esset, cæterum tempus, lucubrando transigebam. exibã interdũ in quadriuia, atq; ubi festi essent dies, ibi uillicos de pnosticis temporũ, de natura terræ, de insitione, de seminibus, de irrigatione, deq; aliis rusticæ rei ministeriis differentes audiebã, fieriq; studebam eorum sermone prudentior. Et quoniam cognoscerẽ res hominũ tam diuersis ac uariis periculis esse expositas. Si quid uel in agro uel in domo aduersi accidisset, ubi cõditionem risissem humanã, curabam arte id, industriaq; corrigere. ab litibus semper abhorrui: & foro: conuiuia fugiebam, tenuissimus mihi uictus erat, non ut naturam defraudarẽ, sed ne multũ indigerẽ medico: ac ne te multis morer, ita me semp gessi, ut q̃ non humanis me rebus sed illas mihi subiectas uellẽ. Cha. Igitur qui omnia ridebas de morte sollicitus nũq̃ fuisti? Vm. Semel in omni uita de morte cogitaui, licet eam quotidie ante oculos haberẽ, reputansq; & q̃d illa uellet sibi, & quod ego aduersus eã comparare possem præsidiũ. Vnum tãdem hoc mihi in animo sedit, ut honeste tranquilleq; ætatẽ ducendo uiuerem. Cha. Quod aduersus paupertatẽ inuenisti remedium? Vm. Vt iudicarem pauperẽ esse nequaq̃ posse, qui secundũ naturã uiueret. Cha. Quod aduersus honores atq; ãbitionẽ? Vm. q̃ grauissimi casus nõ nisi ex alto essent loco. Cha. Q̃d aduersus falsos rumores?

Vm. Rectam conscientiã. Cha. Vnq̃ ne te mouit supstitio? Vm. Deum ubi perspexissem, sacerdotũ mẽdaciũ aures occludebam. Cha. Quomodo, cũ inuidia? Vm. Qui doluerim nunquam, riderem omnia, quo pacto inuiderẽ? Cha. Ecquando ne iratus fuisti? Vm. Semel in omni uita, neq; mea causa sed q̃ uiderẽ innocentẽ hominẽ iniuste plecti, maledixi conciuibus, qđ non de iniusto iudicio prouocarent: quos ubi uidi mussitare, ac tyrannorũ uim timere statim me repressi, atq; ad risum redij. Cha. In militiã ne aliquãdo pfectus? Vm. Semel lituũ audij. Cha. Quid? reges ne, aut regulũ quẽpiã secutus. Vm. Minime: mihi enim ipsi me, nõ regulis natum esse uolui. Cha. Liberos ne suscepisti? Vm. Quos statim extuli, & quod bñ actũ cũ illis iudicarẽ, deo gratias egi. Cha. Igitur & uxorem duxisti? Vm. Non tã mea q̃ parentũ gratia. ea cum triennium mecũ exegisset, morte diem obijt, ex eo celebs uixi. Cha. Cur non alterã duxisti? Quia scirẽ temeritatem non semp fœlicẽ esse, & qđ bene in illa successisset ueritus sum in secunda periculũ facere, meq; asserere libertatem uolui. Cha. Quã sæpe cum illa litigabas? Vm. Nunq̃. nã & illa uirgũcula ac suauis erat, & ego ridere assueram domi, nõ minus q̃ foris. Cha. Quid de hominũ rebus sentiebas? Vm. Vanitatẽ ac stultitiã esse oĩa. Cha. Fœlicẽ te: q ista noueris. Vm. Nec fœlicẽ quenquam nec sapientem dixeris, nulli enim tot affluere unquam bona, ut non ei plura defuerint: nec quisquam tam sapiens habitus est usquam, ut non & illi ad ueram perfectamq; sapientiam defuerit multum. Nam cum humanæ res imperfectæ sint omnes, quid earum possit esse perfectum? Cumq; nihil sit in eis constans, fœlix quinam esse potest, cui memento interdum aduersa plurima succedãt. Cha. Nõ dixi te fœlicem hospes, sed fœlicem qui ista noueris. Vm. Nõ ex bonorũ cognitione humana existit fœlicitas, uerũ ex eorũ possessione & usu. Cha. At ego

te, & fœlicem ex hoc iudicauerim: quod cũ intelligeres nemině esse posse fœlicem, ita tamen ipse uixeris: et sapientě, quod in tanta hominum uanitate atq; ignorantia sapientě te non minus uideri nolueris, quam posse esse iudicaueris. Sed quis hic est: tā molestus & impudens? Vm. Noli quæso ei irasci. Amicissimus hic mihi fuit. Cha. Miror qui inter duos tam dissimilibus moribus ulla potuerit esse familiaritas. Vm. Si amici proprium est prodesse amico, plura in me contulit. Nam tribulis meus cum esset, & quotidie litigaret cum uxore, primum docuit cauendas esse secundas nuptias: deinde cũ nulla in re, & mihi et uicinis cæteris esset molestus, patientissimum me reddidit mortalium omnium. An quod maius in amicum conferri ab amico beneficiũ potest, quā ut recte ab illo instituatur? Iure igitur hunc amaui & mihi amicum esse duxi. Cha. Ex omni parte sapientia se ostědit tua. Tu uero molestissime homo, quid tibi uolebas istis moribus? Vm, Quod ipse sum consecutus. Cha. Quod nam illud? Vm. Quod ut erā musca, sic habebar ab oĩbus. Cha. Vnũ illud puto tibi uehementer. doluit, aculeis quod careres. Vm At uerba, mihi erāt aculei, quibus ego, uel uincebam culices. Cha. Digna tibi ꝓ factis istis, & a culicibus & a crabronibus infligetur pœna. uerum age hospes ætrusce, qñ percunctari singulos agendo remo nimis magno est impedimēto, & iudices iam abijsse e ripa uideo, edoce in tā ta multitudine si quos ipse noueris. Vm. Geretur tibi mos. hic qui se primũ offert, mēdacissimus fuit oĩm, quos unquā uiderim. Illud autě maximũ indicat mendaciorum quibus usus est unquam, quod cum uxore (ut ex eo aliqñ quādo audiui) nunquam se litigasse asseuerauerit. Is qui eũ sequit: adolescěs in maximis uixit diuitijs: senex in summā inopiā redactus est, quippe cuius studiũ fuerit ex ære fumũ, e fumo metallum facere. Nam dum aurum ex fornace quærit,

sua omnia in ignem coniecit. Tertius ille non modo libidinosissimus, uerum etiã immanis fuit, qui nec brutis abstinuerit. Duo illi, alter perniciosissimus assentator fuit: læno alter pellacissimus, quibus artibus primos sibi & ad Cæsares, et ad põtifices aditus fecere. At ille alius accusãdo maximas cõparauit diuitias, cui cum præter insimulationem ac maledicentiam nihil dulce esset. Arte hac primũ apud principes locum tenuit. Quæ ego magis scio, quod mihi relata essent a tribulibus, quam ꝙ nosse ea studerem. At illum tam seuera, & tristi fronte, & noui & suspexi utpote omnium quos ipse uiderim integerrimum: & certe natum ad recte informandos animos, qui cum & uerbis philosopharet̃, & moribus, quæ ipe differeret ea re atq; exẽplo comprobabat. Cuius operæprecium fuerit audire orationem. Cha. Nihil est quod magis cupiã. Sed quænam illi patria? Vm. Ab umbris ducebat originem. Cha. Hospes umber aduentum ad manes tuum gratulor. Tum qđ liberatus sis oĩno curis ijs, quæ mortales habeant tam male, tum quod audire te uehementer cupio. Noui enim quantus sis philosophus. Quãobrem (unde tibi maxime uidetur) exordiens, perge de uirtute dicere, dum illuc in portum deferimur. Vm. Nec ingratum est quod postulas: nec difficile. Et quoniam de uirtute ut dicam exigis. Nescio quid audire ipse malis, quã quæ uis sit eius: & qui capiãtur inde fructus. Etẽĩ cum inter deos atq; homines tantũ intersit quãtum norunt oẽs, nec solum spacio sed natura, nonne admirabilis uirtutis uis hæc est ꝙ & deos hominibus conciliat in uita, & post mortem, illorũ cœtui eos adiungit? Nam cũ uirtus medium quoddam sit, extrema quæ uideant̃ in agendo fugiẽs, quæ maxima illius laus est, hæc certe sũma est uis eius, ꝙ eadẽ hæc ipsa uirtus inter deum atq; hominẽ medium tenet, quo quidẽ dempto medio, nullus est ad deũ accessus, nulla quæ ad illũ ꝑducat

uid: quæ & ipsa principio deũ cognouerit, & qui secũdum se uixissent inter diuos retulerit. Cætera cum fluxa & fragilia sint auferri tpis momẽto possunt, at uirtus firmum & stabile bonũ est. Quæ cũ nullius sit externæ rei indigens, alia tamen omnia absq; illa manca sunt, hucq; atq; illuc incerta feruntur. Fœlicem igit̃ q̃ bene agendo, recteq; intelligendo perfectam fuerit uirtutem assecutus: q̃ cupiditates compescẽs, & quasi extra pericula positus liber ac securus uixerit. Cumq; sibi ipse lex esset, leges nequaquam timuerit: & tanq̃ omnia sub pedibus subiecta haberet, tutus incesserit contra populi rumores, cõtra tyrãnorum libidines, atq; aduersus fortunã ita steterit, ut ingruentẽ eã a se reppulerit. Neq; manum porrexerit blandienti. Cha. Quã uere & supra q̃ dici põt magnifice de uirtute locutus es? Ac per Plutonem oratio ista hominũ expssit fœlicitatem, quã parum tamen animo cernentes, cæcitate sua in perniciẽ magis uolentes eunt, q̃ coacti trahũtur. Quotus enim ex his quos innumerabiles quottidie transueho, non seipsum incusat? non stultitiam, quãquam sero queritur suam? Quo magis optimi hospites uestrum utriq; gratulor, qui & in agẽdo & in perspiciendo, ueritatem sic secuti atq; adepti fueritis: ut q̃ e uulgi ignorantia longissime recessistis, tã ad fœlicitatem proxime accessisse uideamini. Sed iam ut uidetis cursum hunc confecimus, & me traiiciendis aliis opus est regredi: uos ut descendatis. Ite igitur fœlices: & quo animo uitam traduxistis, mortem etiam feratis, per quam iam estis immortalitatis uiã ingressi. Tu uero sapiẽtissime Mercuri gregem hunc coge: & ubi uidebitur ad iudices propera. Mer. Ego uero propero: uos sequimini.

Grex umbrarum nocentium.

Pergamus miseros misere manes.
Flendo in lucis prodimus auras.

Flendo transigimus tempora uitæ.
Tristem flendo nauimus amnem
Et quod restat iter, hoc quoq; flendo
Infœlices conficiamus.
Minois miseris ora ferenda:
Et formidata Aeacus umbra:
Spectandusq; truci cum Rhadamanto
Nos latranti cerberus ore,
Nos & multiplici gutture serpens,
Pascetq; atro trux leo rictu.

Grex umbrarum innocentium.

Nos fauoni lænis aura,
Et uirenti prata flore,
Nos beatis rura campis:
Perpetuiq; manent tempora ueris.
Mella nobis sponte manent.
Vina largo fonte sudent:
Ac liquenti lacte riui,
Grataq; decutiant balsama rami.

Ioannis Iouiani Pontani Dyalogus qui inscribitur Charon finit fœliciter.

Ioannis Iouiani Pontani Dyalogus qui Antonius inscribitur.

Hospes Siculus Compater Neapolitanus.

Quænam quæso bone ciuis Antoniana est porticus? Com. Antoniū ne hospes requiris, an eā quæ ab illo porticus Antoniana dicit? Ho. Et porticum ipsam nosse, & Antoniū uidere cupio: audio enim pomeridianis horis illic conuentum haberi litteratorum hominū. Ipm

hore pome=
ridianæ

autem Antonium q̃q̃ multa dicit, plura tamẽ ſciſcitari q̃ docere ſolitum: nec tam probare quæ dicantur, q̃ Socratico quodam more irridere diſſerentes. Auditores uero ipos magis uoluptatis cuiuſdam eorum quæ a ſe dicãtur plenos domum dimittere, q̃ certos rerũ earum quæ in quæſtione uerſentur. Com. Hæc illa eſt porticus: ſane dignus tali conuentu locus: in qua deſiderare nunc quidem Antonium poſſumus: uidere amplius nõ poſſumus. Etenim ſolitudo ipſa me uſq; hic ornatus plane tibi declarare poſſunt, amiſiſſe nos Antonium. neq; enim unq̃ dicam mortuum, quem putem uiuere: quod & ipſu; paucos antequam decederet dies acerrime diſſerentem audiuimus: neq; eius me mors angit, quæ uita eſt bonis, ſed q̃ iucundiſſima eius conſuetudine, ſapientiſſimiſq; colloquiis eſt carendum. Quid enim erat lætis in rebus Antonio iucũdius? quid rurſus in turbatis atq; aſperis gratius? Incredibilis quædam in eius oratiõe uis inerat res humanas contemnendi, ferendiq; fortuitos caſus æquo animo: quippe cũ omnia referret ad deum: diceretq; latere nos & bonorum & malorum cauſas. Pleraq; autem uideri quæ nõ eſſent mala, ut quæ obiecta nobis eſſent a deo, quo humana in iis conſtantia fortitudoq; eniteſceret (Quotum enim forte inueniri, ſi quieta & ſecura omnia nobis forẽt) natos eſſe homines ad comparandam uirtutem, ad excolendos animos: neminem autem ſine laboribus plurimis poſſe hoc aſſequi: ſed decipi opinione, nimiſq; demiſſe ac molliter nobiſcum nos ipſos agere. quæ fluant aquas ſalubriores eẽ, magiſque probari, quæ uero reſtagnent: noxias ac peſtilentes eſſe. nullum fortem agricolam cui non incalluerint manus: nec medicum bonum qui non plurimis ac maxime grauibus morbis curandis uerſatus ſit ipſe diutius. Milites ab aſſuetudine perpetiendorum laborum, exanclatiſq; periculis laudari, nullos deniq; artifices claros euadere,

prÆterq̃ quos aſſiduus labor lõgaq; exercitatio docuiſſet. Optimo itaq; & fortiſſimo cuiq; labores ac moleſtias offerri a deo:eamq; ueluti materiã prÆberi in qua ſeſe exerceat, cũ excellẽtia hominũ cÆterorũ.Tũ iperatores ipſi quos prÆcipue amẽt,& quorũ uirtus eſt ꝑſpectior,ĩs grauiſſima et periculoſiſſima quÆq; demãdẽt.Atque hanc quidẽ ipſam, non quÆ prÆdã quÆritaret maxime illuſtrẽ militiã eſſe.Et uero ignaui eſſe:imbecilli:deſidis,odiſſe labores,fugitare moleſtias,uelleq; in ocio ac ſub umbra marceſcere.Sed cum Antonio optime iam actũ fuerit.ad te hoſpes potius reuertar.HÆc inquã illa eſt porticus in qua ſedere ſolebat ille ſenum omniũ feſtiuiſſimus.Cõueniebãt aũt docti uiri,nobileſq; itẽ homines ſane multi.ipſe quod in ꝓximo habitaret, primus hic cõſpici,iterim dũ ſenatus ut ipſe uſurpabat cogeretur,aut iocãs cũ prÆtereũtibus,aut ſecũ aliquid ſuccinens:quo animũ oblectaret.Vt nuper paucos ante q̃ morbo aggrauaret᷑ dies recitare eum memini:cui ego adeſſem una, & Herricus iſte pudericus quẽ hic uides.Eſt autẽ carmen quo uti oppidatim dicebat apulos ad ſanandũ rabidÆ canis morſum:inſomnes eñ noctes ſabbato luſtrare oppidum.Vithũ neſcio quẽ e diuorũ numero implorãtes:idq; tribus ſabbatis noctu cũ peregiſſent,tolli rabiẽ omnem,uenenũq; extingui.quod carmen quia memoria teneo,referã illud ſi placet.Ho.At qui pergratũ mihi feceris.Com.Alme Vithe pellicane,orã qui tenes apulã:littuſq; polignanicũ,qui morſus rabidos leuas:iraſq; canum mitigas,tu ſancte rabiem aſperam rictuſq; canis luridos,tu ſÆuã prohibe luem I procul hinc rabies,procul hinc furor omnis abeſto.Ho.Sane luculentum carmẽ,& per q̃ facilem apulis ipſis deũ.Com.FÆliciſſimos omniũ eos mortalium dictitare ſolebat Antonius. Ho.Qui regionem incolerent tam intemperatã?Cõ. Etenĩ cÆteros quidẽ homines cũ nulli nõ ſtulti eſſent,uix ſtulti-

tiæ suæ ullã satis honestam afferre causam posse, apulos ues ro solos, paratissimã habere insaniæ excusandæ rationem: araneũ illum scilicet, quã Tarantulã nominant: e cuius ams morsu insaniant homines. idq; esse q̃ fœlicissimũ, q̃ ubi qs uellet, insaniæ quem suæ fructum cuperet, etiã honeste cas peret. Esse aũt multiplicis ueneni araneos, atq; in ijs etiam qui ad libidinem commouerẽt: eosq; cõcubitarios uocari: ab hoc araneo ãmorderi q̃ sæpissime solere mulieres: licereq; tum illas fasq; esse libere atq; impune uiros petere, q̃ id ue nenum alia extingui ratione nequeat. ut quod alijs flagitiũ mulieribus: id apulis remediũ esset. An nõ summa hæc tibi quædam fœlicitas uideatur? Ho. Per Priapum summa. Cõ. Parce hospes obscœnis obsecro. Ho. Atqui putabam mihi in Osca regione uti obscœnis licere: cũ populariter audiã iura ri per deorum uentres perq; iecinora, atque per eã partem cuius ipos etiã Cynicos perpuderet. Com. An ignoras pessi mum morũ auctorẽ populũ esse? quid enim habet, quod mas ximo etiã iure non improbes? atque hanc quidẽ iurandi ims puritatem mare attulit: utinamq; hoc solũ a Catalanis dis dicisset noster populus. Sicam ab ijs accepimus: nec est, q̃ Neapoli, q̃ hominis uita minoris uendat. q̃ nisi uester Blã cas Esculapius alter curator accessisset maiorẽ ciuiũ partẽ excisis auribus, labijs, aut naso mutilo uideres. Scortari quoq; sine pudore didicimus, atq; in ꝓpatulo habere pudis citiam. Iuuentus nostra lustris dedita quod locandis nocti bus a meretricula quæritur, ipsa die ligurit. Ideoq; innocẽ tissimus oli populus dũ a Catalonia reliquaq; Hispania cõ portãdis gaudet mercibus: dũ gentis eius mores ammiratẽ ac probat, factus est inquinatissimus. Sed quando accusari hæc possunt magisq; corrigi, nec satis est tutum, dicere de populi moribus desinamus. Quod autẽ ad iusiurãdũ attis net Scythas maxime laudare solebat Antonius, quibus non

per deorum capita aut corda ut his ipsis hispanis, non per corpora ut nostris, sed per conuictum iurare mos esset. At pœnos maxime irridere, qui per triplex iurarent uxoris repudium: quippe quā ubi ter quis repudiasset, reuocare amplius in domum fas non esset Sed qui praterit percunctandus est, ut Antonium iam agamus.

Compater neapolitanus. peregrinus.
hospes siculus collocutores.

h Eus uiator. Pe. Sessores saluete. Co. Tu ut uideo de sole æstuas. Per. At uos ut sentio de umbra frigetis Co. Hic hō sitit ni fallor. Per. Hi madescūt qd' satis scio. Co. Heus hospes dic quæso. Per. Heus ciues tacete obsecro. Co. At nos scire ex te quædā uolumus. Per. At ego sciscitari pauca. Co. Sciscitator. uacat. atq; ēt si placet sedeto. Per. Ad regē ꝓpero, ad regiā utra ducit uia? Co. Vtraq;. Sed quænam salutandi regis causa? hoc eñ ipsum scire cupimus. itaq; uicē redde. Per. Nimis q̄ timeo nostræ Reipublicæ, ne paucis post annis occidione occidāt populi. Co. Ab gladio ne an a pestilentia, an a diluuione timēdū est nobis? Equidem & te siderum progressiones obseruasse reor, quando astrologorū est has clades prædicere. Per. Certiora affero. maxima in singulis nō modo oppidis, sed pene domibus uis est Gallorū septennīū. eos satis compertū est anno septimo parere, eadēq; basiliscos serpentes, quorū obtutu homines infecti pereant. ꝙ nisi a rege probe prospectum fuerit, actū est de regni Neapolitani populis. opus autē esse ut singulis in oppidis, singuli deligant cauti & sollertes uiri, qui hæc mala Gallorum cæde procurent, uideantq; ne quid Respublica detrimēti capiat. Ego hac de causa atq; ut Reipublicæ prosim meæ, ad regem eo, uos ualete. Co. Abi bone ciuis, deq; patria benemerite. Dq boni, q̄ multiplex est hominū stultitia? q̄ inanes cogitationes? quid uanitatis in uita? quanta inanissima

rum etiā rerum solicitudo. An est hospes quod irridere hoc homine magis possis? si ridenda quā miseranda potius stulticia ē nostra. Ho. Quid obsecro ad hæc Antonius? Co. Fabellā hic aliquā subtexuisset qua declarare amplius posset hominum leuitatem. Calletiam olim muliercula uictū quæritasse Caietæ. Hanc cætera uitæ munera obiisse satis laboriose atq; industrie. Cum aūt Alfonsus rex Caietæ diuersaretur aliquando, uideretq; Calletia, tum uiros tū matronas omnes deniq; id agere, quo maxime modo regem honorificentissime exciperet, eam pannis supra pudenda cōuolutis proficiscentē ad rē diuinā regem, et præcedere in pompa nudato femore, & recedentē in regiā eodem habitu reducere solitam, nulliscq; abduci potuisse rationibus, quin hoc honoris genere (sic enī dicebat) regem prosequeretur. Quocirca explicandis fabellis Antonius uel improbare quippiam solebat uel laudare. Ho. Bellissimum hominem. Sed præconem hunc audiamus qui tantam sibi facit in populo audientiam. regium uidelicet edictum. nunq̄ uidi turgidiores buccas. Puto ego hominē fermēto uesci. quos clamores dii boni? Præco. Licere fasq; esse Iouianum Pontanum qui habitat in proximo, tuto egredi domo: tuto per urbem incedere. tuto etiam de rebus latinis latinum hominem differere. Istos uero græcissantis homines, atq; italogræcos: nihil ei maledicere: nihil incessere: non oculis: non barba: non superciliis, non deniq; ulla græca arte illudere. Hoc regem ipsum edicere. Si quis secus fecerit, barbam ei euellere impune licere pallium auferre: crepidulas eripere. Quod edictum sanctū esse omnes sciunto, idq; tuba hac testor. Ho. Quid, obsecro Iouiano huic græci ne tam sunt infesti? Co. Cum ipse græcorum est studiosissimus, eorumq; ueneratur disciplinas, ac suspicit ingenia: nec est quod græcos timeat. Esse autem nostratis quosdam adolescentes: eosque nuper e græcia

rediisse, qui cū nec græce sciant, nec latine, esse tamen gloriosissimos, quibus si barbā pilleolūq; ademeris, nihil omnino græcū habeant. Eos ait & græcæ, & latinæ orationis inculcatores esse: ubi cū græcis fuerint, mussitare: cum latinis aūt mirū esse, q̄ græce oīa. hinc illos irasci & pene furere: horū timeri audaciam, ceruicesq; insolentissimas. Ho. Quid ipse didicit ne græcas litteras? Co. Eas adolescēs attigit: sed in Italia, nā in græcia magis nūc Turcaicum discas q̄ græcū. Quicquid em̄ doctorū habēt græcæ disciplinæ, in Italia nobiscū uictitat. Ho. Satis hæc noui. Sed obseruemus pilleatulū hunc. Co. Recte mones. Ho. Quidnā is succinit? at uide q̄ sibi placet, atq; utinā præteriens salutaret. Per. αριςον μεν υδωρ. Quid sibi hæc uolunt uerba? Co. Rem optimam ait esse aquam. Ho. An hic nos accusat ut parum sobrios? ego tam insignē iniuriam non feram. Co. Parce hospes. Pindarica est sentētia, etiā ab Aristotele laudata. Per. δε χρυσος αιθομενον πυρ ατε διαπρεπει νυκτι μεγανορος εξοχα πλουτου. Ho. An pergit maledicere? Co. Desine commoueri. Aurum laudat. Ho. Heus tu græcanice homo, quid malam in rem nō te hinc proripis. Iudæis aurū & fœneratoribus laudato. Co. Irā ponito. abijt. Hos uentris crepitibus similes dicebat Antonius: nares tm̄ offendere, cætera uētū esse: siquidē uētosos esse ac putidos. Sed quādo suffarcinatulus iste iā abijt, nos ab Antoniana consuetudine aut quærendi aliquid aut dicēdi ne recedamus. Et iā dudū uideo Herricū hunc dicere aliquid uelle. Quamobrē dicentē audiamus.

Herricus pudericus. adolescens. senex hospes.

Mmonuere me qui nuper præteriere adolescentuli
d Neapolitanæ nobilitatis, quæ prope iā interījt. Etenim cum considero iuuentutē nostram præter maiorū instituta, domi ac sub porticibus desidere. Eos uero

Rempublicam amministrent, publicorum oblitos morum, nihil nisi suas tm̄ res agere, atq; in priuatū cōsulere, nō possum nō deplorare nostræ nobilitatis interitu;. Dij boni? Ladislao Regc quæ nostrorum ciuium domi forisq; erat industria? q̄; honesta de omni uirtute contentio? Certamen erat domi ne senes æquitate atq; cōsilio, an foris inuictus fortitudine ac fide maiore Rempublicam gererēt. Itaq; uideres seniores præsidere prouincijs, moderari populos: iuuenes in maximis rebus ac periculis regi adesse: certare quis fortiorē nauare posset operam. Adolescentulos mirum immodum a primis aññis meditari patrium decus, equitando, iaculando, semper aliquid agendo, quo ipsorum apparere posset industria. nunc placet ocium atq; mollicies. Sequimur Scorta, desidemus in ganeis. Alea in manibus est atq; fritillus. turpissima quæque habentur in precio. Cōtentio est cuius uxor, soror, filia, pluris ueneat: nullumque inter ignauos fortisque discrimen, nisi q̄ fortitudo odio est atq; contemptui, ignauissimus quisque maxime carus acceptusq; multitudini. Iura, pietas, decus, demum omnia uenalia. Sed me ipsum compescam, reuertarq; ad Antoniū, atq; hunc qui præterit potius adolescentem percunctabor. Amobo unde tantum hilaritudinis tecum affers bone adolescēs? Adol. Meo ab antistite. Her. Obsecro nisi præproperas hilaritudinis tantæ nobis rationem explica. Adol. Laborabat ex intestini leuitate meus antistes: de cuius salute medici cum desperassent, unus Panuntius archiater, solam hāc salutis relictam spem docuit: si disploso intestino animam inclusam expederet. Eum igitur, cum diem totum deos orans contriuisset, nec aliquid exploderet, reuersus Panūtius monuit, uti corporis salute desperata, pro animæ salute deos fatigaret. Tum ille in deos deasq; conuersus, integram fere noctem in gemitu lamentationibusq; exegit, dum peccatorū

cōdonationem ac uitæ cœlestis tranquillitatē cœlites ipsos orat. aderat familiaris ingenio non adeo superstitioso: qui antistitis quæstus precesq; non satis æquo ferens animo, eeque nam tandem inquit pater dementia ista est: putare deos, cœli tibi particulam donaturos, qui ne leuissimi quidem pedi liberales esse uoluerint? hac urbanitate captus antistes: cum in risum solueretur, intestinum exoluit, quo de risu in crepitū exoluto, statim morbo liberatus est. Hæc lætitiæ meæ causa, hæc uoluptas est, qui herum saluum factū tantopere gaudeam. Is igitur post aliquot dies confirmatis ac refectis uiribus, cum ludere quantillum cupiat, frontonillam accersit, quam intellexit non multos ante dies, facere quæstum cœpisse. me qui scortillum nossem rogatum mittit, uti eum lauerit leueritq; ad cœnam eat. Dixi quæ cupiebatis. abeo, uos ualete. Her. O sæcula, o mores. fuit fuit olim in sacerdotibus christianis continentia & castitas: dum innocentia in honore, dum paupertas in precio fuit. Nunc (proh pudor) quæ non secta mundior sacerdotio est? Ecce autem qui leuare dolorem hunc queas, senex præterit, octogenarius, cantitans amore insaniens. e media scilicet Valētia delatum hoc est. Audiamus si placet? SEN.

Ne rugas Mariana meas, neu despice canos.
De sene nam iuuenem dia referre potes

Her. Bellissimum senem. Videtis q̄ blande salutat fenestrellas? q̄ larga etiam manu rosam spargit? quid hoc sene delirius? Sen.

Digna Iouis thalamis o & Ioue digna marito,
Quid mirum si me candida nympha fugis?

Her. Etiam lachrymatur. Sen.

Delitiæ Mariana meæ si diggeris annos,
Iuppiter hac fiet iam ratione senex.

pedum pedi signi ficat Jos: Strabo fa cul ? qui pedi pe: cul? de: hinentur

Her. Lepidissimā argumentationem. Sen.

Et cani flores, orientia sidera cana,
Canaq; quæ torquet spicula blandus amor.

Her. Canitiē sane iuuenilem sed cōpellemus hoīem, Amātissime adolescēs per cū quē colis amorē, perq; uiridem atq; florētē ætatē tuā, eanq; quā deperis uirginem rogatus, & nos de amoribus solicitos nostris adi atq; alloquere. Equidē uel ex te uno iudicari plane potest, recte sensisse illos qui uenerē elegātiarū deā fecere. quid enī te qui in ueneris cōtubernio uiuis elegātius? Age ambo q; tibi cū amoribus tuis blāde? q; e sententia? Sen. Suauissime: quippe cū decreuerim quæcūq; in amore hoc mihi accidāt, iucūdam in partē accipere, irascit, aduersat, cōtēnit, fugit, ad uoluptatē refero: grauissimeq; obiurgādos cēseo, qui regnū amoris accusant Bellissimi pueri: lautissimi heri, indulgētissimi Dei. hic mūditias: nitorē: ornatū leporē: cōptum: ludos: iocū: carmē: elegantiā: delitias: omnē denicq; uitæ suauitatē inuenit. Me qui senex sū, ætatis huius molestiarū oblitū, nō tm̄ iuitū, sed uolētem quoq; ad suauissima quæq; secum trahit. Sequor conuiuia, cantus, hymeneos, choreas, pōpas, festos dies: theatra. Sed iam asserenascitallā ego ad fenestrā uideo, quæ me immortaliū uitā agere inter mortales facit. o fulgentissimū iubar, ac rerū specimē. Her. O inane & lubricū caput. Ne aūt delirantem hunc senē hospes mirere, ciuitas nostra tota delirium est. utināq; non tā uere, urbem hanc solā liberā esse usurpasset Antonius: in qua una, cuiq; qd' libitū esset liceret. Sed comprimēda est oratio. Euphorbia trāsit. assurgamus mulieri, atq; offam hanc cerbero obijciamus. Etiā præterijt: abijt: bene habet. salua sunt omnia. Memor es hospes beluæ illius quam dux pœnorū Annibal uidit in somnis, siluas, agros, uillas, oppida, quaq; incederet cūcta ua-

Ciuitas nostra tota delirium est

stantem? Hæc illa est belua: nequaquam tamē ut illa somnium, sed historia, & uera quidem belua. Ciues quidē cæteri, aut horologium, aut galli cantū secuti, e somno cubilibusq; excitantur. at uicinā nostrā Euphorbiæ clamores ne uidere quidem somniū noctibus patiūtur, quasi dies agere quietos ualeamus. Clamat. inclamat, frendit, dentitonat, hinnifremit, rixatur, furit. ueru, pelues, patinas iaculatur, titionatur, candelabratur: nouis enim uocibus, nouus beluæ huius furor exprimendus est: atq; utinā exprimi plane posset. ancillas alias delumbat fustibus, alias mutilat gladio: has unguibus excecat: illas pugnis exossat. quid multis opus est? pestis quidē ipsa Euphorbia pestilētior nō est. Ferūt Germanos olim prædicare solitos, se a Dite patre ortos. ego uel deierare ausim, tris illas furias, herebum quoq; ipsum Euphorbia prognatos esse. Ho. Dij talē pestem auertite. Quid obsecro de hac Antonius? Her. Optime consultū iri Romano pōtifici, si Euphorbia hæc in summo alpiū iugo cōstitueret: cuius uociferationibus momēto eodē Germaniæ, Galliæ, Britāniæ ad terrarū cōciliū accersiri posset, orbis em̄ cāpanā Euphorbiā esse. Ho. O salsum atq; urbanū hominem. Sed quinā hi sunt quos composito admodū gradu, uultuq; adeo graui cōcedētes ad nos uideo? Her. Iunior ille Elisius Gallutius suaui uir ingenio. Andreas alter contrarius, facundus ac pręstans rhetor. grauissimi uterq; uiri, nostroq; ex ordine, quibus aduenientibus de more collegij huius assurgendum est.

Andreas contrarius. Compater. Herricus. Elisius.

Salutem uobis multam atq; opulētā dicūt Elisij Camenæ. Com. At nos & Elisiū habere, et Andreā opulenter saluū esse iubemus: neq; em̄ grāmaticos adeo ueremur, ut opulentiā cū salute coniūgere timeamus. An. O minime superstitiosum hominem. Sed ut hoc facilius condonetur a nobis tibi, tamen ne in grammaticorum iram incidas

cidas etiā atq; etiam uide. Com. An oblitus es Antonij, cas tellorum (hoc enim uerbo utebatur) eos persimiles dicentis qui de ossibus deq; frustillis ac miculis si quæ forte sub mensam decidant, rixentur. Odi ego cinicū genus, stomachorq; agrestem acerbitatem ac putidas insectationes. Sed amabo quinam inter uos sermones erant? An. Hoc ipsum agebamus, aut potius indignabamur, ab rabiosa eorū garrulitate, tuti nihil esse, siue uersiculum edideris, siue epistolam scripseris. quorum ipsorum scriptis oculū si admoris, nihil inertius, nihil inconcinnius, nihil oscitatius uideas: quippe cum nihil supra grammaticum habeant. Et tamen operæprecium est uidere, neglecto aut potius abiecto Cicerone, quantam præseferant dicendi artem, atq; scientiam, inuasere rhetorū materiam, quorum etiam agros depopulati, q uideant acutiora quædam ut ipsi putant: a Quintiliano tradi, in Ciceronem sublatis signis agmineq; instructo procedunt: nec intelligunt Ciceronem sic a Quintiliano laudari, ut hunc suspiciendum: hunc imitādum esse moneat, dono quodam prouidentiæ genitum in quē totas uirtutes suas, eloquentia experiretur. Id deniq; non immerito cōsecutū, ut Cicero iā non hoīs nomen sed eloquentiæ habeatur? q si loqui uera uolumus, illa uel summa Quintiliani laus est, q diuinæ Ciceronis eloquētiæ diligētissimus obseruator atq; īspectator fuerit. Quid enī q̄uis acute ab eo ī dicendi arte præcipitur, quod nō e Ciceronis fonte haustū sit? quid tam rarū aut sepositum ostendit, quod non Ciceronis orationum exēplis testimonijsq; doceamur, illum orantem egisse: quæ post a Quintiliano rhetoribusq; alijs considerata, atq; animaduersa scriptis obseruanda tradantur? Arguitur Ciceronis de oratoris fine sententia, q non sit dicere apposite ad persuasionem, sed sit solū bene dicere oratoris finis: nec uident acutissimi homines duplicem in ora

tore finem considerãdum esse: quod Boetius quidem uidit, si nõ tam acutus grãmaticus, at certe rerũ naturæ peritissimus: ac definiẽdi magnus artifex. Ait enim, ꝙ inter dialecticam atq; rhetoricã itereſt, id in materia nõ cerni, quippe cũ utraq; thesim atq; hypothesim subiectã habeat, sed in usu, cum altera interrogatiõe, altera perpetua oratiõe utatur: ac dialectica itegris silogismis, rhetorica enthymematibus gaudeat. Item in fine, ꝙ dialectica q̃ uult extorquere ab aduersario conatur: rhetorica iudici persuadere: siquidẽ dialecticus dialecticũ tãtum habet aduersum se cõstitutum: orator uero sibi etiã iudicẽ, qui inter se adq; aduersariũ sentẽtiam ferat. Quocirca oratoris finem duplici ratiõe considerãdũ esse censet: alterum quidem in oratore ipso, in iudice uero alterũ in ipso ꝗdem bene dicere: quod ꝗd est aliud q̃ꝫ dicere apposite ad ꝑsuasionem? In iudice uero persuadere: neq; enim si qua impediãt oratorẽ quominus ꝑsuadeat, dum officiũ suũ fecerit, iccirco finẽ consecuturus nõ est: siquidem qui officio suo cognatus ẽ finis eũ facto officio cõseꝗtur: ac tametsi eũ qui extra positus ẽ, finem nõ semper attingit, fine tamẽ suo contentus esse poteſt, sentiens artẽ ipsam, qui suus est fine non fraudari. Etenim medici opa cum in sanitatẽ intẽta sit, imperatoris in uictoriã, licet neuter finem ꝗ extra constitutus est nõnũq; adipiscatur, uterq; tamen suũ assequit̃, si alter ægrotum recte curauerit: alter exercitũ ac rem bellicam bene administrauerit. Duplex igitur oratoris finis est bene dicere: ac persuadere: quod utrũq; Cicero complexus est, et cum ait oratoris officiũ esse dicere apposite ad persuasionẽ: nam qui apposite dicit: bene quidem dicit. id quod Quitiliani sentẽtiæ conuenit, indicãtis rhetoricæ finem ac summum esse bene dicere. Et cum post subdit oratoris finem esse ꝑsuadere dictione, quia oratoris dictio apud iudicem est, complectitur qui sit pro suscepta causa bene dicendi finis. ꝙ si ora-

tor dicendo persuadet, neq; enim temere a Cicerone dictum est, persuadere dictione, nec Quintiliano, nec oblatratoribus his dicere opus est, quod pecunia etiam persuadet: q̃d forma: quod alia etiam multa, nam nec pecunia dicẽdo persuadet, nec forma, trahit enim animos hominum pecunia rerum utilium cupiditate ac gratia, forma uoluptatis. Ostendere autem cicatrices inde susceptum est: ꝙ insitus est homini naturaliter misericordiæ affectus: qui tum uidẽdo: tũ audiẽdo mouetur: idq; cõsilij prudẽtiæq; est agere. quo orator cum utitur, non quidem dicendo, sed agendo persuadere conatur. Licet huiusmodi actiones oratoris proprie sint, unde agere dicitur: quibus etiam uerba, gestumq; idoneũ accommodat. Et cicatricum quidem ostentatio, non multum habitura est uirium si oratio defuerit, quæ lachrymas ac misericordiam excitet. Nam auctoritas, dignitas, aspectus, si mutus fuerit, quomodo persuadeat, aut quid persuadeat? ꝙ uero ad meritorum recordationem attinet, an parum tibi loqui merita ipsa uidentur? quæ beneficiorum in Rempublicam, quæ rerum fortiter gestarum memoriam reuocent, quæ gratitudinis ammoneant? Etenim eorũ qui diẽ obiere: siue amici, siue inimici fuerint, cum recordatio nos subit, ꝙ ab ijs recte aut male facta quæ in mentem ueniunt loquẽdi uim quandã habeãt, uel excitatur in nobis desiderium, uel odium renouatur. Quocirca loquuntur hæc quodammodo per se, ac nihilominus ut iudices, ut auditores moueãt, dicẽte indigent, qui quo fuerit eloquẽtior, eo magis cõmouebit. Ac mihi quidem uidetur Cicero, tum addẽdo apposite ad persuasionẽ, tũ dicendo persuadere dictione, auertisse a se id q̃d Quintilianus, pace eius dixerim, nõ mõ nõ auertit, sed ne quidẽ uidit. Si quis enim quod declamatores faciũt, nullo dato iudice cãm domi fingat, & utriusq; (idest suas, & aduersarij) partes agat: hinc accusando, illinc defen-

dendo, huius nimirũ erit finis tantũ bene dicere. Quid em̃ aliud in causa domi composita, nullo uero aduersario, nullo iudice quæretur nisi solũ bene dicere? quo fit ut ĩ ausa ficta idẽ sit finis qui est in uera bñdicere: neq; interfingere, & apud iudicẽ uere agere aliquid intererit. quo q̃d magis absonũ? quid magis absurdũ? Hoc uidens Cicero declamatorem sic ab oratore seiunxit, ut q̃d unũ interest, id officiũ ac finẽ oratoris ostẽdendo exciperet, cauillãq; auerteret. Inter officiũ autẽ & finẽ parũ interesse Cicero ipse ostendit, cum docet in officio q̃d fieri, in fine quid officio cõueniat considerari. Videtis q̃ plane per officiũ expresserit finẽ qui in oratore cõsiderat̃? cũ quid fieri cõueniat, ait. Porro quid facere oratorẽ cõuenit, aut quæ eius officiũ partes sunt, nisi bene dicere? quod quibus artibus & quæ faciẽdo assequi possit, ipse iam tenet: per finẽ uero ostenderit, id quod benedicendo quærit̃, persuadere. nam cũ ipsæ hominũ actiones ob finem aliquem suscipiãtur, ac finis alius aliũ respectare uideatur, finis ille quẽ in oratore ipso constitutũ diximus, hoc est bene dicere, in aliũ illũ finem intendit qui extra positus est: sicuti recte curandi finis ægroti sanitatẽ, ac rei bellicæ bene administrãdæ honeste uictoriã respicit, ab illis em̃ ad has est uia. Etem̃ cum finis in rebus humanis sit ut opinor ad quẽ cuncta referantur, & cuius gratia fiũt cætera omnia, nimirum ut sit finis oratoris benedicere, benedicẽdi ipsius finis est persuadere. Itaq; si oratorẽ considerare uolumus ut dicentem tantum, finis eius erit bene dicere: sin ut agentẽ in foro ac iudiciis animũ quibus potest artibus in sententiã suã atq; in causam quã agendã suscepit trahere contẽdentẽ, Ciceronis de fine sententia erit absoluta, Quintiliani uero mãca atq; imperfecta. Non cõsiderari autem forum: forensisq; actiõis finem ab eo qui dicit oratoris finem esse benedicere, quamuis paucis, manifesto tamen ostendemus. Quintiliani

ipsius cum de rhetoricæ nomine latine interpretãdo loquit uerba hæc sunt. Nam oratoria sic efferetur ut elocutoria: oratrix ut elocutrix. Illa aũt de qua loquimur rhetorice talis est, qualis eloquentia. Igitur si rhetorica eloquentia est, & orator erit eloquens. Eloqui autem aliud non est quam bene dicere: qui enim eloquitur bene dicit: & eloquentia erit bene dicendi siue facultas siue ars, siue sciẽtia. Quare dicere oratoris finem esse bene dicere, eius est, qui nec susceptæ in foro dictionis finem considerat: ut si quis aratoris finem dixerit bene arare, cũ bene arandi finis sit serere. Nec clientem respicit, non secus ac siquis dixerit, medici finem esse bene curare: quæ definitio ægroti ipsius qui medicum sibi adhibuit nullam uidetur habere rationem. At qui dicit oratoris finem esse dicere apposite ad persuasionem, & eius qui dicit, & eius pro quo dictio suscepta est, rationẽ cõplectitur. Quæ finitio perfecta quidẽ est, cũ & officium eius qui dictionem suscepit ostendat, & causam id est finem, cur officium susceptum sit, declaret. Qua tamen in re pertinaciores non erimus, ut quasi onus hoc defendendi Ciceronis, aduersus Quintilianũ nõ susceperimus quippe qui non oblatrando, sed quærendo modestissime, oratoris finem inuestigare nititur, quem quodã in loco dicentem audiamus. Nã illud genus ostentationi cõpositum, solam petit audiẽtium uoluptatem adeoque oẽs dicendi artes aperit, ornatumque orationis exponit, ut qui non insidietur, nec ad uictoriã, sed ad solum finem laudis & gloriæ tendat. Quare quicquid erit sententijs populare, uerbis nitidũ, figuris iucundũ, translationibus magnificũ, cõpositione elaboratum, uelut institor quidã eloquentiæ intuẽdũ & pene pertractandum dabit: nã euentus ad ipsum, non ad causam refertur. At ubi res agitur, & uera dimicatio est, ultimus sit famæ locus. Videtis ut his uerbis uictoriam quæri, non bene dicendi laudẽ & gloriã

ostendit? Sentitis quid dicit, cum euentum non ad ipsum, sed ad causam referri dicit? Et q hoc fortasse minus apertũ esset, subdit ubi res agitur, & dimicatio uera est, ultimus sit famæ locus, docẽs in uictoriã totis uiribus incumbẽdũ, quæ quidẽ nisi persuaso iudice, ac benedicẽdi arte uiribusq; eloquẽtiæ expugnato comparari nequeat. Verum aduersus grammaticos istos inquam grammaticos hæc dicenda suscepimus, quorũ dentibus ut nihil mordacius, sic morsibus uenenosius nihil est: errasseq; non parum uideri potest Antonius qui catellorum eos persimiles, ac non canes, immo rabidas canes, aut uenenosas potius aspides diceret. Operæpreciũ est etiam uidere quibus latratibus, quoq; impetu in Ciceronianam status definitionem ferantur. Sed nolo uobis hospiti p̃sertim huic, cẽ molestior. Com. Et hospiti huic & cæteris qui assumus rem gratissimã feceris, quod declarare nostrum omniũ tibi abũde perspectũ in Ciceronem studium potest, & hospitis tanta in te audiendo attentio. Sed de Antonio aliter tibi p̃suadeas uelim. narrare eñ solebat, grãmaticorũ rationẽ nullã esse prætoribus: quippe qui furentiũ in numero haberẽtur, Cumq; furoris atq; amentiæ genera licet diuersa, comprehensa tamẽ a physicis essent solã grãmaticorũ uesaniam, non modo incõprehensam, uerũ etiã incõprehensibilẽ esse, quam nouo quodã ficto nomine labirynthiplexiam uocabat. Referebat enim sybillã nutricẽ suam quotiẽs grãmatico cuidã qui per id tẽpus Panhormi docebat obuiam fieret, carmine usam, quo Siculi aduersum canes rabidas uterentur. Solas etiam grammaticorum animas post mortem nõ expurgari: quodq; infernus eas expiãdas non caperet statim redire in corpora, ac propter ea contingere ut in dies atq; in sæcula grãmatici demẽtiores eẽnt Platonẽq; hoc ipsum latuisse, itẽ Virgiliũ, Dantiumq; qui de rebus infernis ultimus scripsit. Hæc hãbui quæ pro an-

tonio excusando dicerẽ. Tu perge Andrea & Ciceroniana status defensionem aduersus Antonianos catellos: uel tuas potius aspides aggredere. An. Faciã eo libẽtius ꝙ Herricũ nostrũ uideo ex orõne hac quæ aduersum grãmaticos habita est mirificã uoluptatẽ cœpisse. Her. Dici uix potest: quã me sermo iste delectet, præsertim cũ in memoriam ueniat, inter duos olim grãmaticos gladijs actã rẽ esse, dũ alter alteri uitio daret, ꝙ uerbo impleo generãdi casum adiũxisset, ac neuter memor esset Liuij hoc ipso casu utẽtis libro quarto. Ne ita oĩa Tribuni ꝑtestatis suæ implerẽt, ut nullũ publicum consilium sinerent esse. Itẽ quinto libro. ipse multitudinem quoq;, quæ semꝑ ferme regenti est similis, religionis iuste impleuit. Sexto etiã casu utitur cum ait carcerẽ impleueritis principibus. adeo promiscue ueteres uerbum hoc & secundo & sexto casui iunxere: quod docti illi & acuti grammatici dum ignorant, dum alter alterius sinum atq; os despuit, res ad gladios uenit, tandemq; a grãmaticis ad chirurgos. Sed quæ mihi multa generis huius in mẽtẽ ueniũt referre desinam, ne tibi sim impedimento, quare quod cœpisti perge exequi: ac uoluptate hac nos exple. An. Primo loco Ciceronem uideamus. Cõstitutio est prima cõflictio causarũ ex depulsione intentionis profecta, hoc modo fecisti, non feci, aut iure feci. Deinde Quintiliani status qui sit ex ipsius uerbis intelligamus. Statũ quidã dixerunt primam causarum conflictionem quos recte sensisse parum elocutos puto. Non enim est status prima conflictio fecisti non feci, sed quod ex prima cõflictione nascitur. Et paulo post. si eñi dicat quis sonus est duorum inter se corporum conflictio, erret opinor: non enim sonus est conflictio, sed ex cõflictione. Hæc uterq; de status constitutionisq; definitione. Nos quid definitio ipsa sit, primũ uideamus, quæ ut doctissimis uiris placet orõ est explicans quid sit id de quo est quæstio

Quocirca propriū definitionis esse uidetur explicare, hoc est distincte atq; expresse demōstrare rei quæ definiť substātiā, seu quid illud ipm de quo quæriť sit. Hoc eñ intellecto, ipsa res ut intelligať oportet: siquidē id qđ ante definitionē erat (ut ita dixerim) confusum & complicatū, ubi definitio accessit, distinctū atq; explicatū cernitur. Etenim cū hoc ipsum nomē homo parū expresse quid homo ipse sit indicet, ubi dixeris hominē esse animal rationale, mortale, qđ erat inuolutum, nec satis patebat, fit expressum & clarū: ipsaq; substātiæ explicatio fit, quotiens genus quo quid continetur, & species illæ quæ differentiæ uocantur definitionem ipsam abunde simul constituūt: qua hunc in modum constituta, quæ confusa erant, diffusius tractata cernuntur. Ex quibus efficitur: ut genere differentijsq; monstratis, substātia ipsa appareat. His sic explicatis uideamus harum utra definitionum, rem quæ definitur melius clariusq; ostēdat, cum uideamus de re ipsa quæstionem non esse, siquidem Quintilianus ipse qui hac definitione usi essent, recte quidam sensisse, parum tamē elocutos putať. Ciceroniana ni fallor definitio, q genus & differentias explicat, substātiam profecto ipsam explicat. nam conflictio, generis locum obtinet: omnis enim status conflictio est, non contra. siquidem non soli oratores confligunt perinde ut nō solus homo est animal: sed athletæ, sed milites, sed exercitus etiam confligunt. Prima uero cum dicitur, species ac differētia indicatur. Siquidē plures quæstionū status esse, eadem in causa possunt, qđ ipse quoq; Quintilianus ostēdit. Prima igitur conflictio, species quædā conflictionis est, sicuti rationale species quædam animalis. deinde additur ex depulsione intētionis profecta. Quo addito plane declaratur conflictio nē hinc ex intētione, illinc ex depulsione nasci, ut intelligať quemadmodū non omne rationale animal, ut Plato putat,

mortale est, sic non omnē conflictionem, ex telorū missiliūq; iaculatione ac manuum consertione: cuiusmodi militaris cō flictus est existere. Videtis ut his in definitione simul positis, res ipsa non implicata & in abdito posita, sed explicata atq; in lucē tracta cernatur? Contra Quintiliani definitio, nō solū rem ipsam in lucē nō educit, sed audiētē statim turbat, & cogitationē eius ad plura ac diuersa trahit. In lucē aūt non exponi rem ex Quintiliani definitione, hinc probatur, ꝙ genus ipsum nimis remoto e loco apparet: cum sit res, siue ut hodie dicūt ens. dicitur enim id quod ex prima conflictione nascit, idest res quæ inde nascit. Ac tametsi uerū est ꝙ cōflictio causarū sit res, sit ens, tamē hoc ipm ens, maxime generale est, siquidē & lapis, & lignū, & lana, et corpus, & color, & uox, & formæ, & statura, & cœlū, & animal, & quodcūq; in naturalibus est: ens ac res est. Itaq; genus hoc cōfundit, magis q̄ explicat, dū auditoris mentē in tam multa ac diuersa rapit. Illud deinde quod ex prima conflictione nascitur, magis ac magis & turbat & confunnit: & quasdam quasi tenebras illorum qui audiunt mentibus offundit, cum dicimus hō est, id quod ex corpore et aīa constat, quod ipsum non modo de boue, crocodilo, ape, serpente, pisce, accipitre, sed de arbore: herba, fruticeq; dici potest: nec aliud est dicere, q̄ ꝙ animans est quod genus plurima diuersaq; complectitur: siquidem & arbores, & herbæ, & frutices animantes sunt, anima eñ cōstāt & corpe Quod si dicere malueris hō est, id quod ex animali rationali mortali est, hominis substantiā nō solū nō explicabis, neq; in apertū proferes, sed rē ipsam magis ac magis implicabis Neq; eñ homo solū est ex animali rationali mortali, sed cōiugiū, sed familia, sed ciuitas, sed humani generis societas. At dicere hō est aīal, rōnale mortale, nō solū mentē nō cōfundit, sed rem ipsam plane ostendit. Idq; quod definitur,

& quod definit, ita sibi inuicem conueniunt, ut mutuam conuersionem alternatim faciant siquidē & animal rationale mortale est homo: id quod non usu uenit, cum dicitur, homo est id quod ex corpore & anima est, & quod ex corpore & anima est, homo est, cū possit esse accipiter, piscis, equus apes, ulmus, brasica, uitis, ligustrū: quæ q; animantes sunt, e corpore & anima sunt. Itaq; cū dicimus constitutio est prima cōflictio causarum nata ex intentione depulsionis, ita sibi quod definit definiturq; inuicem consentit, ut conuertere liceat pari maxime conuenientiæ consensu: recte enim explicateq; dicetur, prima causarū conflictio ex intentionis depulsione nata, conflictio est. Contra confusa nimis definitio erit, nec cum eo quod finitur pari modo consentiens, si dixerimus ut Quintiliano placet, status est id quod ex prima conflictione causarum nascitur. Idq; quod ex prima conflictione causarum nascitur est status: cum e prima conflictione in qua causa consistit, plura nascantur, quæ ad statum & causam faciunt, ut cum signa ex quibus coniectura capitur afferuntur, cum testes in medium adducuntur, cum leges recitantur, cum de legibus pugnatur, & huiusmodi alia quæ nō modo cōflictionē sequūt, sed absq; iis cōflictio esse nequeat. Age consideremus rē maxime similē, militarē conflictū, nō somum ut Quintilianus. Si quis dixerit militarem conflictum esse id quod existit ex militum certamine, manibusq; consertis, primum nec rem ipsam distincte explicabit, nec conuertere alterū in alterum tā æqua reciprocatione poterit, ut recte dicatur id quod ex militū certamine, manibusq; cōsertis existit, cōflictus militaris est, neq; eñi ex militum certamine, manuūq; cōsertione solus cōflictus existit, sed cædes, mutilationes, percussiones, uulnera, fuga, uictoria. Itaq; cū hæc audiunt q; quid potissimū intelligere habeatur incertū sit, distrahetur huc atq; illuc animus: rapie-

turq; in plura atq; diuersa. At si dixero cõflictũ militarem esse militum manum cõserentiũ certamẽ, statim genus appa rebit, id est certamen. Omnis eñi conflictus certamẽ est. At non contra certamen omne cõflictus est: nam & puellæ certant de forma, & reges de magnificentia: cum addo manũ conserentium, speciem differentiamque sic exprimo, ut nihil dubium, nihil in confuso relinquatur, licebitq; magno utrimq; consensu conuertere, militum manum conserentiũ certamen conflictum esse militarem: ac militarem conflictũ, cõserentiũ manũ militũ certamẽ esse. Illud igitur inter Ciceronis Quintilianiq; definitionẽ interest, quod inter has quas modo posui militaris conflictus definitiones. Ac si loqui uera uolumus, altera idest Ciceroniana est philosophi rem explicantis atq; ante oculos ponentis. altera eius qui id potius quærere uideatur, ut qui audiunt cæcutiãt, magisq; ut recte uideant. Quoniam igitur Quintilianus ipse recte quidem sensisse, parum tamen elocutos putat, qui sic statũ definiere, uidete obsecro uter ipsorum rem eloquatur. Mihi quidem Cicero eloqui rem & explicare, Quintilianus uero balbutire quodammodo (tanti uiri pace dixerim) uidetur. Poteram multa quæ de ratione definiendi a doctis uiris traduntur huc in locum conferre, quæ non duxi esse necessaria contentus paucis his ostẽdisse, Ciceronem bene, expresse, caute, plane, statum definiisse. Quam nostram defensionem tantũ ab accusando Quintiliano abesse uolumus, ut uideri uelimus, non aduersus Quintilianũ causam suscepisse, sed ut qui potius Ciceronẽ, a grãmaticorũ qui nũc uiuunt rabidis morsibus liberare studeremus. Tu uero Herrice uicem redde, & quam aduersus grammaticos bilem pauloante concœperas, meo etiam rogatu euome. Aut si te capitis fortasse grauat abscessus. Elisio nostro prouinciam hanc delega. Herricus Quin potius quando in

Virgiliū quoq; dentes exacuere, & me tussis male habet, maximi Poetæ, studiosissimus poeticæ Elisius patrocinium suscipiat. Quod te Elisi suauissime per Antonij nostri manes, quando qua te maiore obtestatione cogā nō habeo, oro atq; obtestor. Eli. Et poterat Andreas, & sponte etiā debebat, prouinciā hāc pro Virgilio suo suscipere. Quis eñ Andrea Virgilij studiosior? ac dignitatis excellentiæq; carminis atq; operis eius inspector acutior? Sed me uel obtestatio ad hoc impellit tua, uel q abunde multa memini quæ de Virgilij laudibus dicere solebat Antonius: cuius memoriā hospiti huic ut siculo, quē esse siculū ornatus ipe indicat, arbitror q̄ gratissimam. Cæterum Andreas & quæ a me referentur locupletare rōnibus poterit, & tanq̄ iudex aduersus Virgiliocarpos sedere. Cui magis enim dicere Virgiliomastigas liceat? Atq; hinc potissimum incipiā: de quo me pauloāte Claudianus ammonuit. Cuius uersus sunt de mōte ætna. Nunc mouet indigenas nimbos, piceaq; grauatum Fœdat nube diem: nūc motibus astra lacessit Terrificis: dānisq; suis incendia nutrit. Virgilij sunt. Portus ab accessu uentorum immotus & ingens. Ipse, sed horrificis iusta tonat ætna ruinis. Interdumq; atram prorūpit ad æthera nubem. Turbine fumantem piceo, & candente fauilla. Attollit q; globos flammarum & sidera lambit. Interdū scopulos, auulsaq; uiscera montis. Erigit eructans: liquefactaq; saxa sub auras. Cū gemitu glomerat: fūdoq; exæstuat imo. Hos Fauorinum philosophum dixisse aliquādo Gellius scribit, a Virgilio inchoatos magisq̄ factos, q absolui quādo mors præuerterat nequissent. Et Fauorinus quidem ea uerecundia usus uidetur, ut excusasse, magisq̄ incusasse Virgilium uideri possit: quē Antonius nō poterat de moderatione hac nō laudare. Cæterū nō omniū esse de lineamentis, inumbrationibus, artificioq; poetarū iudiciū ferre, quæ præter q̄ a

poetis ipsis uix cognoscerētur. quod in pictura quoq; cōtingit in qua multa sunt, quæ nisi summi etiā artifices non uideant. Aetnæ montis naturam, id consiliū non fuisse sibi Virgilius ipē præsefert, ut uellet pro assumpta & quodāmodo destinata materia describere: nec rei causas exquirit ut Claudianus, nec spumātis materiæ flumina ostēdere uult ut pindarus: sed cū describere portū Aeneæ ore cœpisset: dixissetq; ab accessu uentorum immotū & ingentē ipm quidē, subdidit rē maxime admirabilē: adeoq; mōstrosam, cuius Aeneas ipse memor factus eēt, ut a portus descriptiōe, rei ipsius miraculo auerteret̄. Ipē inquit portus ingēs quidem hoc est nauiū plurimarumcapax, sed uisu, sed auditu mirabile est ætnam mōtē terrificis iuxta ruinis tonare: qua cōmotus ammiratione atq; a portu auersus, in illa explicanda primū ab auditu cœpit. Videtis artificiosi poetæ prudens consiliū, ꝙ in ammirabili re enarrāda tractū se ammiratione ipā ab initio statim ostēdit? audire est inquit, cū nulli corporū uideantur conflictus, e quibus soni fiunt, nō sonitū modo, ac si parum esset sonitū dicere, sed tonitrū ex horrificis mōtis eius ruinis. Quæ in aere maximo cū terrore fierēt, ea dixit sub terris fieri. Simul cū rei miraculo cām quoq; leuiter attingit: nam neq; decebat Aeneam, causas incēdij atq; fragoris illius exactius quærere aut aperire. Tātus aūt fragor nisi e fractione esse nō poterat, quā fractionē ruinas nominās ostendit. Cū etiā dicit tonat, montē cōfragosum innuit. Nā ꝙ conflictus illi, & tanti sub terris fragores nisi in concauo & cauernoso fieri nequeunt: easq; conflictiones uentorum atq; ignium in cauernis esse dicit, ut cōfligentium nubium tonitrua imitētur. Singulis uerbis rē auditu mirabilem facit, ꝙ iuxta, ꝙ tonat, ꝙ ruinis & quidē horrificis: cū horror absq; mēbrorū cōcussione, animiq; consternatiōe nō cōtingat. Dehinc cū auditui satisfecisset, trāsit ad uisum ali

quanto longius in parte hac immoratus, ut per hunc sensum rem admirabiliorem redderet, q̄ uidendo q̃ audiendo apparere plura soleāt. Vtq; audictū aīos magis ac magis rei miraculo afficeret, nō secernit ea quæ noctu, quæue iterdiu uiderētur ut Pindarus. Dicit interdum idest nūc hoc, nunc illud, dū non uult diem a nocte secernere. Atram prorumpit ad æthera nubem. Videtis ut a se non recedit, dixit tonat. dixit nubem. tonare enim & nubescere in aere cōtingit. Cernitis ut rem effert, cum non fumum sed nubem, & quidem atram, & prorumpit, quod uiolentum uerbum est, & æthera potiusq; aerem, ut nimium impetum absolueret. Fumantem: non ita quidem ueritatem uelat, ut nō suis aliquando nominibus rem exprimat. Fumi enim exaspiratione ignea, non nubes exurgunt turbine piceo. & impetum & colorem non sine quadam animi commotione designat. Est enim turbo uentus & tortuosus, & uiolentus, & fortasse respexit turbinis ipsius glomeratione. Ad hæc piceus color in nubibus terrificus est. duo hæc simul coniunxit, ut rei miraculum augeret. Nec nō flammas, fumos, lucem, tenebras, fauillas simul miscet, & turbinem piceū, et fauillā candentem, quid amplius? globos etiam flammarum attollit. & t q̄ satis hoc nō uideretur lambit etiam sidera, ut quo ultra prodiret non haberet. Non possum primo loco non magnopere Gellium admirari, uel potius ridere, qui Virgiliū arguat, q̄ dixerit fumantem turbine piceo, & fauilla candente: cū nec fumare soleant, ut ipse dicit, nec atra esse, quæ sunt candentia, nisi si peruulgate dixit & improprie, cādēte pro feruente, non pro ignea & relucenti: q̄ candens est a candore dictum, nō a calore. O bone Gelli, cum noctis istas atticas scriberes, non potuisti non aliq̄n dormitare. ignorabas an parū aīaduertebas, antiqssimū & latinissimū hūc loquendi morem Virgilio etiā familiarissimū? neq; eñ dixit

fumantē cādēte fauilla, sed nubē candente fauilla. ut puella forma adeo uenusta, & magno uir ingenio. & qd' in loco maxime simili legitur. Ipse quirinali lituo, paruaq; sedebat Succictus trabea. atq; ut ibi nō succinctus Quirinali lituo, sed succinctus parua trabea. Quirinalemq; tenens seu gestans lituum, sic neq; hic nubē fumantē fauilla cādente, sed fumantem turbine piceo, & emittentē seu spargentē atq; efflantē simul candentem fauillā Expressit aūt qd' fieri saepissime in aere uidemus, ut e nigerrimis nubibus post tonitrum, erūpāt fulgura & coruscatiōes, uideatq; interdū coelū dehiscere. flāmasq; euomere. Dici nō potest, q̄ sibi undiq; in eorū quae fiūt in aere, similitudine constet. Solebat irridere Antonius, q Virgiliū diceret uoluisse mōtis aetnae flagrātiā ad pindari imitationem exequi: eosq; censebat & caecutire et delirare, nec Fauorinū, s; Fabarinū naso suspēdere cū nemo tā auersi aut ꝑui ēēt īgenij q nō palā uideret Virgiliū se totū a pindarica enarratiōe auertisse, ut nec, uerbis, nec trāslatiōe qua ille utit̄, ꝑte aliqua similis ēē uellet. Etenī Pindarus ad fontiū, fluminū, fluctuū similitudinē, rē oēm exequitur: amnes in incēdij enarratiōe imitatus. At noster nulla hmōi similitudine usus, rebus ipsis inhaerēs, & q̄ potest, & Aeneae narrātis dignitas patit̄, uerbis explicās, ab ipo igne & a nubibus, & ab ijs quae in aere fiūt, nō recedit Et Pindarus quidē solū fluxū, & scaturiginē habet: quā in aquis imitetur. Virgilius omnia ꝑ materia, proq; suscepta explicatione a rebus ipsis nō aliunde sibi dicenda, atq; ostēdenda assumit. Videriq; Virgilius pōt, parū hac in ꝑte Pindarū ꝓbauisse, qui dū se totū ad amnes, ad fluctus, ad scaturiginē uertit, eructationem ipsam quaeq; inter erūpendū eructandumq; cōtingerent inexꝑsse leuiterq; attigerit: nec monstrum illud suum, tum auditu tum uisu mirabile plene absoluerit. Referam Pindari uerba a Gellio ipso con-

uersa. Sane eructantur inaccessi ignis purissimi ex imis fontes. Flumina uero interdiu quidem inundant fluctū feruentem fumi. At per noctes punica proglomerata flamma ad profundū pōti, fert solum: cum strepitu illa uulcani fluēta serpentia emittit sæuissima: monstrum profecto tū uisu tum auditu mirabile. At Virgilius & aures & oculos, animū admiratione implet, cū mōtem tonare ait, & e terræ penetralibus atras nubes prorumpere fumare piceum turbinem, uolitare candentem fauillam, attolli globos flammarū quid amplius? lambere etiam sidera, & tamen a rei natura non recedit: siquidem eructatio illa talis est, præterꝗ ꝙ sidera non lambit. Sed hæc exuperantia poetarum est propria, & haud scio an alibi magisq; hic deceat. Ac tanquā minora hæc quæ dicta sunt essent: quippe quæ frequenter cōtingāt, ea subdit quæ ut maiora, & rarius contingerent, & longe mōstrosiora essent. Itaq; & scopulos erigit, & auulsa montis uiscera crutat, & saxa sub auras glomerat, & quidem liquefacta, & cum gemitu. Ac ne quid quod mouere admiratione posset prætermitteret, quid ultimo loco pōit? fundoq; exæstuat imo: quod cū oculis exponere nō posset, animis existimendum permisit. Quid hoc Virgiliano monstro absolutius? & tamen docet glomeratus eos fieri nō posse nisi uēto igneq; intus æstuante. Ac Pindaro quidē dare potest ueniā lyricum carmen. At Virgilio implenda erat tuba illa heroica, & magno personandum ore: neq; ut illi succinendum: qui a lyra sua nō ita longe recessit. Quocirca noster heros tubā sic implet ut mōstrum pindaricū, per tonitrū, ruinas, turbinem, picem, candentē fauillā, erectos scopulos, auulsa uiscera, saxa liquefacta, sub auras ad sidera usq; intonet: & aures, oculos, animos, admiratione simul atq; horrore compleat. Tonat ætna ruinis. cæpit Virgilius a tonitru, in quo Pindarus obmutescit. post etiam, tempus nullum secernit, tum ut rem

Exuperantia

tum ut rem admirabiliorē faceret, tū ut qualis res ipsa esset exprimeret: neq; enim noctu solū flammarū illi globi cernūtur, sed etiā interdiu, quotiens & aer est nubilus, & cacumen mōtis exhalatis incēdij fumigatiōibus caligat: atq; offunditur. An nō die medio, cum cœlū maxime nubilū est, uidentur coruscationes & medijs e nubibus ignes emissi? qđ poeta noster sentiēs, nō ante dixit candēte fauilla, q̄ praemisit turbine piceo, ne a rerū natura recederet. Ad haec nō nisi post multos annos cōtingit amnes illos Pindaricos fluere: cum Virgiliana tonitrua, fragoresq; & fumi picei, & prorumpētes in cœlū nubes, fauillaeq; frequētiores contingāt, praesertim flāte aut impendēte austro. Ac nihilominus post liq̄scere saxa: & auelli mōtis uiscera ostēdit: adeo nihil prorsus omittit. Videturq; noster Maro rem ipsam & loci situm contemplatus, siquidem cacumē mōtis qua tanta fumigatio emittitur, hiatum habet profundissimū ac late amplu;, quē dixerūt craterem. hodie plaeriq; os uocāt, exesis undiq; atq; exustis rupibus. Quocirca non uti e fontibus fluere ignes possunt, sed materia ipsa uiuentorū incēsa, & diutius intra cauernas exagitata, tandem euomitur, magnoq; in aerē impetu effertur: post in partē qua uētus inclinat decidēs, igne liquefacta defluere incipit. Vnde alibi ut rei huius peritus dixerat. Vidimus undātem ruptis fornacibus Aetnam, Flāmarumq; globos, liquefactaq; uoluere saxa. Et hic uere ac naturaliter dicit. Interdum scopulos, auulsaq; uiscera montis, Erigit eructās: liquefactaq; saxa sub auras, Cū gemitu glomerat. Prudētissime omnia. nā interdū, quia non semper et cum gemitu, quia tanta ebullitio & pugna illa intra cauernas, uentorumq; ac cōcepti ignis uiolentus ac praeceps exitus, absq; ingenti fragore fieri neq̄t. & erigit eructans, quia ruptis caminis effractisq; (ut ita dixeri) claustris, igne uento, uaporibus, quaecūq; obuiā facta sunt, in altū tollūtur

Et cum dicit glomerat, ostendit pugnam confligētium corporum: & cum dicit uiscera & liquefacta & auulsa, designat tum ingentissimam uim uentorum, tum ꝙ ignis excoquere ac liquefacere lapides: tum ꝙ materia ipsa monte continetur: atq; illic generatur. Dicet aliquis. at fluere liquescentem illam materiam mare uersus, omisit. Primū nec mare uersus semder fluit, nam & sæpenumero in mediterranea clabitur: deinde ꝙ cum dixisset sub auras glomerat, uisum est poetæ tam defecati iudicij, quodcunq; adderet: minus esse. & ꝑfecto minus mirum est fluere decidentem illā liquefactamq; materiam, ꝙ̄ ex imis terræ uisceribus ad auras maiore ꝙ̄ exprimi possit impetu ferri. Itaq; hoc omisso, immo despecto ac repudiato, concludit, fundoque exæstuat imo relinquens in audientium animis quæ non cernerētur cum admiratione cogitanda: atq; qui intus æstus: quæ ruinæ: quanta etiam certamina ex ijs quæ oculis obijcerent̄ existimanda. Quinetiam ad fabulosum cōmentū ut mirificū, ut ad deos relatum trāsit, adeo nihil quod audientium animos admiratione impleat prætermittit. Fama est enceladi semiustum fulmine corpus urgeri mole hac: ingentemq; insuper ætnam Impositā ruptis flammā expirare caminis. Et fessum quotiens motet latus intremere omnem Murmure trinacriā, & cœlum subtexre fumo. Quamobrem pindarū nō solum imitādū a se Virgilius nō iudicauit, sed ab illo sic recessit, ut nō uerba, nō rei faciem, nō ullā sit pindaricæ descriptionis adumbrationē secutus. Nūc ostēdat nobis Fauorinus iste tam enucleati iudicij: tamq; teneri auditus philosophus, ut opimā & pinguem pindari (ut ipē cū Gellio fortasse non recte sentiebat) facundiā prætereamus, ostēdat in quā ubi nā Virgiliana insolentia? ubi tumor? mihi ꝗdē cū duobus maxime modis concipiatur tumor, re, idest sententijs atq; oratione, ubi sunt uerba ista tumentia, ubi res insolentiā pariētes? At dixit tonat ætna, quia tonat aer: & nu

bium conflictus tonitrũ facit. prũpit ad aethera nubẽ atrã. nihil hic insolẽs, nihil tumidũ, nã prũpo uerbũ sic uiolẽtũ est ut eoẽt historici utãtur. & nubes atra, ut nox atra. turbine piceo. an quo uerbo uel impetũ uel colorẽ expressius potuisset efferre? cũ e pice dẽsissimus idest nigerrimus halet fumus: & turbo cũ impetuosus, tum ẽt tortuosus atq; glomerosus sit. & fauillae flammaeq; seu coruscationes e nigerrimis nubibus erũpere sic soleãt, ut candere uideantur, nihil a natura recedit: & uerba rebus accommodat. nõ dicet poeta globos, cũ idẽ uerbũ ab historicis non reformidetur? non dicet lambere sidera? atqui honestiori uerbo uti nõ potuisset, ut leuem ac fluitãtẽ ignis (ut ita loquar) atractum significaret. nec cũ dixit candẽte fauilla, pindari uerba fluxum fumi calidi significãtia, nec cũ globos flãmarũ ignis fluenta, crasse duriter atq; improprie interpretatus ẽ. hoc est ροον καπνου πυρος και κρουνους quippe qui, ne interptatus qdẽ sit, cũ illũ non mõ imitari nollet, uerũ etiã hac in parte nõ pbaret, ppter eas quas attulimus ratiões, uelletq; rem ipsam, ut admirabilẽ, ut horroris plenã uerbis suis añ oculos ponere, animisq; infigere, ac tubae suae canorẽ tenere. Nec cũ dixit scopulos, & uiscera auulsa, & liquefacta saxa, & lãbit sidera, & exaestuat imo fundo, uerba & strepitũ uerborũ cõquirit. rẽ inquã, ipãm inquam rẽ, suis atq; heroicis uerbis enarrat. Ad haec q nõ semper ignis fluãt amnes, interdũ hoc fieri dixit: atq; ubi fit, non diffluere e cratere illo pinde ac e fonte aut e fornace massae illius riuos, sed iactari in sublime materiã per frusta, p saxa, per scopulos, quae post in terrã deciderct, & in fecis ac liquescẽtis spumae modũ coacta flueret. Quocirca bõe fautorine ad philosophiã tuam redi, de sylogismo, deq; bonorũ finibus tantum sententiam laturus, quando nec mihi satis magnus physicus uideris, qui mõtis aetnae naturã igno

res: ac poetarum figuras, lineamentaq́; , & quid carmini conueniat, quid materiã susceptam deceat: qua ratione humilis res tollatur, qua elata prematur, iudicandũ pensitandũq́; poetis ipsis relinque. Vidimus in ænaria insula factũ, quod Virgilius de ætna scribit, cum e quadam eius parte ignis erupisset centum ante annis, aut paulo amplius. Nã & ad mare & sparsim per agros, præter fluxũ illũ magna mole lapides iacent: & in ipso littore, & paulum etiã intra mare grãdes emin&etilde; scopuli adeo excocti exustiq́;, ut hodie quoq; appareat spumosa illa liquefactio: quinetiã pindarica fluenta lapidum sunt in spumam solutorum, non materiæ continuæ liquescentisq́;, quale liquefactum fluere æs solet. Cur aũt præter naturam cuiq́; uideatur ab incluso sub ætna igne torqueri lapides cũ uideamus æneis e tormentis quæ bombardæ dicuntur tanto impetu pilas torqueri lapideas? turbinesq́; illos piceos glomerari? tanto etiã fragore ut ad sexaginta passuũ millia exaudiantur. hoc qđ in Aenaria factũ diximus: legimus scriptum in monum&etilde;tis Caroli Neapolitanorũ Regis quo incendio etiã castellũ haustũ est. Am. Quanquam ænariæ exemplo potes esse contentus, tñ & Vesuuij mõtis ruina & ager squalore obsitus ad sextũ ab Neapoli lapidẽ hoc ipsum quod de liquefactis igne saxis, a Virgilio tradit̃, docere abunde põt: est eñ passim uidere hic exustorũ lapidũ erectos cumulos, illic excussa summo e mõte miræ magnitudinis saxa ipune sparsa: alibi profluctis riui lapidosos decursus, nec uno ĩ loco saxorũ strues simul cõgestas, ut facile appareat materiã illã omnẽ e lapide cõstare, eiectã ui uaporũ atq; igniũ, lõginsq́; agglomeratã: quæ uidere cuiuis in prõptu est. Sed redeas ad qđ Elisi cœperas, et Macrobiũ aduersus Aeneam a latinis moti belli causas tanq̃ leues ac pueriles rid&etilde;tem, ut rudem & grãmaticorũ omniũ importunissimũ ferula sua feri, atq; intra

cancellos grammaticæ redire coge:audētem se quoq; uiris cōferre. Eli. Recte mones. Hunc hoīem antonius cū nebulonē aliqñ obiurgari sensisset, nimis parce inquit. præsumptonem potius, qñ nemo unquā plura sibi præsumpsit aut permisit. Quæso Macrobi poetarum iudex tam sobrie, quæso inquā quæ inter latinos Troianosq; belli causa excogitari accommodatior poterat? nam nec latini per id tēpus mercaturam nauibus exercebant: nec Aeneas piraticam: ut per causam prædocinij excitari bellum potuisset. nullæ antecedebant inimicitiæ: & Aeneas eo consilio in latinum littus descensionem fecerat, ut in terra fato debita sedes profugis statueret, itaq; non belli sed amicitiæ potius causas quærebat, ut qui cōciliare sibi finitimorum animos studeret, missis etiā oratoribus cū muneribus. Vidit acutissimus author fortuitam causam quam lippus cæcutiensq; grammaticus quomodo uideret? Moris est classicariorum militum (ne piratarum tantum putes) sæpius in continentem descendere, carnis ut ipsi dicunt faciendæ gratia: nec solum ex hostico, sed ubi maior cogit inopia etiam ex pacato, pecora abigere. quā ob causam ut quottidie uidemus inter socios amicosq; indigne multa committuntur. Hanc occasionē & quidē fortuitam (cū Aeneas nihil minus q̄ bellum quæreret) nactus Virgilius, non armentalē aut aratorium bouē, sed regij uillici ceruū atq; in delicijs habitū, & agrestibus notū uulnerat, quo facilius multitudo cogniti Cicuris gratia ad tumultum concurreret, Troianosq; non tantū ut abactores, sed qui regias res uiolare ausi essent, armis ulciscerentur: atq; e finibus pellerent: quos ægerrime ferrent illic consídere? perindeq; ut exterā: atq; ignotā gētē odio persequerēt. Quæ oportunior excogitari occasio potuit, muliere præsertim agrestes excitante? quæ uim passa uideri posset, cū etiā Iunonē belli causas quærentē introduxisset. Atq; hæc q̄dē

tanq; scintilla furtim elapsa, quæ paulatim serpens, mox uẽto exorto illapsa stipulis, agros, siluas, obuia simul cũcta deflagrat. Quid aliud? tanq; duos e diuerso mũdi cardine spiritus, qui accensum ignem excitent, exuscitat: alteram e cælo delapsam deam, Iunonem scilicet: alterã furiarum maximam, herebo excitam, cogentem buccina populos: & duces uocantem in bella. proq; stipula subijcitur amata, mulier, mater, regina: importuna quidem mulier: mater indulgentissima: regina fœminarũ choros solicitãs: ad hæc latinus senio confectus, ac uix sui iuris. Incensa igitur stipula agri siluæq; exurũtur Tela nouãt atina: uomeres in enses excoquũtur: scribuntur exercitus: leguntur duces, primusq; Mezẽtius bellum sic init, ut ne mulieres qdem arma detractent. Videtis e parua fortuitaq; fauilla, quantũ incendiũ accẽderit? ut subrigãtur quidem legentiũ animi: quotiẽs crines illi anguinei subriguntur. quid hoc artificiosius? quid magis sepositum, atq; a uulgo abductũ? Cognouit ammirabilissimã excogitatissimãq; inuentionẽ Iuuenalis, cũ dixit. Caderent omnes a crinibus hydri: Surda nihil gemeret graue buccina. quam si dijs placet, cognoscet Macrobius sordidæ locutionis, ne dicã orationis grãmaticus. Quid tu peregrine homo de maximi poetæ admirabili artificio nobilissimisq; inuẽtis te iudicẽ statuis? qui ne latine quidẽ loqui scias. Maluissem inquis Maronem & in hac pte apud auctorẽ suum, uel apud quemlibet Græcorũ aliũ quod sequeretẽ habuisset. Scilicet nõ uis fingere Virgiliũ, non uis optimũ artificem arte sua uti artificiose? at ego maluissem te cũ latine loqui uis, Ciceronem aut quẽ aliũ e doctissimis in loquendo sequi. An tu apud Ciceronẽ, Salustiũ, Cæsarem inuenisti, in diggeriem concoquere: in memoriam atq; in ingeniũ ire: in incremẽtũ succrescere, tale præsens hoc opus uolo: natiua Romani oris elegãtia: noscendorum congeriem polliceri, et mille his etiã

absurdiora magisq; barbara, quibus tu ineptissime (cū sis ipse ineptissimus) uteris? Atqui audacissime grāmatice, cum fateris te sub alio ortū cœlo a linguæ latinæ uena non adiuuari, cur de maximo, deq; alieno poeta tanq̄ prætor iudicas? Vnum tamē dare tibi ueniā potest, q̄ cōuiua, q̄ satur, q̄ inter rorantia pocula, q̄ in Saturnalibus hæc pferebas. O bellissimum hominem, q̄ cōuiuā iudicē, qui mensam p̄torių statuas. Sed ad imitationē quā in Marone desideras redeamus Ciceronem si legisses, non solū latine loqui, sed recte quoq; de scriptorū ingenijs, deq; scriptis ipsis sententiā ferre didicisses. Ait et orator et philosophus emunctissimus, nostros aut melius inuenisse, aut inuenta a Græcis fecisse meliora. Quod si poetæ cuiusq; fuit inuenta ab illis meliora facere, hæc mihi laus Virgilij propria uidetur. Sed neq; melius inuenerint nostri, neq; fecerint aliorū inuēta meliora, non tñ cæcutientis grāmatici sententiæ standum est. Quonā auctore usus est Homerus in fingendis tot mōstris? quem imitatus est Orpheus in commētis adeo fabulosis? quē secutus est qui primus finxit Castorem Pollucemq; ortos ouo? qui primus commentus est Plutonem in inferno regnare: hydram septicipitem esse? natos e serpentum dentibus armis instructos homines? Deniq; ab quo accepit Homerus auctore, arma uulcano achilli fabricata? uulneratam a Diomede uenerem? perlatum utribus Vlissem? & mille talia? Atqui poetarum hæc non modo licentia, sed pene ars est. Quin etiam ab alijs enarratas fabulas in aliam atq; aliam formam conuertere permittitur: ne dum fingere nouas liceat. Sed ueniamus ad alium locum, uideamusq; q̄ intēpestiuus canis huius latratus sit. Parua metu primo mox se se attollit in auras. Ingrediturq; solo, & caput intra nubila cōdit. Homerus inquit cōtētionē a paruo dixit incipe: postea ad cœlū usq; succrescere. Hoc idē Maro de fama, sed in-

congrue: neque enim æqua sunt famæ contentionisque argumenta, quod contentio etsi ad mutuas usque uastationes ac bella processerit, adhuc cõtentio est, & manet ipsa quæ creuit. Fama uero cũ in immensum prodijt, fama esse iam desinit, & fit notio rei iã cognitæ. quis enim iam famã uocet, cũ res aliqua a terra in cœlũ nota sit? deinde neque ipsam hyperbolẽ potuit æquare. ille cœlũ dixit, hic auras & nubila. Atque ut ab ultimo incipiamus, nesciebas puto grãmatice uersus facere, qui non uideris tribus tñ syllabis potuisse hyperbolen æquare Et caput intra sidera condit dicere: o crassum & supinum ingenium. atqui noluit Virgilius intra sidera dicere: nã cũ intelligeret famã, plura sæpe quæ certa non essent diuulgare, ac uera falsis miscere, & facta atque infecta nũciare, caput eius cõdit intra nubila cũ cæterum corpus uideri dicat. Itaque & magnitudinem eius ostendit, cum attollit eam in auras: et uersari inter hoĩes docet, cũ ingredi eã solo facit, & quod multa secũ ferret quæ non statim cernerentur, uera ne an falsa essent, intra nubila caput abscondit: etenim cũ oculis nostris offusa nubes est, ueras cernere rerum species nequimus. Vnde ipse alibi, nubem quæ mortales hebetaret sensus caligaretque oculos circũeripit. Agnoscitis singularem Maronis prudentiã, grãmaticis non mõ nõ perspectam, sed ne quidẽ nisi maximis poetis perspectabilem. Non sunt inquit æqua famæ cõtentionisque argumenta. Detur ignorantiæ hominis non esse paria. Sed tu mihi uideris bone Macrobi fama quid sit non intelligere, qui dicas eam postquam in immẽsum prodijt famã esse desinere: ac rei cognitæ notionẽ esse. quod si sit, passim Liuiũ, Salustiũ, Ciceronem, & rerũ scriptores alios errare inueniemus: nec permissum nobis erit dicere fama prælij ad cannas facti adhuc manet. rerũ a populo Romano gestarũ fama perpetua erit. nec Atheniensiũ res gestæ minores aliqñ fuere quam fama feruntur. nec famæ

cõsulendũ est. Atqui scriptores famæ potissimũ student. Et Cæsar Alexanderq; plura famæ gratia fecisse uident. nec temere Alexander dicebat fama bella cõstare. Aliud est igitur fama, q̃ ꝙ tu grãmatice putas: nec fama esse desinit, cũ in imẽsu; creuit: efficiturq; rei cognitæ notio ut tu ipse garris: nã & Ciceronẽ cõsulẽ plane fuisse scimus: tñ famã consulatus eius dicimus magnã adhuc esse: & Annibalem in Africa superatũ fuisse a Scipione notissimũ est: tñ famã uictoriæ eius extare dicimus. Cæsarẽ maximas res gessisse, ẽt mulierculis cognitũ est. nũ propterea minus dicimus, rerũ a Põpeio q̃ a Cæsare gestarũ famã maiorẽ esse? aut Alexandri famam nulla posse uetustate oblitterari. Licet eius facta sint cognitissima. Et ꝙ ab occasu solis ad ortum usq; Herculis labores cogniti sint, famã propterea laborũ Herculis dicere non licebit? Desine igitur oblatrare catelle: & fama qd sit, quot ẽt dicat̃ modis disce, nã & uetustissimarũ rerũ celebritas fama dicitur: & quæ nunc a Turcarũ gerunt̃ rege, fama per orbẽ terrarũ ferũtur. Et Theodorus græcus qui diem nuper obijt, magnã ingenij sui famã posteris reliquit. & qui nunc scribundis annalibus dãt operã, famæ suæ, illorumq; de qbus scribunt consulunt, & fama est gentes quasdã uagãtes atq; incertis sedibus uitã agere: & nescio cur pecuniæ magis q̃ famæ seruiendum sit: ac si qbus alijs modis fama inter loquendũ scribendumq; usu uenit. Damnat̃ etiam Virgilius ab oculatissimo hoc exploratore, ꝙ immodice sit usus exemplo illo Homerico de Diomedis armis. nã & de Turno ait, Tremunt in uertice cristæ Sanguineæ clypeoq; micantia fulmina mittit, & alibi de Aenea. Ardet apex capiti, cristisq; ac uertice flamma Funditur, et uastos umbo uomit aureus ignes. Hoc inquit importune positum est, ꝙ neq; tum pugnaret Aeneas, sed tantum in naui ueniens apparebat. immo magis oportune non potuisset, siqui

dem apex ille ardere uisus, & Troianis obsidione laborãtibus, ac tantum non expugnatis castris, magnos addidit animos: unde uiso clypeo clamorem tollũt ad sidera: spesq; addita iras suscitat: iaciuntq; manu tela: & ausonijs ducibus nedum militibus is metus iniectus, ut soli Turno fiducia nõ cesserit. Quinetiam Aeneas ipse ut qui sentiret quãtum armis illis opis, quantum opinionis atq; expectatiõis inesset, celsa stans in puppi, sinistra clypeum extulisse inducitur cum primum in suorum atq; hostium conspectum uenit. Itaq; non potuit magis oportunum tempus seruari, cum suorum res tam in angusto, hostium tantus esset successus. & profecto armis illis cœlo missis, nec tẽpore magis necessario sese instruere Aeneas potuit: cum de summa rerum contendendũ esset, & primus illorũ aspectus necesse erat ut uim diuinitus insitam, & troianis & rutulis cum spe, metu, horrore, fiducia, atq; admiratiõe pseferret. Damnatur etiã ꝙ importune allatis recens armis, Aeneas miratur Terribilem cristis galeam flammasq; uomentem. An nõ diuinum illud opus mirabitur? & cum illa manu tractaret, uersaretq; inter brachia, nõ cõciperet magnã spem, præsertim in rebus tã asperis? nõ animos inde sumeret, uidẽs quãtũ terrorem galea illa terribilis incussura esset hosti? quæ tũ ipsi quoq; flammas uomere uideret. Quomodo igitur expleri lætitia nõ potuisset, nisi iã animaduertisset quãtus illorum usus aduersus hostem futurus esset in prælijs, quæ etiã tum sub quercu posita (neq; enim temere sub quercu posita dicit cũ corona querna ciuium liberatores donarentur) terribilia apparerent. Quocirca ut dictum est, cum primum in hostium conspectũ uenit, illa statim extulit. Videtis ꝙ sibi Virgilius constet? qui nihil inaniter dicat, & singula exactissime psitet? parũ hoc uisum est. cõdẽnãt etiã ꝙ de Turno dixit, Cui triplici crinita iuba galea alta chimeram

Sustinet, ætneos efflantem faucibus ignes Tam magis illa fremens & tristibus effera flãmis, Quã magis effuso cru descunt sanguine pugnæ. Turnum hostium ducem ad bellũ missurus, sane illũ qui tot malis Troianos socios q; affectu rus esset, qui bellũ tantis animis suscepisset: qui morte sua Aeneã esset nobilitaturus, nõ una e parte artificiosissimus poeta commendat, Ipse inter primos præstanti corpore Tur nus. Vertitur arma tenens, & toto uertice supra est. Facit enim uersari inter primos, qua e re ad singulare animi ro bur, corporis quoq; uires adiungit. & cũ dicit, uertitur ar ma tenens, corporis dexteritatem sub armis, atq; animi ui gorem significat. & cum adiũgit toto corpore supra est, cor poris proceritate suis admirabilem hostibus formidolosum apparere facit. Ad has corporis atq; animi dotes addit ar morum horrorem, ex triplici iuba atq; e monstro flammas efflãte, quipe cũ quæ chimera aspectu ipso ante pugnã ter rifica esset fictoris artificio, ubi ad manus uentum esset, tũ ea maxime & uoce fremeret, & flammas euomeret: ut de gemitu atq; efflatu, campi sanguine cæsorum natarent: atq; ut nihil desit: post leuem atq; extersum clypeum: siqui dem qui de re militari scribunt ad præstringendos aduer sarij oculos armorum in primis fulgorem commendãt, post altam galeam & ignes efflantem chimeram, addit nim bum peditum, & totis castris agmina clypeata densat. An est quod aliud desiderari in extollendis aduersarij siue ab insitis a natura corporis atq; animi uiribus, siue ab exter nis possit rebus? Num igitur importune galea alta chime ram sustinet, præsertim post tot enumeratos armisq; deco ratos duces? Atqui hoc quidem non tanti faciẽdum uidea tur accusari aut potius damnari a grãmatico eximium poe tam, neq; enim indus elephas curat culicem. Illud me uehe menter mouet ꝙ uideo doctos quosdam uiros, dum gram

maticis nimis tribuunt,& ipsos delirio eodem uexari,tum in ijs locis quos posuimus,tum quod existimant parũ prudenter a Virgilio inductũ Iouem in primo, quarto,& nono uolumine,qui loqueretur sine tumultu,& absq; mundi obsequio:post uero,eo dicente deum domus alta quiescit.Et tremefacta solo tellus:silet arduus æther.Tum zephiri posuere,pmit placida æquora põtus:ac si nõ idẽ eẽt quod añ locutus fuerat. Immo idẽ erat,s; nec añ Venus Iunoq; ad cõtẽtiões; & iurgia Ioue corã pruperãt:qua e re uario assẽsu ob factionis studiũ cælicolæ fremebãt.Itaq; ut ostẽderet concionantis Iouis ea maiestas fuisse,ut mussitare ultra nullus auderet,oportunissime dicit,summaq; cũ prudentia, quod non solum eo dicente deũ domus silẽtium tenuit, sed orbis totus summi dei supercilium ueritus est.Etenim poeta ex uerbis ipsis uult innuere Iouem supercilium obduxisse,ob dearũ iurgia,& cælicolarum fremitum,ac partiũ studia: ut qui speciem irati præseferret.Vnde quodã cũ supcilio ait. Rex Iuppiter oĩbus idem.Iuratq; p pice torrẽtis ripas: atq; ut dictis pondus adderet,caput mouet,totumq; nutu tremefacit olympũ.Sed nec mihi Iulius hyginus æquior uideri potest,qui Virgiliũ accuset,quod littus uelinũ ex ore Palinuri dixerit,cum Veliam Seruio Tullo regnante conditã fuisse tradat,sexcentesimo post Aeneæ aduentum in Italiã anno aut etiam amplius,ac si poetis permissum non sit quædam etiã ad sua tpa in carmine referre,ut locorũ, ut fluminum nomina,ut armorum genera.Dicat mihi uelim Hyginus,cur nõ etiam accusat Virgiliũ quod Aeneã qui Troianus esset,latine loquẽtẽ inducat? Facessat igitur diligentia tã arcessita,& huiusmodi multa pmittant poetis. In quæ ẽt uolentes incidũt,nõ rerum ignorantia decepti.Idẽ repbendit quod cũ antea dixisset Virgilius Thesеum supas euasisse ad auras,post dicat.Sedet æternumq; sedebit.Atq; These-

us uiuens Herculē ad inferos secutus. Inde Herculis ipsi-us præsidio euasit, ut est in fabulis. Post mortē uero cū anima eius ad inferos delata esset, nunq̄ ad uiuentis rediȷt: sed ꝑpter filium iniuste occisum, sedet illic atq; æternū sedebit. Iniquissimā Hyppoliti mortē infœliciter deplorans. recteq; & ante uiuum rediȷsse ab inferis dit, unde argumē tandi locū Aeneas cœpit, & post inter eos qui mortui essēt enumerat. Neq; enim hæc sibi aduersantur. Errasse etiā dicit in his uersibus. Eruet ille argos, agamennoniasq; myceenas, Ipsumq; æacidē genus armipotētis achilli, Vltus auos troiæ, templa & temerata mineruæ, q̄ & personas cōfūdat et tempora: cum neq; eodē tempore, neq; per eosdē duces cū Acheis Pyrrhoq; pugnatū sit. Siquidē Pyrrhus quē Aeacidem dicit, ex Epiro in Italiam trāsgressus, cū Romanis depugnauit aduersus Curiū belli eius ducē. Argiuum aūt bellum id est Achaicū, multos post annos a. L. Mumio imperatore gestum est: itaq; censet mediū uersum exmi posse, qui quidem de Pyrrho importune immissus esset, quē Virgilius proculdubio fuisset excepturus. Nō possum nō admirari etiā ad risum usq; tum Hyginū, tum Gelliū qui studio quodā repræhendēdi præcipites in maximos errores inciderint, primum q̄ de Pyrrho dictū nō de Persa rege putēt: neq; enim Pyrrhus a populo Romano uictus est: neq; regnū Epirotarum Pyrrho uiuēte captū, atq; in prouinciā redactū est. sed Perses qui a Paulo ductus est ante triūphū, quo capto Macedoniaq; spoliato, Aeacidarū imperium finiūt. De quo etiā Propertius ait. Et Persen proaui stimulātem pectus achilli. Quiq; tuas proauus fregit achille domos. Hoc igitur superato, regnoq; Aeacidarū deleto, populus Romanus uideri potuit, Troiæ ruinas ultus fuisse. Deinde nō animaduertere, induci a Virgilio Anchisen nequaq̄ singulos referentē: qui ab Aenea originē ducturi essent, sed quosdā tantū,

neq; tempus ordinẽue seruari: quippe cum de Cæsare atq; Põpeio, antequã de Fabio Marcello, Scipionibus mẽtionem faciat: satis.n. habebat Anchises: quibusdã nominatis, quibusdã a rebus gerẽdis significatis spe atq; gaudio futuræ stirpis Aeneã iplere. Quare cũ dicit. Ille triũphata capitolia ad alta corynthο, Victor aget currus, cæsis insignis achiuis. Iure potest uideri, Mumium qui Achaichus cognominatus est, quiq; Coryntbum sustulit significare. post uero cũ addat. Eruet ille argos agamẽnoniasq; Micenas, aliũ pfecto significat, & hic quidem Paulus est qui Persen uicit. Regnũq; Aeacidarũ subuertit. quãquã autẽ Paulus neq; Argos euertit neq; Micenas: hoc tamẽ ut Aeneã solet ab Anchisa dicitur, cuius ipsius posteri euersuri essẽt Argos siue Achaicũ, quæ ars uidebaẽ Atheorũ: quorũ princeps aduersus Troianos coniurauerat: siue Thessalicum, quãdo ducũ Thessaliæ uirtus in eo bello plurimũ enituerit: & Micenas Agamẽnonis patriã qui fuit græcorum ac belli dux. Quocirca dũ Virgilium non minus imprudẽter quã impudenter accusant uterq;: & Hyginus sentẽtiæ huius aduersus Maronẽ author, & suffragator eius Aulus ĩ errorem maxima animaduersione dignũ incidere. His tã iniquis calũnijs, cũ indigne ferret Antonius eximiũ poetam affici, ac uenenosis grammaticorũ morsibus laniari. quid mirũ si catellorum persimiles dicebat, si doctos quosdam ut deliros ridebat? poteram etiã multa addere quibus Antonij aduersus grãmaticos iram iustissimis e causis conceptam ostẽderem: sed me ipse continui. quia uidebã in Virgilij laudes prorumpẽdũ esse: quibus explicandis cum sentiam me imparem temperare malui. An. Eadem & me ratio te dicente cohibuit, nequæ a te præteriri uidebam consilio, ea ipse subijcerẽ: quippe cum laudabilior sit Maro, quã ut a me præsertim laudari

satis digne queat. Com. Et apposite quidē atq; accumulate aduersus grāmaticos ex Antonii sententia disputauit Elisius: & Andreas pro moderatione sua quæ sedulo ab Elisio præteriri uidebat, subiicere noluit, nō tā ut mihi persuadeo uiribus diffisus, si in Maronis laudes descendēdum esset, q̄ꝙ locus hic explicādis summi poetæ uirtutibus satis idoneus non est. Verum bone hospes, ut cupiditati tuæ pro uirili satisfacere & ipse studeam, referā quanto paucioribus quidē potero, Antonii sermonē eum, quē aliquādo eodē hoc in loco habuit, de recensendis ducibus qui aut Aeneam, aut Turnum in expeditionem secuti sunt. sentiens condemnari Virgilium: tū ꝙ oppida urbesq;, nō eo quo sitæ sunt ordine referret, tum ꝙ nonnulli pugnantes inducantur, qui non essent in belli apparatu numerati. Cum Homerus eosdē, illos quos retulisset ī cathalogo solos pugnātes dicat, & græciæ oppida locaq; per ordinem referat. dicebat igitur similibus in rebus siue agendis siue scribendis, nō idem semper aut agenti aut scribenti consilium esse. nec eundem ad finē eadem in re ubiq; contendi. Homerum quidem uoluisse in enumerandis auxiliis: Græciæ urbes locaq; describere: ordineq; Græciæ situs Cathalogum exequi. Quippe cum uniuersam Græciam aduersus Troianos coniurasse ostendat. At nostro poetæ consilium non fuisse Italiam describendi: neq; enim omnes Italiæ populi, aut pro Aenea, aut contra Aeneam stetere: q̄n Etruscorum etiam multi belli se medios præbuere. Quinimmo maiore e parte uetustissima oppida et ea maxime quæ e memoria exciderāt cōquirit, ut q̄ restituere illa in lucē uelit. Quodq; historici ēt latini seruāt in enumerādis auxiliis regiōes nō describit, ac satis hēt duces ipsos & loca e quibus auxilia uenerint nominare. Quo enim consilio, aut Italiā aut Eturiam uniuersam describeret, qui

neq; Italiæ neq; Etruriæ totius populos sciret aut pro hac aut pro illa parte arma cœpisse? Iure itaq; contentũ fuisse, illis tantũ populis ac ducibus qui in expeditionem profecti sunt, nominatis. In quibus referendis necesse nõ fuit situs ordinem tenere, cum uniuersæ regionis populi non enumerent, & Mantuã solã e tot trans appenninũ populis nominet, uidelicet ut patriæ assurgeret, atq; ut auis diuitem laudaret, caputq; populis statueret. Affirmabat præterea Virgiliũ imaginẽ quandã secutũ pugnarũ atq; oppugnationũ quæ in rebus in Gallia gestis a Cæsare describuntur: fecisse etiã Ascaniũ nudato capite pugnare: qđ de Cæsare ipso legit: deflexisse quoq; in quibusdã ab Homero de industria ut q Romanæ militiæ disciplinã potius seq uellet: eãq; ob rẽ singulos duces pugnãtes minime inducere: quos nisi cũ necessitas uocauerit obiectare sese periculis, aut manum conserere nõ deceat: quodq; plures inter pugnãdũ nominaret, qui in enumeratione auxiliorum, dicti prius nõ essent, in hoc quoq; a Romanæ historiæ consuetudine non recedere: siquidem Romanorum scriptores rerum nominatis consulibus prætoribusue, aut dictatore atq; equitum magistro, alios in suscipiendis expeditionibus uix nominant. At cum pugnas describunt, & qui in bello desiderati sunt recensent, tunc milites, centuriones, præfectiq; nominatim dicuntur: quorũ in apparãdo exercitu nulla mentio facta est. referunt fortia, tum peditũ, tũ equitum facta, & nauatæ ab infimi etiã ordinis militibus operæ, de quibus nihil antedictum est. Hanc igit fuisse rationem censebat cur Virgilius partim ad Homeri exẽplũ duces quosdã pugnantes induceret: ne ab illo cuius maxime similis esse uellet omnino recederet, partim ad Romanæ militiæ disciplinam, non omnes pugnantes faceret, sed militum potius qui sub illis militarent uirtutem referret: cũ inuidia quædã uideri possit suis.

milites laudibus defraudare. Ad hæc cum de Romanæ militiæ disciplina esset mitti supplemēta, qui a Virgilio post nominantur, perinde ac eum supplementis ad Aeneam Turnumue profectos intelligit: uult. Sic Oximū regem, sic alios quosdam ab eo post nominatos, ac si cū supplementis postq̃ in expeditionem ab imperatoribus itum esset, in castra profecti sint. Plures quoq; cognomines idest eiusdem nominis ab eo referri, q̄ Romanorum plurimi eodem nomine uocarētur, indeq; tot prænomina agnominaq; inuenta esse. Reges quoq; sub imperatoribus militare, & hoc quoq; romanum esse, cum reges multos socios haberent, quos sub imperatoribus consulibusq; pugnasse, satis compertum est: atq; ad hoc ipsum Homero nonnunq̃ relicto uoluisse Virgilium alludere. Illud uero maxime nefandum esse, & quouis animaduertendum supplicio prædicabat q̄ essent nōnulli adeo improbi ut non alia se magis ratione doctos atq; in litteris claros haberi posse persuasum habeant, q̃ si Virgilio detrahant, si in poetarum nostrorum principem dentes acuant. Qui si quando pro rei lociq; natura uariātior, & ut ita dixerim festiuior est, hic Homeri simplicitatē magis probāt, ubi simplicior atq; castigatior, tum copiam illius & ornatū requirunt maiorem, nunc q̄ Homeri ipsius nimius sectator fuerit: nunc q̄ ab illius imitatione longius recesserit, accusant. alias non probant tantum antiquitatis studium: alias quædam sine ullo exemplo protulisse damnāt. interdum supercilium eius interdum iucunditatem insectantur. Deniq; esse inuentos qui dicerent scripta eius mera furta esse: qui censerent Ennium q̃q̃ rudem & inconditum ei anteponēdum: qui nullo demum ingenio, nulla inuentione fuisse nugarentur. Hoc loco rei indignitate cōmotum exclamare Antonium memini. Inprobos, facinorosos detestabiles eos dicētem, Iouemq; ausos detrudere. Quippe qui romanæ poeti

cæ principem & quasi deum quendam suo e regno, suo e solio pellere, ac deturbare conarentur. Sed nec meliore usum fortuna, patrem ipm poeticæ omnis Homerũ querebatur: laceratũ, uexatũ, discerptũ ēt ab ignorantissimis fuisse: hocq; de posteris meritum quibus lumen accendisset retulisse, ut etiam grammaticorum cæcutienti ignorantiæ obnoxiæ fuerit. Censebat igitur duos hos in duabus nobilissimis linguis græca Romanaq; summum iure principatum tenere: & alterum græcæ, alterum Romanæ poeticæ regem esse: horum dicta inuentaq; locum, uim, auctoritatemq; legum habere. Hos uenerandos, hos patres patriæ publicis priuatisq; honoribus prosequẽdos. His ubiq; atq; omnibus assurgendum. Qui contra sentirent, rebellium atq; hostiũ in numero habendos esse, atq; uti subiectis populis popularibusq; nullum ius, nulla iurisdictio esset in regibus, quorũ præscriptis, imperijs, decretisq; ab illis pareretur, sic a litteratis oibus, quæ duo hi reges decernant, ijs ubiq; parendum esse. Qui aliter sentiret, cõtraue auderet, aqua & igni interdicendũ, atq; in loca deserta exterminãdum, ferisue obijciẽdũ statuebat. Hæc Siculę hospes dicere Antoniũ in Virgilij causa memini: quæ tibi propterea referẽda duxi, ut qđ eius iudiciũ, quæ etiã doctrina fuerit, ꝑspicere hinc possis: relaturus etiam quæ aliquando in defendendo Cicerone copiose, acute, magnificeq; disseruit, ni Herricum hunc dicere nescio quid uelle animaduerterẽ. Her. Dij boni, uideo ne ego Antonianum sapientẽ? est ne ille Iuratius Suppatius. Certe ipse est. O diẽ iucũdissimũ. ꝑ ego Ciceronẽ, perq; diuinã Ciceronis eloquentiã oro, obtestorq; uti ualere aliquãtulũ iussis grãmaticis, Antonianũ sapientẽ de sapientia disserentẽ, placide audiatis. nihil est mihi credite homine hoc urbanius. Videbitis quod loquẽdi principiũ adueniẽs dabit.

Suppatius. Herricus.

Et ſapere uos & corde uti q̃cordatiſſime iubeo. Herri.
At nos ualentiſſimi capitis hominem, oppido ualentem ad-
ueniſſe gaudemus. Sup. Eſt ne hic Pudericus meus? O deſi
deratiſſimum mihi amicum. ut cordate. Her. Satis quidem
cum corde recte, cum capite tamen parum ſane: de abſceſſu
enim uix utor oculis: amiciſſimum tamē ac ſapientiſſimū ho
minem libentiſſime & uideo & alloquor. Sup. Cui cū cor-
de bene eſt huic ualitudo niſi ſecunda eſſe non poteſt. Her.
Vnde bone? Sup. A ſapientibus quæritandis. Fui Senæ ſtu [De Sena]
diorum fama ductus, ibi mirificum hoc uidi, in maximo po-
pulo, in urbe quā ipſi ueterem agnominant, uix unum atq
alterum ſenē eſſe: qui aūt rempublicam adminiſtrarent, ple
roſq adoleſcētulos eſſe, adeo uetus Sena uix quicꝗ habet
quod ſenile dicas. Fui Piſis, urbe tum antiqua tum græca [De pisis]
ut uolūt: ibi ſenes plurimos, oēs quidem corio, cordi deditū
eſſe neminē: quem enim cordatum apud eos inuenies qui do
meſticas ob ſeditiões ciuiliaq; odia tantā tam breui rempu-
blicam amiſere? Hinc Lucam conceſſi, quorum hominū deū [De luca]
cum tam craſſo capite animaduertiſſem, coniecturam cœpi,
nihil niſi craſſe ſapere Lucenſem populum poſſe. Pratum in [De prato]
de profectus, quo mortales multi conuenerant (feſtus enim
dies erat) ciues, incolas, aduenas, ita in cingulum illud di-
uæ matris intentos uidi cunctos, uti confeſtim inde abie-
rim. quæ enim ſcabies ſuperſtitiōe ſcabioſior? Veni poſt Flo
rentiam, in qua ꝙ mulieres formæ nimium ſtuderent, quoſ-
dam ab iis aliquanto alieniores animaduerti. Vna mihi ciui
tatis eius mirū in modū diſciplina placuit, ꝙ ſingulis in do
mibus ſingulas ſtateras uidebā appēnſas: eos aūt qui magi
ſtratus gererēt, duplici etiā ſtatera uti, altera eīm ciuitatis,
altera Italiæ res expēdūt. Hinc Bononiā cū ueniſſem uiuū [De bononia]

illic sapiętem inueni neminem. Mortuos uero multos: eosq; in cathenis habitos. Galliæ citerioris urbes uidi tm̄, quæ ꝙ tyrannis seruirent, quomodo sapiētē in illis quærerem? Tamen aiaduerti pullulare aliqn̄ apud eas sapientiam cœpisse. Consuesse em̄ tyrannos a popularibus occidi, libertatem uero retinere diutius ciues nescire. Volui uidere Genuam: quam ubi uidi, dij boni beluam illam multorū capitū uidi. Annus ipse neq; tā uarius, neq; adeo mutabilis ꝙ Genuēsium ciuiū sunt ingenia. Vnde sedā nauigatione usus, atq; in Telamonis portū delatus aiaduerti tertiū quoddam illic hominum genus esse physicis ipsis ignotum. Nam cum hominum alij uiui, alij mortui dicantur, qui Telamone agūt, eos nec uiuis nec mortuis ānumerādos censeo. Fugi statim laruarū gregē, ac Zephiro spirāte Romā deuectus, ibi biduum egi tum monumētis ueterū cognoscēdis, tum sacris perscrutandis. Tertio die, dū sapientē quæro, uenio ad Floram, præter Popinones, Lænones, Ganeones, uix illic uideo alios. Venio ad pontem, oīa inuenio plena feneratorū. eo lateranum soli ibi coqui: solæ tabernæ meritoriæ. perrecto diuersa urbis loca, regiones, angiportus, compita, greges, cuiusq; modi generis hoīm, incōpositi passim obuiam fiunt: oēs ut mihi uidebantur uentri dediti. Dū sic per urbē uagor, duo maxime periculosa cōtingere: nā & meretricū manus uix euasi, pallio etiam timens: & sacerdotū mulabus pene subtritus sum, quorū uitā, mores, instituta dū nouisse curo, inuenio ex his non paucos, quos reliquis mortalibus ad omnē uitæ partē optime agēdam exemplum iure statuas, quosdā tamen quos uere dicas nihil nisi uoluptatem quærere, eamq; solam sequi. Captus itaq; fama unius atq; alterius sacerdotis, dum eos quærito, factus est mihi obuiam litterator, qui me pugnis male habuit: cum inter loquendum excidisset ut dicerem, ocio illic marcescere hoīes ꝙ huiusmodi uerba splē

desco, tabesco, liquesco, casum illum respuant: ac dum Ciceronem testē adduco: nihil est qđ non splendescat oratione: dum Virgiliū, cera liquescit uno eodēq; igni, & molli paulatim flauescet cāpus arista: dum columellam, multa sunt ut dixi: quæ negligētia exolescant. Dum etiam Pliniū igne spissatur, humore feruescit, ille in iram ac iurgia prūpēs, miseris me modis habuit. Ego satis habui incolumi pallio inde me proripere. Itaq; dum Romæ sapientem quæro, mercedem hanc accipio. Illud etiam q̄ incommodissime accidit, q; dum ab hoc litteratore uix me auello, in alterum incidi: cui percontanti, iniuriam ne aliquam accepissem, q; uideret male me fuisse acceptum, cum responderem, insignem me a grāmatico iniuriā passum: q̄ rectissime inquit grāmaticus ille. quid malū? non te pudet senem loqui latine nescire? ubi tu gentium repperisti: iniuriam patior? Atqui inquam apđ Ciceronē in Philippica tertia æquo animo belli patiē iniuriam, dummodo repellat periculum seruitutis: & in Lælio is in culpa sit qui faciat, non qui patiatur iniuriā. Hoc uix dicto, q; is iam pugnos stringeret, dedi me in pedes, ac Roma egressus, Velitras q̄ citatissimo gradu petij. Ex eoq; decretum est mihi ualere sapientem sinere. Her. Cur obsecro trans Alpes nō es profectus? Sup. q; scirem Gallos maxime stolidos esse, corpusq; curare, magisq̄ animum colere. Regē q; eorum quāuis splendidissimum tam breui tamen uestitu incedere ut pudēda non uelet: ac si cinicorum sectator sit institutorū. Her. Satis magna causa. Ispanias uero adire quæ te ratio uetuit: ubi genus hominum acre atq; ingeniosum? Sup. Ne dum sapientem quæro in piratas inciderem remosq; adijcerer, neq; enim tā Sicilia tritici, q̄ prædonū Hispania ferax est. Her. Venetias cur non uisisti, quam sapientiū urbem sunt qui dicere audeant? Sup. Destinaueram animo ultimam hanc petere: plusculumq; illic temporis agere. Dū

et Tere.

velitræ

De Gallis

De Hyspanis

De Venetijs

plusculū

mores ciuitatis: dum ciuium ingenia: leges, ritus, Reipublicæ temperationem noscerem: & fama quidem acceperam senes illic moderari. Nec me deterruit, quod elatissimi mortaliũ dicuntur omniũ, sed quod ut dixi decretũ est mihi posthac meas tantum res agere: nec me grammaticis credere: quos audio ibi regnare: quosq; malo meo fato genitos scio: neq; enĩ Romæ solum, sed Velitris: sed Terracinæ pessime ab aliis habitus atq; acceptus sum. At uidete obsecro quã ob causam Adierã medicũ sciscitaturus an distillationi frictio esset utilis. Aderat forte grãmaticus audacia tam importuna ut respondere medicum non passus, obiurgare me statim cœperit, quod fricatio non frictio diceretur: nomina enim quæ a primæ coniugationis uerbis deducerentur, supinum habentibus in itum uel in ctum, præter cæterorum uerborum legẽ exire in atio, non in itio, nec in ctio. Itaq; fricatio, nõ frictio dicendum esse. O bone inquã uerbalia in io, aut a supinis ipsis: aut a genitiuis participiorũ præteriti temporis fiunt: quæ ab ipsis ducũtur supinis: ut oratus orati: oratio: auditus auditi: auditio. auctus aucti: auctio. profectus pfecti, profectio largitus largiti largitio. Quocirca nomia deducta a uerbis supinis positionẽ habẽtibus in ctũ: cuiuscũq; sint cõiugationis in ctio exeunt, non in catio, ut perfectũ perfectio, non pfecatio, distractũ distractio, lectũ lectio, Actũ actio, sãctũ sanctio. nec aliter: sic frictum frictio: non fricatio: nam ex internetio, ut quidam uolũt, c littera dempta ẽ suauioris soni gratia. Simili modo sectum sectio: non secatio. Sic Cæsar, sic Quintilianus, sectionem non secationem. Et Plinius Celsusque frictionem non fricationem dixere: nec te moueat explicatio & uetatio: quorũ supina in ctum non exeunt quare ne te litteratorum imperitia despiciat uide. Dii boni ac si non uerba hæc, sed uerbera fuissent, in me irruit, ut nisi medicus, quique ciues aderant, ab illius me

unguibus eripuissent, actum de Suppatio tuo fuerit. Vide pallium conscissum, & faciem dissectam uide: cũ Urso, Leoneue, non cum homine mihi esse rem putaui. Grammatico ab alio tumidum supercilium fero, ac bene mecum actum puto, q non ex eo pugno oculum amiserim. At quã ob causam? q affirmarem post negandi aduerbium licere etiam copulationem ponere, quæ negationem ipsam redderet, exemplo Cæsaris commentario septimo. Tanto accepto incommodo neq se in occultum abdiderat, & conspectum multitudinis fugerat. Item q in conspectu omnium res gerebatur, neq tegi ac turpiter celari poterat. Licere item dicere econtrario auctoritate eiusdem Cæsaris eodem commẽtario. ut reliquorum Imperatorum res aduersæ auctoritate minuunt, sic huius econtrario dignitas in commodo accepto indies augebatur. Necnon uerbis significo, addo, & peto, accusandi casus loco, casum auferendi cum præpositiõe apponere, auctoritate Cæsaris eiusdem: commentario eodem dicentis. Conclamare & significare de fuga romani cœperunt: & quinto commentario. Addũt etiam de Sabbini morte. Item de suis priuatim rebus ab eo petere cœperunt. Quinetiam nomen unus una unum plurali numero licere etiam adiungere nominibus quæ singularem numerum haberent, quod Cæsar etiam faceret cõmentario primo. Animaduertit Cæsar unos ex omnibus sequanos, nihil earum rerum facere, quas cæteri facerent, sed tristes capite demisso terram intueri. cõmentario quarto. Sese unis Sueuis concedere: quibus ne dij quidẽ immortales pares esse possint. Cõmentario sexto. Erant menapij propinqui eburonũ finibus perpetuis paludibus siluisq muniti, qui uni e Gllia de pace ad Cæsarẽ legatos nunq miserãt. Cicero tertio rhetoricorum. Duplices igitur similitudines esse debent. Unæ rerũ, alteræ uerborũ. Latine etiam dici quinam & quisq de duobus, nõ aliter q

uter & uterq; exemplo Cæsaris qui dit Commentario quinto. Erant in ea legione fortissimi uiri Centuriones, qui primis ordinibus appropinquarēt Titus Pullo, & Lutius Vorenus. hi perpetuas cōtrouersias inter se habebant quinam anteferretur: & commentario septimo: cum de controuersia Conuictolitanis & Coti Heduorum mentionem faciens inquit, suas cuiusque eorum clientelas. Quintilianus libro decimo. nam Macer & Lucretius legendi quidem sed non ut phrasin id est ut corpus eloquentiæ faciant Elegantes in sua quisq; materia: sed alter humilis: alter difficilis: pristinum quoq; diem recte dici cōmentario quarto docet Cæsar. Milites nostri pristini diei perfidia incitati in castra irrupe rūt. Quin etiam utraq; & utræq; numero plurali, exemplo maiorum romane dici de ijs quæ duo duæue tantum essent, aut singulari numero proferentur. Salustius in Catilinario: Agitabatur magis magisq; indies animus ferox inopia rei familiaris, & conscientia scelerum. Quæ utraq; his artibus auxerat quas supra memoraui. Cæsar commentario primo. duæ fuerunt Arionisti uxores, una Sueua natione, quā domo secū duxerat. altera Norica regis bochionis soror, quā in Galliam duxerat a fratre missam: utræq; in ea pugna perierunt. Inique etiam accusari Lactantium qui dixerit: maxime tamen Erythrea quæ celebrior & nobilior inter cæteras habetur. Cum Cæsar dicat Commentario quarto: ad alteram partem succedunt ubij, quorum fuit ciuitas ampla & florens uti est captus Germanorum, qui paulo sunt eiusdem generis etiam cæteris humaniores: propterea ꝙ Rhenū attingūt. & Plinius ad Gallum. terra malignior cæteris, hac non deterior. & ad Caninium. Quo in certamine puer quidam audentior cæteris in ulteriora tēdebat. Itaq; ꝓmissum esse uti cōparatione etiā ad eos qui sunt cōplures eiusdē generis. Falso etiā tradi ꝙ instruo puerum, aut instruit magis

ster discipulũ latine nõ dicat,cũ libro primo Quintilianus dicat,quæ nõ eorũ modo scientia,q̃bus quidã nomen artis dederũt studiosos instruat:& ut sic dixerim ius ipsum rhetorices interpretetur,sed alere facundiã,uires augere eloquentiæ possit.Item libro secundo.Ita ipse quoq; historiæ atq; etiã magis orationũ lectione susceptos a se discipulos instruxerit.Nõ minus falso etiã præcipi,q̃ substãtiuis gerundiuũ tantũ,nõ infinitiuũ addendũ sit.cũ Cæsar dicat cõmentario septimo,priusq̃ munitiones ab Romanis perficiãtur, cõsiliũ capit oẽm a se equitatũ noctu dimittere.Cicero tertio rhetoricorũ.Tẽpus est ad cæteras partes rhetoricæ oratiõis ꝓficisci Salustius in Catilinario.Nõ fuit mihi cõsiliũ secordia atq; desidia bonũ ociũ conterere.Quinetiã ineptissime sentire eos qui negẽt latine dici,nõ habeo plus uno prædio, Cum dicat Quintilianus libro tertio.Simplex autẽ causa, etiã si uarie defenditur,nõ põt habere plus uno de quo pronuncietur,atq; inde erit Status causæ.Itẽ.Ideoq; in eo statũ esse iudicabo.quod dicerẽ:si mihi plusq̃ unũ dicere non liceret.Quæ q̃ moleste bonus hic grãmaticus tulerit,meũ hoc superciliũ docet.An tibi uideor grãmaticorũ furijs ãpli us obiectandus? Facessant posthac igitur sapiẽtes,dũ a grãmaticis me in libertatẽ uendicẽ.Fundis Hytrijsq; fuere mihi res aliquanto quietiores,ubi ne dũ litteratores,nullos q̃dẽ litteratos inuenio:quippe cũ oppidani nõ urbanã colant, sed uillaticã palladẽ:omnes eñ oleo dediti sunt.Post Caietã ingressus obuiã habui mulierculã,quæ me blande appellatũ deq; uia fessum,ad umbrã inuitauit:frigidãq; quã me perlucerẽ uitreo q̃conspicatissimo aquã ꝓtulit.Delectauit me familiaritas:cœpiq; de patria deq; re familiari percunctari,cũ statim puella nõ inhonesta facie,nigricantẽ gallinã ac nouẽ simul oua detulit,quæ die ueneris nata eẽ diceret.Nec multo post uenit ancillula cũ anaticulo,& albo filo abire ambas

De fudis
De Caieta
Nõt in
fres
nigrigãs
anaticulus

iussit redituras accēsis facibus:tertiū cū lunæ diē esse admo
nens:atq; ad me cōuersa. Ex quo inqt uirū amisi cū mihi ni-
hil moriens reliquisset, quæstum facere hūc cœpi. & ꝑfecto
Caietanæ mulieres cū sint superstitiosulæ satis cōmode hinc
uictitarē, ni fratres quidā ꝓuentū interciperēt, dū somnia
coniiciūt, dū iras deorū uenditāt, dū uiros nubilibus, mares
grauidis, ꝑlē sterilibus promittunt: quodq; scelestissimū du
co, quia Caietana plebecula piscatui pleraq; dedita est, no-
ctu ad plebeiorū uxores domū uētitāt, quas interdiu per spe
ciem religionis in tēplo audiūt. Ac ne decipiare, hospes quā
uidisti ācillulā, ea heræ iussu quæ grauida e fraterculo ē, ad
me cōsulandā uenit: quæ prior uenerat puella sponsum habe
bat, cuius forma captus bonus nescio quis deoq; percharus
fraterculus suis artibus seductū, induere cucullū suasit, ac
nūc secum habet in cellula. Improbe inq̄ factū: sed tu uelim
ne fratres in te cōmoueas, quos uideā i Italiæ urbibus re-
gnare. Tū illa, desine timere obsecro, nā ex quo iuuēcula erā
cōuentus custodē cognoui, ac ni fallor, is est quē huc uenien-
tem cōspicaris. Confestimq; hoc dicto domū ingrediens me
ualere iussit. Abeo inde ad mare, gregē illic piscatorū inue-
nio: ac dū singulos cōtēplor, optimos quosq; pisces seligi ab
eis uideo. Quæro uenales ne habeāt, respōdēt asseruari fra-
terculis: seq; deo illos uelle offerre. Tū ego mecū macti inq̄
pietate adulteros tā delicate ꝙ pascitis. eo hīc ad meritoriā.
Cūq; inter prandēdū repente in proximo muliercularū pu-
gillatus exortus esset, harpyarū uitare iras cōstitui, meq; ꝓ
pter Vitruuii sepulchrū, Molā quæ in formiano est littore,
atq; inde Suessam cōtuli. Ibi mane in foro spectantē me sci-
tulas puellas, cū biserarū quasillis, mulier cōpellat eloquētia
nō uulgari, & ꝙ palliatum uidebat postq̄ benigne saluta-
uit. Amabo inquit, q̄ tibi mores nostri placent? Credo admi
raris scitulas has. Credo Platonis legisti rempublicā, quam

si ciues nostri nō omnino probant, uitā certe aliquanto liberiorē nō improbāt. Hæ puellæ partim nuptæ: partim spōsæ: quædā etiā nondū uiris collocatæ sunt. Licet tñ cū iis & iocari & liberius etiā ludere: ne te igitur delitiarū pudeat blādulæ sunt: uirosq; ad se olerum ac frugū gratia inuitāt. cupiūt uēdere: sic se ciuitatis nostræ mores habent: neq; enim uir bone ignoras probū, improbūq; pro locis, populis, nationibus iudicari: neq; tā naturā, q̄ leges atq; instituta sequi: aliaq; alibi laudari. Quid multis? cœpit etiā de uirtutibus deq; deo tandē differere. Ego uix auellere me ab ea potui. tādemq; digressus, notūq; mihi hominē percunctatus, unde tātā mulier doctrinā hausisset, cū suspicerē tum rerū cognitionē, tum dicendi copiā: neq; inquit nostra hæc, fabulosum illum musarū fontē hausit, sed theologi linguā cōpluribus annis ore suo uersauit: neque ut priscus ille Ennius in Parnaso somniauit, sed uigilans in toro atq; in theologi complexibus cubuit. Ex huius ipsius lingua manat eloquentia tam suauis, ex ore theologi orat tam copiose atq; inundanter. Spiritum huic ille inspirauit roremq; instillauit, unde oratio eius spirat stillatq; tam suaue. An igitur posthac Herrice habes quod aduersus institutionem edifferas? Vides quātum ars, quantum disciplina: quantum domestica consuetudo ualeat? Intelligis quantum doctorum familiaritas possit? Quanta in omni genere institutionis uis sit assuetudinis? mulierculam eloqui? femellam sapere? hoc est profecto cur contempta grammaticorum importunitate, libeat sapientem adhuc quærere. Her. O grauæ ac sapiens Suppati scis quid de theologis his nostris sentiret Antonius, quando Suessanam istam tuam hausisse a theologo eloquentiam cum scientia dicis, scis inquam quid de iis sentiret Antonius. optime cum ipsis agi quod in claustris atq; in solitudine uiuant, q̄ plebecula uanas eorū disputationes non in

telligit, fore enim si in publico uitam agerent, si eorum dis-sertiones notæ uulgo essent, uti sutores formulis, ferrarij malleolis, indusiarij forficibus insectarentur. primũ ꝙ mi-nime castã agant uitã: deinde ꝙ inanissimis de rebus ad in-saniã disserunt: ac si qui sunt qui ueterẽ ꝓbatãq; theologiã sequuntur, contemptui eos habent. Verum si placet optime Suppati, relictis his peregrinationẽ perficias oro, ac si ꝗd Capuæ: si quid Auersæ uideris, noueris, cõpereris, explica.

indusiari us

de Capua

Sup. Capuã ingressus obuiũ habui, qui ꝙ physicũ profiteri me crederet, cõsuluit quid oculis maxime conferre ducerẽ. Respondi, si causidicũ aduocatũq; nũq; uideris. Quid auri bus? si nullam domi mulierem habueris. Quid stomacho, si nũq; in mẽsa cũ sacerdote Cardinale accubueris? Cõsuluit quid itẽ rei familiari multũ prodesset. a Catalano mercato-re mutuũ nõ accipere. Quid ad uitæ trãquillitatẽ. aulas do-minantiũ nunq̃; ingredi. Quod tempus minime esset utile. quod audiendo fratri frãcisco cui Hispano cognomẽ est, im-penderetur. Hunc ego ubi uideo plura quoq; paratũ quæ-rere, qñ inquã faciẽdo itineri occupatus sum quæso mutuũ mihi redde: & comite quo Neapolim usq; commodiore uti possim, edoce. Tũ ille agrũ inquit hunc nostrũ peragrãti, si bene tibi consultũ uelis, lupũ comitẽ adhibebis: neq; eñi co-mite alio tot tantorũq; molossorũ rabiẽ euitaueris: atq; utia-nã unus tibi satis sit lupus. Atqui inquã, meus hic asellus uni lupo satis non est. Egressus igitur Capua puerũ, ꝙ ali-quantum de uia fessus esset Asino impositum præcedere cũ iussissem, ipse post sequebar, nec multũ uiæ progressus au-dio irrideri me a uiatoribus, ac fatuũ dici ꝙ senex ipse ac pã-nis inuolutus pedibus iter facerem, puerũ firmis pedibus atq; expeditũ asino anteducerẽ. Itaq; haud multo post cum iussissem puerũ descẽdere, ipse asino uehi cœpi: nec ita mul tum itineris confecerã. Ecce qui me accusare cœpit: ꝙ ualis-

Hoc [illegible] la asini

dis uiribus, puerum ætate tenera atq; imbecilla, ire pedibus paterer, ipse Asello ueherer. Equo statim, crimē ut auerterē descēdi, bestiolāq; ducere capistro cœpi. nec multū ab Auersa aberam, ibi miris me modis, ab ijs qui & ipsi oppidum petebant, meq; sequebant̄ condēnari, atq; ut ita dixerim excachinnari sentio, q̄ cū puero una ferri asello cōmodissime possem, uacuū tñ illū atq; expeditū reste ductarem. quibus ut satisfacerē ascendi cū puero Asellū. uix aūt oppidū intrarā cū sublatis primo cachinnis, post etiam clamoribus intelligo me a popularibus incessi. O senē delirū, o asellū miserrimū. Non corruit infœlix sub tanta sarcina? nō crepuit Misellus? uidetis ne asinū Asello uehi? sentitis quadrupedē beluā, q̄ bipes belua est, nō adeo quidē beluā esse? Deniq; pueri lapidibus me insectari cœpere. quibus istigatus asinus currere cū cœpisset, me cū puero una in lutū excussit: nec defuere qui pallio pedibus insultarēt. Irrisus contēptusq; lutosam urbē luto collitus trāseo: nec iā Suppatius ab ijs quibus essem cognitus sed Lutatius uocitabar. Atq; hic quidē susceptæ ob quæritandū sapientem profectionis, exitus ac finis fuit. Habes Herrice bone ac uetus amice peregrinatiōis meæ rationē, quæ utinā Antonio nostro cognita esse posset. Verū cū illo melius actū est, q̄ solutus humanis curis, inter beatos nunc agit: nec de sapientia ulterius solicitus est, cuius me studiū ut intellexisti ad Asinū redegit, tibiq; persuadeas uelim, multos diuites, nō paucos doctos recte dici, & quidē esse sapiētē aūt neminē. Qua de re post etiā plura. Nūc Pontanū nostrū ut uisam eo: quē Capuā ingressus dextrū crus fregisse accepi: atq; e dolore uehementer laborare.

Hospes. Compater Lycius filius.

m VLta quidem a Siculis meis audio de Pontano hoc

prædicari, eiusq; in primis facilitatẽ atq; mansuetudinem laudant, cuperẽq; illũ nosse atq; alloqui, ac per familiarẽ aliquẽ aditũ ad eũ habere, sed lento dolore, qui dũ crudior est, non tam facile uisitationẽ admittit. Interim contentus ero qua facie sit nouisse. Co. Bona & recta statura, frõte lata, caluo capite, supercilijs demissoribus, acuto naso, glaucis oculis: mento ꝓmissiori, macilentis malis, ꝓducta ceruice: ore modico: colore rufo: adolescens tamen perpallauit reliquo corpore quadrato. Vnũ nunc illi male contigit, nobis amicis nõ incõmode, ꝙ pede altero debilior cum sit factus in deambulationibus remissior futurus est. Sed bene habet, eius filiolus domo egreditur: quẽ compellasse non iniucundum fuerit, cum sit bona & lata indole: atq; ut uideo ad nos uenit, Luciole quid agit pater? Luc. Cum matre litigat Accessit ad eum adolescentulus cum mãdatis: putat illum mater missum a pellice. eam uociferantem, quo magis ridet pater, eo uehementius irritat. ego e cubiculo me proripui atq; eo libentius ꝙ sacerdos ad eum ingressus est: uult em̃ mater sacerdoti se ut purget, ac peccata nudet: rem sane importunam: sat enim scio matrem, & sua & patris peccata nudiustertius sacerdoti ordine aperuisse. Nam cum ipe ad confitentis matris genua assedissem, maternã confessionem, aut rectius quæstum, attente aucupatus sum. Bone sacerdos maritus meus amat ancillulas si quas facie liberali uidit. sectatur ingenuas puellas. Anno superiore Tarenti cum esset, cognouit non unam. anno añ in Etruria cũ Gaditanula deprehensus fuit. Iocatur etiam domi cum Aethiopissis. nec pati possum eius intemperantiam. Ille ridet. ego dirumpor. perrectat urbem ac principum aulas. Ego domi inter pedissequas partior pensa. Nam quid ego illum cum sodalibus, quibus ꝗ̃familiarissime dies ac noctes utitur, nisi de amoribus, deq; uoluptate loqui atq; agere putẽ? cum

interim misera in cubiculo de re familiari solicita domesticis curis maceror. Dij me oēs aspexere, quo die crus fregit nō licebit claudū totis diebus domo abesse: singulis horis ꝓstibulas adire. Rideat nunc. Vrbē inambulet: frequētet sodaliū domos: audiat uia in media pellicū pueros: ego uel ex hoc deos æquissimos iudicauerim, ꝙ tandē iusto eū supplicio affecere. Quid igitur opus, patrē errores iterato confiteri, quos mater tam aperte explicauerit? nuper notus quidam & uetus ut arbitror familiaris patrē cum adiret, ubi eū uidit mater, exclamare statī cœpit. Scilicet ab Etruria? ab Scortillis? Quid agūt pisatiles meretriculæ? præ ira nō Pisanas sed pisatiles dixit. Vt ualet Gaditana illa? ut memor ē amorū hirquituli huius? detulisti ne ab ea litterulas cū mādatis? ubi munuscula? ubi monumēta ueterū delitiarū? ac tātū nō manum inijciebat: qđ ille ueritus retro ad ianuā mature cōcessit. atque actutū abijt Mihi pater ut cederē innuit. ipse carmē decātare euomiū cœpit. Ho. Scitū puerū. S; obsecro carmē euomiū, qđ sit edoce? Ly. Qui carmen dictum mulierē furore percitā cōucrsus, ter despuit. illa statim bilē euomit, ac rabie leuat. Ipm aūt carmē est. Triceps est cerberus, ter te ego despuo. Triplex est eumenis: ter te ego despuo. Vomas dico uomas, ter uome et improbā. Pectore purgato rabiē ad phlegethonta remitte. Ho. Mirū huic carmini uim tātā inesse? Ly. Ipā res docet. S; desine obsecro mater ē i fenestra, cuius cōspectū uereor. Valete bellissime.

Prostibule
iterato
Pisatiles
hirquitulus
Munuscula
actutū
Carmē euomium qđ sit
bellissime

Herricus. Suppatius. Lyricen hospes.

Piniōe citius redit ad nos Suppatius. Sup. Hoc deerat ad quæritandū sapientiā, mulierē irritatā adire. ne id uelit sapientiæ ipsius pater Iupiter. Et disputant adhuc sapientes quidam de uxore ducenda? Non quidē si ipsa sapientia ducenda sit, uxor mihi ducēda uidet.

prædicari, eiusq; in primis facilitatē atq; mansuetudinem laudant, cupereq; illū nosse atq; alloqui, ac per familiarē aliquē aditū ad eū habere, sed lænito dolore, qui dū erudior est, non tam facile uisitationē admittit. Interim contentus ero qua facie sit nouisse. Co. Bona & recta statura, frōte lata, caluo capite, supercilijs demissoribus, acuto naso, glaucis oculis: mento ꝓmissiori, macilentis malis, ꝓducta ceruice: ore modico: colore rufo: adolescens tamen perpallauit reliquo corpore quadrato. Vnū nunc illi male contigit, nobis amicis nō incōmode, ꝙ pede altero debilior cum sit factus in deambulationibus remissior futurus est. Sed bene habet, eius filiolus domo egreditur: quē compellasse non inuicundum fuerit, cum sit bona & lata indole: atq; ut uideo ad nos uenit, Luciole quid agit pater? Luc. Cum matre litigat Accessit ad eum adolescentulus cum mādatis: putat illum mater missum a pellice. eam uociferantem, quo magis ridet pater, eo uehementius irritat. ego e cubiculo me proripui atq; eo libentius ꝙ sacerdos ad eum ingressus est: uult enī mater sacerdoti se ut purget, ac peccata nudet: rem sane importunam: sat enim scio matrem, & sua & patris peccata nudiustertius sacerdoti ordine aperuisse. Nam cum ipse ad confitentis matris genua assedissem, maternā confessionem, aut rectius quæstum, attente aucupatus sum. Bone sacerdos maritus meus amat ancillulas si quas facie liberali uidit. sectatur ingenuas puellas. Anno superiore Tarenti cum esset, cognouit non uuam. anno añ in Etruria cū Gaditanula deprehensus fuit. Iocatur etiam domi cum Aethiopissis. nec pati possum eius intemperantiam. Ille ridet. ego dirumpor. perrectat urbem ac principum aulas. Ego domi inter pedissequas partior pensa. Nam quid ego illum cum sodalibus, quibus ꝗ familiarissime dies ac noctes utitur, nisi de amoribus, deq; uoluptate loqui atq; agere putē? cum

interim misera in cubiculo de re familiari solicita domesticis curis maceror. Dij me oēs aspexere, quo die crus fregit nō licebit claudū totis diebus domo abesse: singulis horis ꝓstibulas adire. Rideat nunc. Vrbē inambulet: frequētet sodaliū domos: audiat uia in media pellicū pueros: ego uel ex hoc deos æquissimos iudicauerim, ꝙ tandē iusto eū supplicio affecere. Quid igitur opus, patrē errores iterato confiteri, quos mater tam aperte explicauerit? nuper notus quidam & uetus ut arbitror familiaris patrē cum adiret, ubi eū uidit mater, exclamare stati; cœpit. Scilicet ab Etruria? ab Scortillis? Quid agūt pisatiles meretriculæ? præ ira nō Pisanas sed pisatiles dixit. Vt ualet Gaditana illa? ut memor ē amorū hirquituli huius? detulisti ne ab ea litterulas cū mādatis? ubi munuscula? ubi monumēta ueterū delitiarū? ac tātū nō manum inijciebat: qđ ille ueritus retro ad ianuā mature cōcessit. atque actutū abijt. Mihi pater ut cederē innuit. ipse carmē decātare euomiū cœpit. Ho. Scitū puerū. S; obsecro carmē euomiū, qđ sit edoce? Ly. Qui carmen dictum mulierē furore percitā cōuersus, ter despuit. illa statim bilē euomit, ac rabie leuat. Ipm aūt carmē est. Triceps est cerberus, ter te ego despuo. Triplex est eumenis: ter te ego despuo. Vomas dico uomas, ter uome et improbā. Pectore purgato rabiē ad phlegethonta remitte. Ho. Mirū huic carmini uim tātā inesse? Ly. Ipā res docet. S; desine obsecro mater ē i fenestra, cuius cōspectū uereor. Valete bellissime.

Herricus. Suppatius. Lyricen hospes.

Piniōe citius redit ad nos Suppatius. Sup. Hoc deerat ad quæritandū sapientiā, mulierē irritatā adire. ne id uelit sapientiæ ipsius pater Iupiter. Et disputant adhuc sapientes quidam de uxore ducenda? Non quidē si ipsa sapientia ducenda sit, uxor mihi ducēda uidet.

bonus tamen hic & constãs Pontanus ridebat. & uultu quidem q̃ maxime trãquillo. o cõfirmatissimi pectoris hominẽ. Mihi quidẽ si hæc uita est maritorũ: ne ipsa quidem constãtia uideri uirtus potest: quæ uitæ inquietudinem ac miseriã alat. Quid enim offirmatio tam constans ac perpetua, nisi continuæ rixationis alimonia est? Valeat, ualeat uirtus ista coniugalis litigiorum nutricula. Valeat maritalis uita. Ego me ad Herricum refero. Her. Quæso cur tam cito? Sup. Dormiscere aiebant, atq; a dolore paulum modo requiesse. Inter ea dũ edormiscat, Antoniano munere si placet fungamur Her. Placet. ac perq̃ oportune Lyricen, & quidem non malus sese offert. Ades lepide homuntio. Lyram tange amabo: sepositumq; aliquid succine. Ly. Perq̃ libenter.

Ne faciem Thelesina colas, neu finge capillum:
Bella satis, soli si modo bella mihi.
Munditiæ Thelesina iuuant, Fuge candida luxum.
Munditijs capitur delitiosus amor.
Luxus obest formæ, forma est contenta pudore,
Ipse pudor ueri iura decoris habet.
Simplicitas nam culta sat est. Tu lux mea cultum
Effuge. bella quidem simplicitate tua es. Her.

Accipe merceedulam, & carmen ipsum itera.
Ly. Quin aliud potius?

Sirenes madidis canunt in antris,
Dum captas male subruunt carinas.
Sic mortalibus ipsa uita blande
Illudens: canit ut dolosa Siren:
Donec uel grauis ingruit senecta
Aut mors occupat, estq; nil quod ultra
Iam restet, nisi fabula atq; inane.

Her. Lepidissime. atq; utinam non tam uere.

Quae autem facilitas est tua, etiam aliquid quod nouum sit. Ly. Quamlibentissime, Suppatij praesertim gratia: senis tum iucundi, tum etiam musicae huius non imperiti.

Dulce dum ludit Galatea in unda,
Et mouet nudos agilis lacertos,
Dum latus uersat, fluitantq; nudae
Aequore mammae,
Surgit e uasto Poliphemus antro:
Linquit & solas uolucer capellas.
Nec mora, & littus petit, & sub altos
Desilit aestus.
Impiger latis secat aequor ulnis.
Frangit attollens caput, & per undas
Labitur, qualis uiridi sub umbra
Lubricus anguis.
Illa uelocis mouet acris artus
Dum peti sentit: simul & sequentem
Incitat labens: simul & deorum.
Numina clamat.
Illicet diuum chorus hinc & illinc
Fert opem fessae. At Poliphemus ante
Non abit, lapsus licet, & deorum
Voce repulsus.
Quam ferox nimphae tumidis papillis
Inijcit dextram, roseoq; ab ore
Osculum uictor rapit. Illa moesto
Delitet amne.

Sup. Habetur a me tibi non parua gratia: habebitur & abunde quidem magna, si ut in Herrici gratiam sic in meam quoq; adhuc aliquid dignum te, dignū hoc consensu, dignum etiam noua & rediuiua ista rediuiua

disciplina. Ly. Geretur a me tibi mos. Vtinā tamen is essem, cuius ingenio, musicæ ipsi aliquid collatum esset. Ac ne ex eorum sim numero qui ut ab Horatio iure irridentur, nunquam rogati cantare inducunt animum, etiam hoc accipe. In tuam atq; Herrici ipsius, si tibi non displicet gratiam.

Ad quercus amarilli ueni. Dum retia seruo.
Acre dum timidas funda detrudo palumbes,
Ipsa dolo, errantem per deuia falle sororem.
Ipsa ades o amarilli. recens tibi caseus & lac
Ad fontem: pendetq; grauis fiscella sub alno.
Te cucumis, uiridisq; pepon: hortensia dona:
Te seruata cauo iam pridem subere mella
Expectant. bini lento de uimine quali
Seruantur, quis labra niger flauentia claudit
Iuncus, & intexto dependent cornua ceruo.
Percurrit medius lachrimoso flore hyacinthus:
Et niger auratas suspendit gracculus ansas
Gracculus. a dextra serpens latet, & fugit ala.
Quid cessas amarilli. duos tibi pascimus agnos
Hinnuleosq; duos, quos matris ab ubere raptos
Inter lactentes ipsi saturauimus hædos:
Nec dominum ignorant catuli, ueniuntq; uocati.
Est mihi præterea thalami seposta supellex
Supparus. hunc neuit lyrineia. texuit alcon
Palladi dilectus alcon. cui tortile collum
Nectit ebur: læui stringit noua fibula buxo.
Brachia ceruleæ decurrunt tenuia lanæ
Lanæ, quis medius pauo nitet intertextus?
Filaq; purpureus miscet uariantia limbus.
Hæc tibi seruatur festis amarilli diebus.
Rara chlamis, rarum specimen, mirabile textum.
Vel tibi ut inuideat lalage, rumpatur ut olcas,

Spectatum ueniant ut munera ad ipsa napeæ,
Mæonis ut tantum decus admiretur aragne.
Obuius ad corylos uenio tibi, hic mihi primos .
Amplexus amarilli dabis, dabis oscula prima.
Lenta lego ad cerasum duo succina quæ tibi seruo.
Altera celatum culicem stridentibus alis
Includunt. tenui sub cortice murmurat ales.
Altera, nutantem sub iniquo pondere celant'
Formicam. Illa oneri incumbens trahit horrida farra
Hæc primo pro complexu tibi munera sunto.
Quid moror? en coryli iam summa cacumina motant
Iam strepitant uirgulta. lycas latrat. eia age thyrsi,
(Ipsa uenit) propera. miserum me, num strepit aura?

Her. Plenos uoluptatis nos relinquis ac bonæ spei suauissime homo: nam quanquam multū tibi ætas debet nostra qui ex agresti illa musica sic emerseris. Debituri tñ plura multo sunt posteri, si qui te uolent imitari. Fore enim speramus si quos tui similes reliqueris uti pristinam in dignitatē excellentiamq; restituantur: tametsi quantum ipse hac in re profeceris non ignoramus. Ly. Si quid profeci gaudeo quãuis quid profecisse potuit homo, tantis tum suis tum alienis impeditus curis? uoluntas certe non defuit, defuere ocia, quodq; paucos admodum nouimus qui studiis his delectarentur. qua e re uoluntas ipsa non parum pertepuit, & uterius loquar, refrixit. In magnis tamen occupationibus & sæculorum iniquitate, si quid ætati nostræ attulimus ornamenti, lætamur: nec laborum pœnitet: quos grauissimos ab adolescentia ipsa suscepisse non diffitemur: qui minus quidem apparent propter castrenses molestias: quæ optimam uitæ partem studiis eripuere. Sed desinam de iis dicere, ne de me ea ipse prædicem, quæ ab aliis coram

prædicari non paterer. Satis enim & olim habui si per paucis, & nũc habeo si uobis grauissimis senibus musa nostra non displicet. Nec est ꝙ ullas a uobis expectem gratias. tantum oro, ut abire me q̃ primũ postq̃ aliqua ex parte uobis satisfeci, æquo animo feratis, inuitatus enĩ ad amici nuptias propero hymeneum decãtaturus. Her. Et abire te q̃ æquissimo animo patimur, quãuis utinam nobiscum esse te & sæpius & diutius liceret: & gratias etiam quãtas possumus maximas agimus, qui animos nostros tam suauiter uarieq̃ delinieris. Ly. Valete igitur continẽtissimi senes. Her. Et tu lepidissime homo abi q̃ auspicatissime. Admiraris bone hospes homuntionis huius canendi ut uideo suauitatẽ ac sub tã remisso incessu ingenij nobilitatẽ tãtã. Scias uelim usurpare solitum Antonium, cæteros fere omnes huiusce artis studiosos ingenij sui ostentatores esse, hunc aũt dissimulatorem, et quod ipsi sæpe audiuimus cum alijs plurimũ tribueret, sibiipsi uel acerrime detrahentẽ. Sed quæso utor ne ego recte oculis? quænam hæc pompa est? Dij boni qui grex psonatorum? Et hoc quoq̃ recens cisalpina e Gallia allatũ est. Deerat unũ hoc ciuitatis nostræ moribus tam concinnis. Prægreditur tubicen. Sequitur hedera coronatus, quasi populo recitaturus. qs nouus hic uates: tãtũ secũ adducẽs psonatorũ? o laruatorũ urbẽ, o fanatica ĩgenia. Quid ꝑ pulpitũ ac subsellia extruũt? an sibi audictiã parãt? O iucundissime Antoni: ubi nũc es? ubi risus ille tuus lepos q̃ tam salsus? Ascẽdit uates pulpitũ. auditores cõsedere. Canit iã tubicen. Audiant ocio qui abundant. Me satis quidem fuerit in adolescentia delirasse. ætati huic compositiores sunt mores induendi. Atq̃ ut uideo experrectus somno Iouianus nos per puerum ad se uocat. Licet & te sicule hospes nobiscum ad amicum, & perhumanum hominem ingredi. Ho. An est quod magis cupiam? uos præcedite. Ego sequor.

Istrio. Personatus.

Acete, atq; silete, atq; animum aduortite,
t Nouam afferimus uobis quæ uetus est fabulam.
Muti tacete.mutos tam diu uolo
Silentium dum rumpat, plausus editus
Lingua, manu, pedibus q̄clarissimus.
Hoc qui faciet plausum post editum, bibet.
Tacent.nimirum sitiunt omnes maxime.
Atqui licet potare plausum ante editum.
Adest cadus, caupo guttum atq; urceus.
Caueat tamen qui bibit, æbrius ne cubet.
Silentium non somnum mutamus mero.
Illi promitto caupo, sedet qui ultimus.
Vinosum eum esse non somniculosum indicat
Productus nasus, eminens, tuber, rufus.
Ipse hoc fatetur.ridet.habent hoc æbrij,
Rident libenter:risus nam sitim excitat.
Nouum tamen poetam ridere abstine.
Cœnabis post silentium, precium hoc erit
Immo potabis, large, abunde, gallice.
Ridere sed iam desinas postq; satis
Potasti.nasum emunge.atq; aures arrige.
Nouum dum uates carmen pulpito intonat
Prius tamen argumentum hoc explico tibi.
Dum castra haberet ultimis in finibus
Ispaniæ Sertorius, dumq; aggredi
Parat Pompeius ex improuiso eum,
Fit per exploratores ipse certior.
Cogit in campis copias.committitur
Ab equitatu certamen sæuum atrox dubium.
Equi uiriq; hinc illinc confossi cadunt.
Duces accurrunt propere instructo agmine.

Pugnatur, ui, dolo, fraude, audacia.
Nox prælium ac Dianæ nuntia dirimit.
Habetis argumentum ueteris fabulæ.
Heus tu qui dexter aſſides, ſubrigito
Oculos ac mentulum. quid ſpectas humum?
Paulatim ſic ut uideo ſomnum prouocas.
Ridetis. dixi mentulum non mentulam.
Nec eſt peccatum: a mento, non menta editum eſt
Vocabulum. Nouus ſed uates incipit.
Demulſit barbam. hederam capiti implicuit.
Tacete atq; ſilete, atq; animum aduortite.

Poeta perſonatus.

Ipſe autem auratis fulgens Sertorius armis
Agmina cogebat campis. huic filius aſtat
Hernicus, hiſpanaq; ſatus de matre Marullus
Hic peditem ille equitem addenſat. ſua ſigna tribuni
Expediunt. portis ruit indignata iuuentus
Præueniſſe hoſtem, & montis iuga celſa teneri.
Non aciem campo ſtatui, aut dare ſigna maniplis
Pompeianus eques patitur. uolat agmine facto
Præcipitans. Primi Mariuſq;, acerq; ſeuerus
Occultam nacti uallem, qua proxima ducit
Semita, limoſumq; ferunt ueſtigia ad amnem.
Aſtitit in ripa Marius prior. hunc uada nantem
Accipiunt tranquilla, ferox ſed flumina ſeruat
Mallius. hic duro traiecit pectora conto,
Percuſſitq; ferum ſaxo. caput abdidit alueo
Attonitus ſonipes. Marium rapit unda dehiſcens,
Atq; haſtæ rotat infixum. fortuna ſeuero
Haud melior fuit. Acta manu caua tempora quaſſat
Funda leuis, cerebroq; lapis compactus adhæſit.
Decidit exanimis, uitamq; effundit in undis.

Ter fluuio emersit iuuenis.ter gurges anhelum
Hausit hians,mox & trunco suffixit acuto.
At catulus,catuliq; genus Quintillus,& asper
Tertullus,patriiq; hæres cognominis oscus,
In leuam flexere.Comes simul additur illis
Hispanus Bicia,exclamans.Quo uertitis?huc uos
Huc iuuenes.Ite ad pontem.Dux ipse uiarum
Præcedo.Dixitq; & per uestigia nota
Delatus,pontem ingreditur.tum cætera pubes
Insequitur.furit immissis equitatus habenis
Obuius his equitumq; ciens peditumq; cateruas
Fit Rutilus.rutiliq; gener Veranius,& qui
Prima puer musis dedit ocia.moxq; secutus
Arma,tulit meritum primæ legionis honorem
Pontius.a quo etiam ducta est pontana propago:
Quem sequitur uolucerq; Melas,alacerq; Metiscus,
Et Pardus gladio melior,Chariteus hasta
Insignes hederis,meritaq; ad tempora fronde
Et cui casta comas tegit infula,certus & arcu,
Et certus conto pugnax Coruinus acuto.
Primus in aduersum torquet Veranius hastam
Quintillum:quæ præcipiti delapsa ruina
Per clypeumq; femurq; uiri,penetrauit ad imum
Pectus equi.gemuit sonipes.Dumq; excutit illam
Innitens:dum ferratis hic calcibus auras
Verberat,excussa Quintillus labitur hasta.
Accurrit pater:ac telo per tempus adacto
Deturbat rutilum.Inde Melas dum feruidus instat
Dum catulo cadit auulsus de pectore thorax
Exegit medium præcordia ad intima ferrum.
Labenti dum ferrum iterumq; iterumq; coruscat,
Sensit præcipitem uento stridente sagittam

Quam dum declinat iuuenis, forte ilia in oscum
Obuertit: lateri & telum crudele recepit.
Extraxit telum obnitens, ac talibus infit.
Non tibi mentitum osce genus, ueteresq; parentes
Profuerint, Fauno aut mater dilecta petenti.
Tum clypeo assiliens, ensem quatit, & ferit ora
Nuda osci, cum forte leuis ceruice reflexa
Cassis hiat. cruor auratis diffunditur armis
Ingeminat perq; ora Melas, perq; ilia ferrum.
Ipse iterum lateri accepit moribundus acutum
Ensem: auratum ensem, mox corruit: acer & una
Corruit oscus, & ingenti premit arua fragore.
Attonitæ stupuere acies. At Pontius instat,
Ite uiri, mecum ite uiri. Succidite pontem
Dum trepidant, nullo & liber custode tenetur.
Hæc ait, & rapta primus uolat ipse securi.
Desiliitq; pedes. Sequitur cuneata iuuentus.
Tum Bicia increpitans. Quo nunc Tertulle? quid hære:
In ferrum romane rue. atq; hinc talia fatus
In medium incurrit peditem. nec defuit illi
Tertullus. uolat aurato conspectus in ostro
Nunc iaculo, nunc ense micans. fit ui uia. Sæuit
Effera uincentum rabies, rabiesq; cadentum.
Forte ut erat prolapsus equo Veranius, alte
Sustulit attollens oculos, telumq; uibrantem
Suspexit Biciam. Quo tu quo pessime telum
Carpetane uibras? en hoc ait accipe, & armos
Vna haurit. simul abreptas detruncat habenas
Bellatoris equi. tum cominus ense reducto
Perforat, ingentemq; alta prosternit in herba.
In Biciam se cuncta cohors stipata ferebat.
Pro Bicia ferus assurgit Tertullus. At illi

Succidit iugulum parca indignante Metiscus.
Concidit ut tenuis cum flos enectus aratro est
Insignis facie puer, & florentibus annis.
Nec mora siue aliquis, dubium, miles ne deusne
Sustuleritque manum, iaculumque intorserit, intrat
Loricam galeamque inter ferratilis ornus,
Qua ceruix commissa humeris: nam fata Metisco
Nec sua non properant, Biciae seu cana senectus:
Cui caput auulsum collo Maurisius Atlas
Atque hastae infixum ostentat. Quo territa retro
Pompeiana acies, pontem turbata petebat.
Vrgebat fugientem hasta Chariteus, ut se
Proripit e specula. Simul & clamore premebat
Iuncta cohors. Illi abruptis referuntur habenis
Saeuit at hic gladio incumbens Coruinus & harpe
Vt quondam lupus in pecudes furit. omnis ab uno
Grex fugit. Ille atrox & dente cruentat & ungui.
Pontius ut sensit strepitum, ac nutantia uidit
Robora, & attrahere immanem tabulata ruinam:
Cede inquit generosa phalanx fugientibus ipsi
Ferratis ad ripam hastis incumbite, qua se
Voluit agens, retroque uagus conuertitur amnis.
Hic uero turbatus eques clamante tribuno
Constitit. Instaurata acies. Tum Pardus & actor
Sulpitiusque Aniusque, & auiti nominis Arunx
Incumbunt, uariusque & poeno e sanguine Hiensal
Marmaridesque Mahar, Atlantidesque Maharbal
Et Bostar barceus, & Pyreneus Hierus
Androclidesque Maron, Antenoridesque Boriscus,
Atque alij, decus egregium, quos traxit in arma,
Quique repostus equo Veranius, aegra trahebat
Corpora, sed uincit famae generosa cupido.

Mæoniæ nunc plectra Deæ cantusq; ciete.
Et bello decus, & decori longã addite famam.
Non alias equitum maior, seu maior equorum
Ardor: utrinq; Duces stimulant, utrinq; tribuni
State uiri, pugnate uiri, clamatur utrinq;.
Quo ruitis, Pompeius adest. incumbite fessis
Impiger aduentat Sertorius. arma cruore
Sparsa madent: crepitantq; enses, clypeiq; resultant
Impacti clypeis, fractæq; hastilibus hastæ.
Tum marius clamorq; equitum, atq; hinnitus equorum,
Dissultant ripæ, & uoces nemora alta remittunt:
Non aliter q̃ cum bello flagrante gigantum
Aeoliam ad Liparen sudat uulcania pubes.
Fit strepitus. ferriq; fluunt, ærisq; metalla.
Antra sonant ualidis incudibus. itq; cauernis
Immixtus fumo sonitus, caua murmurat Aetna
Vicinæq; fremunt ualles, Maria ipsa resultant,
Ac longe fragor ingeminans defertur ad auras.
Hic pardo suffossus equus. cadit impiger acto
Androclidesq; maron. traiectus & ilia conto
Corruit infœlix arunx, Bostarq; Mabarq;.
Ense Mabar, iaculo Bostar per pectus adacto.
Sulpitius dextra execta, læuaq; Mabarbal
Inuiti excedunt pugna. Veranius hastam
Crure trahit, Dumq; illam Anius conuellere tentat
Accipit æratam per colla exerta bipennem.
Tum uero turbata phalanx cedente Borisco,
Quem clypeo exutum & galea Catilina premebat.
Syllanum genus, & rara uirtute tribunus:
Vociferans. En qui hesperiam sua præmia poscunt
Oceano & regnare parant? Simul exigit harpen
Ore tenus: dictisq; ferox insultat amaris.

Hesperiam quam quæris habes. patauina colebas
Rura miser, nunc auratis occumbis in aruis.
Tum Fabium, Titiumq; ferit, flauumq; libyscum
Fonteiumq;, & quos elice de matre gemellos
Sustulit eleis prætor Vipsanius oris
Almonem Andronemq;: & cumanum labeonem.
Dat læto lausenum, & amicum Nerea musis,
Nerea præstantem forma, & puerilibus annis
Quem liquidis sebethos aquis: quem cærula fleuit
Parthenope, quem Nereidum chorus omnis, & budæ
Sirenes conturbatis fleuere sub antris.
Has inter strages uariusq; & fortis biensal
Stabant inuicti ferro, truduntq; trahuntq;:
Vulnera dant, sternuntq;. prior sic fatur biensal.
Macte Vari uirtute, uides qua sorte ruat res?
Fraude opus est. hunc ipse locum cape, dum mihi segnis
Fit fuga. uix hæc effatus uestigia uertit.
Insequitur Catilina, fugam celerabat biensal.
Itq; reditq; iter inceptum, fallitq; sequentem,
Dum uarius iaculum incoctum post terga sub ipsum
Infigit femur, & dictis ferus increpat. Ille
Saucius ingemuit. uixq; ad sua signa recepit.
Incumbunt tum uictores uictiq; facessunt.
Pontius interea positis uada ad ipsa maniplis
Hos cogebat & hos, ut quem fors ipsa ruentem
Obtulerat, tumulumq; leuis delatus in altum
Euentum pugnæ ut uidit turbatus & amens,
Huc iuuenes: simul ad pontem uestigia uertit.
Insequitur pedes, atq; eques. agglomeratur eodem
Cuncta manus. Simul ecce etiam fulgentia signa
Cernere erat. uolat admissis Sertorius alis.
Parte alia de colle procul romana ferebat

Se legio.uolitant aquilæ.petreius ante
Agmen agit,primusq; uias & flumina monstrat
Vt uentum ad ripam stetit impiger,& monstrato
Ponte,iubet primam confestim anteire cohortem.
Ingemuere trabes,succisaq; robora nutant
Assultu peditum uario.Tum pulsus ad amnem
Cedebat Catilina,omnisq; equitatus habenas
Laxabat:permissa cohors tabulata tenebat
Vltima:per medium raptat uestigia pontem
Pulsus eques.Ruit ecce trahens peditemq; equitemq;
Pons secum:præcepsq; cauo deuoluitur alueo.
Substitit amnis.tum ripæ intumuere profundæ,
Cõuersusq; nigras fluuius ructabat harenas.
Attonitus casu tanto,Petreius amnem
Spectabat.uolat acta manu coribantis arundo
Atq; ocreis illapsa,femur penetrauit ad imum.
Pontius e ripa exclamat.Nunc uadite segnes
Et ripam tentate dolo.cum talia fatur.
Diffundit sese in partes,ripasq; relaxat
Turgidus amnis aquis:uoluitq; ad littora fluctu
Arma,uiros,tabulas,& corpora quadrupedantum.
Stant pedites innisi hastis,uersantq; ruuntq;
Semineces.spoliant alij:passimq; secundum
Fulmina,suspendunt alte spolia indita ramis
Exanimem implicitumq; ulua fluctusq; uomentem
Eructant undæ Catilinam.Ille aera ut almum
Hausit,& accepit gratæ spiramina uitæ,
Apprendit ramum dextra,tenuitq; prehensum.
Hinc illinc oritur clamor.pugna aspera surgit
Fundarum.crepitat lapidosis ictibus amnis
Turbidus:& multo sub uerbere dissilit aer.
Exceptus tandem a socijs conamine magno

Curuatis trahitur contis, ripaq; locatus
Vlteriore, uomit madidas de pectore harenas,
Cum subijt rapidum affertur Sertorius amnem:
Et pugnam tuba terribili ciet horrida cantu.

Istrio Personatus.

Vicuit ut uidetis uates istricus.
q Sitim pati non potest. quod homericum
Ait fuisse: seq; similem illius
Mero potando noctu atq; interdiu.
Bonum poetam nisi uinosum neminem
Ait. & id recte, & quod ait re comprobat.
Heus tu cui nasus, ora, labra, guttura
Rubescunt, uino potando hoc experirier?
Taces fateris uictum. nunc hoc accipe.
Vides fortuna uariet ut hominum uices?
Pugnabant illi de uirtute & gloria.
Nos de mero. pugnabant ferro, hastilibus.
Nos uitro, nos argenteis carchesijs
Hoc nunc agite spectatores optimi.
Duces decoris pictos armis noscite.
Et gesta marte dubio certamina.
Ac sæuientes campis ignium globos
Vento rotatos, & flāmarum turbines,
Agros, nemora, peditumq; ambusta corpora,
Vna absorbentem, & cælo labentis faces.
Audire pulchrum est strages: & cadentium
Aceruos: ac cruore stagnantis agros:
Ipsum tranquillo & tuto sistere in loco.
Illuc redeat unde est digressa oratio.
Prius quieuit noster hic uates siti:
Nunc somno: uinum ut edormiscat scilicet.
Homeri hoc tm̄ habet, quod persæpe æbrius:

Maronis unum, nimio marcet ocio.
Sentitis ut apertis stertit faucibus
Hiat, muscas uenatur. Sane hoc est nouum
Aucupium. os aperit. stringit iam, tene, tene,
Lepidam auiculam. heus uitule, heus marina belua
Deliciæ oceani, surge atq; expergiscere
Postq̃ uenatus. Euge, iam erigit caput
Iam defricat oculos. iam ascendit pulpitum
Taceo. Vos spectatores animum aduortite.

Poeta personatus.

Onstitit hic lustrans oculis loca mox ita fatur
c Haud paruo fraus hæc steterit tibi magne nec ultra
Cunctatus uocat, armatos ad signa tribunos
Vos musæ memorate, etenim memorare potestis
Vobis pyrene. Arcitenens dea rettulit illi.
Vos memori egregium facinus producite fama,
Quod iuuet & meminisse & commemorasse minores.
Altilius fraterq; lycon prima agmina ducunt,
Præstantes animis iuuenes, quos Nursia mater
Marte satos, furtim patriis mandarat alendos
Montibus, & succis herbarum & lacte lycisca
Testatur nutricem auro galea alta lyciscam
At clypeo quatit ingentem Mars efferus hastam.
Proxima Siluano clarus patre, clarior armis
Agmina agit Marsus. Clypeo, lacus enatat ingens.
Ipse antro fundit liquidas & Fucinus undas.
Pandit se cono aduolitans argenteus anser
Addictus puero custos, cum paruus ad amnem
Ludit aui, puer & uitreos maris innatet æstus.
Hinc iaculo bonus, ense bonus, melior tamen arcu
Actius insequitur. argento auroq; coruscus.
Neuit acu chlamidem coniunx, quam lucus opacat

Hesperidum,pendentq; suis poma aurea ramis.
Argento serpens riget,& trahit horrida cauda
Septem orbes,micat & linguis furiata trisulcis.
Sub leuam uagina auro uiridiq; smaragdo
Irradiat distincta,& iaspide fulgidus ensis
Ad capulum.nitet & nexu noua fibula eburno.
Aurea mandebat sonipes frena.aurea cassis
Emicat:auratos spargit sol aureus ignes:
Ac serpunt hederæ per lænia tempora nigræ.
Lunat amazonium in morem pelta horrida monstro
Lernæo.Septemq; illi capita alta tumescunt.
Et latos pandit rictus fera.defluit atrox
Virus,& effuso liuescit parma ueneno.
At dorso pugnacis equi terga aspera pendent
Illa boum,tegit & crudus genua ultima pero.
Hæc uariat nemus idæum,atq; ad poenla raptus
Dardanius puer:& cupido præda acta tonanti.
Ter puerum inuadit præpes.Ter præpetis alas
Euadit puer.hinc rostro sacer ales adunco
Abreptum.Implicitumq; ungui:multumq; sub ala
Percussum,frustra auxilium,diuosq; uocantem
Ante Iouem coelo statuit.mox uersus in astrum
Inter sidereos ales micat aureus ignes.

Quem post uenatore satus patre,maximus armis
Compater.huic apri clypeo riget horrida pellis
Incoctumq; ursi tergus.latrat aspera cassis
Ora canum:duraq; horrent uenabula dextra.
Lartius hunc pater amissa genitrice,lupina
Pelle fouet tectum foliis.subq; ubera adactum
Lactentis quam cum catulis deprenderat ursæ.
Mox puer exagitare feras assueuit,& acto
Venatu tolerare famem.atq; inhiare cruori.

Qualis mane nouo cum fulgidus igne nitenti
Lucifer irradiat coelo.mirantur & illum
Pastores.gaudet charo Venus aurea signo,
Aeratam sic ante aciem nitor ora Miroldus.
Insignisque coma puer,& fulgentibus armis.
Miranturque ut tela manu,atque ut torqueat hastam
Vt gladium stringat dextra. Sertorius ipse
Concipit optatæ iamdudum gaudia palmæ.
Tum uates Phœbo charus Saxonius astur
Idem augur,cui uox auium pennæque patebant
Et curare manu doctus cantuque leuare
Vulnera,non tamen ense minor,minus utilis hasta
Laurea cingebat galeam,tegit infula crines:
Serpebant hederæ clypeo.uiret hasta corymbis.
Et capulo insignis radiabat acinacis aureo.
Hinc Aspar garamas quo non præstantior alter.
Aut torquere manu iaculum,aut dare uulnera funda
Cæruleus capiti trifido,micat ore Cerastes
Ter caudam collo implicitans.puer Aspar & illi
Assueuit,cantata daret cum pabula & aspis
Luderet infantis manibus,cum lambit & ora
Ora genasque simul,& collo lubricus errat.
Horret & insutus cetræ leo.cruda draconum
Terga humeros,crudumque tegit thoraca elephantus
Ipse arcum pharetramque humeris clauamque trinodem
Incoctamque sudem dextra gerit:& quatit acer,
Marmaricoque subinde hululans uocat agmina cantu.
Ecce decus belli rarum tritonia Birse,
Ipsa pedes quamuis,equites tamen eminet inter
Vertice iam toto,& passu præuertit euntis.
Nodosam lateri clauam fert.dextera pinum
Ingentem quassat pinum,quam fulua bipennis

Asperat.

Asperat. Ipsa exerta humeros, & brachia & ipso
Poplite nuda tenus. non illi pectora thorax:
Non galea abscondit crines: sed tornulus aureus
Circuit ingentem lato curuamine frontem,
Et multo pectus communit balteus ære,
Palladis armisonæ donum fatale. quod illi
Ferre dedit, tutum armatos munimen in hostes.
Hanc Fauno, & nympha genitam Garamantide, mater
Dum partum cælat, tergo bouis indit, & aspris
Sentibus impositam, nymphis nemoriq; relegat,
Quam dum forte lauat tritonide pallas in unda
Oblatam ut tenuit gremio, miratur & ora,
Et latos humeros, & membra ingentia. quodq;
Nec uagit, fertq; aspectum non territa diuæ:
Quodq; hastam galeamq; oculis atq; ægida lustrat
Commendat matri Tritonidi. sedula mater
Educat. Illa ut primum ætas tulit, ire per altas
Nuda genu siluas, latebrasq; intrare ferarum,
Sectari ceruam cursu: uenabula in aprum
Dirigere: & fuluum iaculo attentare leonem.
Finitimis etiam bellis assueta, nigrantem
Gerionisthenidem claua abstulit. hunc tremit omnis
Aegyptus: tremit extremi domus abdita Nili
Egregium ac cœli columen Maurisius Atlas
Accipit ob meritum donum immortale Mineruæ.
Auratam fronti uittam, atq; ad pectora balteum
Exultat quibus in bellis inuicta uirago.
Hernicus extremas acies, atq; ultima claudit
Agmina. nam iussus properare in castra Marullus
Communire manu uallum, portasq; tueri.
Ipse ostro chlamidem intextam, argentoq; nitentem
Aurea quam lato percurrit linea tractu

Insignis,fuluoq; comam notante Pyropo
Irradiat:ueluti roseo cum solis in ortu
Percussum radijs splendet mare,iam tremit unda
Iam feriunt sese radij:iam dissilit ardor
Huc illuc.nequeunt tum lumina nostra tueri.
Quinetiam auratos spargit de casside fluctus
Oceanus.splendet cano sub marmore Triton.
Fluctuat & clypeo per cærula concita delphin
Argento assurgunt undæ.Tum littora gemmis
Sparsa nitent.micat aduerso sub lumine pontus.
Hos arno genitus,nymphaq; euarchide uates
Quem musæ aonio puerum fouere sub antro
Puttius ad pugnam uocat,atq; hortatur euntis.
Dij nobis sunt tela uiri.Mars dextera cuiq; est
Vicimus.ipsa suas uictoria concutit alas.
Pax parta.Hesperius nobis regnabitur orbis,
Vt uentum est sub signa,ducem sua quemq; secuta
Est legio,ac densis cogit se exercitus armis.
Intenti expectant signum.moraq; omnis iniqua est
Oceano ueluti in magno cum cærula proteus
Agmina agit stabulis,coeunt immania monstra
Sub duce quæq; suo.feruent freta.pastor ad ipsas
Stat caulas,baculoq; greges,& uoce coercet.
Non casses,ipsi nequeunt retinere magistri.
Interea cæsos equites primamq; cohortem
Haustam undis,ripasq; & flumen ab hoste teneri
Nuntius attulerat magno:famuliq; ferebant
Impositum clypeo Petreium.ægerq; dolensq;
Substitit ad medium collem,secum ipse uolutans.
Incertus casu tanto,pugnam ne retractet
Paulatim colle excedens:an flumina tentans,
Implicitum eliciat ripis fluuialibus hostem

Fidentemq; equite atq; recenti cæde tumentem.
Hæc secum.mox accito iubet arma Cetego
Inferri ripis,peditemq; ad signa uocari.
Ipse inuectus equo.Nunc o fortissima bello
Pectora,nunc certate manu.Tot flumina nando
Emensos,torrens tenet atq; ignobilis amnis?
Vincite iam uictos,unaq; absoluite pugna
Reliquias tot bellorum.Dum talia fatur
Magnus, ab impigro pugna est commissa Cetego.
Nanq; ultra aduersam ripam uada nota secutus
Pontius institerat,campo congressus iniquo
Dum fossas & saxa inter uersatur:equesq;
Confossus cadit,& pediti pedes additus instat.
Quod postq; longe aspexit Sertorius:& quæ
Sit fortuna uidet.nulla est mora.protinus agmen
Ire iubet,dictis stimulans.Nunc lecta iuuentus
Nunc uictrix manus ad ripas.uada peruia.& ipse
Pontius insultat campo.non audet & hostis
Aut conferre gradum,aut descendere montibus altis.
Hesperiam dextra gerimus.Spes omnis in armis.
Altilius fraterq; lycon trans flumina primi
Consistunt:sequiturq; hastis innisa iuuentus.
Pars capiti scuta alta gerunt.pars insita pilis:
Pone trahunt alij.Sistunt & flumina cursum
Mole uirum,atq; undis illisa remurmurat unda.
Tum ripæ clamore sonant,collesq; resultant:
Offensa & nemorum assultu respondet imago
Vix alias tantis animis in prælia uentum est.
Successus certamen alit.dum cedere neutris
Decretum est:urgetq; ducum præsentia,& ardor
Ingeminat uires.crescit certamine uirtus.
Crudescit gladio Mauors.nec iam eminus hasta

Comminus ense agitur. humescunt sanguine campi,
Cæde natant fossæ. Tum territa terra cadentum
Corporibus tremit, & gladijs micat æreus æther.
Tercentum clypeata phalanx, hinc sub duce Hiarba
Illinc Suffeno, stabilis pedes, arma manusq;
Contulerant, ut forte alnus radice reuulsa
Conciderat: ramisq; ingens iter occupat, ut nec
Aut his aut illis pateat uia. Sæuit utrinq;
Effera uis: duriq; crepant per scuta molares:
Vt cum se Orionis iniquo sidere grando
Præcipitat, uasto crepitant sub uerbere tecta.
Hinc tacio, Lepidoq; caput ceruice reuulsum
Ense Tagi. cadit ense Remi, Turnusq; Ligusq;
Nam Liguri femur exectum: Turno ilia & ipsas
Traiecit costas, ac pectora feruidus ensis.
Per galeam cerebrumq; ac tempora guttur ad ipsum,
Assaracum secat Vfentis sullata bipennis.
Illinc & Marus, & Basso cum fratre Faliscus
Thessalicusq; Maroniades, & lydius Hypseus
Conciderant, siculusq; Corax, & Maurus Iopas.
Idem omnes eodem gladio ferus abstulit Ancus
Hic genitus Vulcano, atq; ætnæa Cianea
Fatiferum a patre ensem, atq; immedicabile ferrum
Accepit: Stygia genitor quod tinxerat unda.
Dumq; alnum truncosq; super leuis insilit Anser
Accipit æratam infœlix per guttura cornum.
Spiramenta animæ clausit telum. Ille uolutus
Singultantem animam pronus uomit. eia age Hiarbas
Exclamat: Spolia illa uiri: cum talia fantem
Ora per increpitans alis, penetrauit arundo.
Insultans cui Suffenus. spolia accipe uictor.
Ista tibi: iaculumq; quatit. suffigitur hasta

Dextera, dum excusso properat torquere lacerto.
Hic cædes miseranda oritur super Ansere tracto
Dum spolia exuuiasq; uiri cupit hostis, & hostis
Pro decore haud timet, aduersis incurrere telis.
Huc omnis legio uersa, huc sua signa Cetegus
Inferri iubet. huc contra Altiliusq; lyconq;.
Accurrunt, paribusq; animis certatur utrinq;.
Dum primā ferus ante aciē mouet arma Cetegus
Ac iaculo ferit Iasium, sternitq; Volenum
Murano clypeum auellit: transfigit utrunq;
Quercenti femur, ingeminat per uiscera ferrum
Quintilio atq; uda morientem extendit in herba.
Interea per scuta uirum, per tela, per enses
Altilius ruit infrendens. caput amputat Istro
Brachia Segnitio, nares & labra Macillo:
Tempora diffringit Catio, prosternit Omasum:
Vmbritioq; haurit iugulum, forat ilia Cosso
Præcipitemq; inter fossas, dat Amintora saxo.
Tum leua de parte lycon furiatus & amens
Quintilio extincto, Quid tu generose Cetege,
In plebem furis exclamat? Cui talia contra
Ille refert. O mauortis præclara propago
Mentitum genus in siluis, quid prælia differs?
Est clypeus. sunt tela tibi. simul iniicit hastam.
Auertit uenientem umbone. ea lapsa pependit
Marmarici clypeo. contra uenabula torquet
Dura lycon. Saltu deuitat tela Cetegus:
Illa ocreis illapsa tagi, femora ultima & inguen
Extremum rupere. Cadit Tagus. aduolat Ammon
Elatamq; alte subigit per colla securim,
Et caput affigit conto. clamore secuta est
Læta cohors: tum tela lycon, tum saxa Cetegus

Ingeminat: stringunt acres & cominus enses.
Interea paulatim acies: ac signa mouebat
Pompeius: seq; ad ripas non segnis agebat.
Ipse ostro insignis humeros, auroq; coruscus
Fertur equo: quem Neptuni de gente crearat
Mater, ab aduersi conceptum flatibus Euri.
Forte ut erat de caede equitum, de caede uirorum
Fessus, & extremum seruabat Pontius amnem,
Vidit ut incensa stipula exagitantibus auris.
Haeserat arenti trunco uapor. ille uolutus
Per frondes urgente Euro conceperat ignes
Et late ramos, flamma trepitante cremabat.
Admouit dextram trunco, auulsitq; trahendo
Pontius: & campo rapidus iacit: atq; ita fatur.
Eure pater, cui pars coeli pulcherrima seruit,
Cui parent aurae oceani, cui regia solis
Ampla uacat: quiq; & terris pelagoq; sonanti
Imperitas, quate nigrantem rex magne procellam:
Nunc exerce auras, & pennis aera uerre:
Ac meeum insidias, hostemq; ulciscere uictor.
Sacra tibi ante aras statuam uotiua quotannis
Candentis foetus ouium, intactamq; iuuencam.
Annuit, excussitq; alas deus. Illicet ingens
Tempestas coelo exoritur. fremit arduus aether:
Dant syluae sonitum ingentem. cauaq; antra resultant:
Puluereus sequitur confusa per agmina nimbus.
Dispergitq; undas flammarum, atq; omnia late
Inuoluit, iactatq; furens incendia uentus.
Tolluntur coelo fumi, glomerataq; flamma
Peruolitat, simul absorbens, stirpesq; uirosq;,
Et quamuis trepidum canerent iam signa receptum,
Telaq; proiicerent dextris, clypeosq; sinistris,

Flammatas tamen ante acies euadere non est.
Varenum Iasiosq; duos, liguremq; labullum
Cretensemq; Gian, gaditanumq; Liertem
Assyriumq; Naban, Pyreneumq; Biantem
Tris Alcmeonidas, & clarum hypsenora cantu
Erumpens atra primum de subere fumus
Inuoluit, mox flamma rubens una hausit, & alte
Iactati: mox flagranti cecidere ruina.

Constiterat forte ad saxum tardante sagitta
Narnius himbrasius, dumq; illam auellere tentat,
Exanimum exustumq; alta suspendit in ulmo
Fulmineus globus: inde euro torquente rotatus
Alconem rapit, huic barba crinisq; reluxit,
Sullatumq; alte coelo intulit, inde nigrantem
Ructantemq; ignes, medium deturbat in amnem.
Perstridere undæ attactu, fumumq; dedere,
Vt cum uersatum ardenti fornace metallum
Canduit, exceptumq; tenaci forcipe tingit
Ipse lacu faber. efferuit lacus: obstrepit unda
Et fumus petit aduolitans nigrantia tecta.
Tercentum huic capita hirta boum, totidemq; iuuencæ
Pascebant silua in magna, famam ipse secutus
Deseruit patriam, & dulcis cum coniuge natos.
Bisseptem Aufidio nati præclara iuuentus.
Surrenti domus ampla, æquano in littore turris:
Fœlices baccho colles: tot iugera campi
Totq; greges, Sarnusq; fluens per florida rura,
Et natos tamen & patriam, dulcisq; recessus
Sirenum (potuit tantum ambitiosa cupido)
Post habuit. cui primum oculos flamma abstulit. inde
Torruit ambustam dextram, uento acta fauilla.
Post tortus iaculante euro per uiscera truncus

Canduit.ipse atros spirans de uulnere fumos
Et Sarni fontem,& liquidos reminiscitur amnes,
Fatidica Vrsidio mater prædixit eunti
In bellum,fuge nate ignes,incendia uita.
Correptus flammis queritur, matremq; deosq;
Veriloquos quodq; humentem liquisset & Arnum
Et fesulas natale solum, florentiaq; arua.
Tercentum sub rupe caua,sub sentibus aspris
Deliterant simul, insidijs delecta iuuentus.
Tercentum simul absumpsit glomerata fauillis
Aura nouis,ut cum frondosa in ualle sub astrum
Pleiadum,tacta alta Iouis de fulmine quercus
Vno omnis simul afflatu per pascua circum
Grex cadit,exitioq; ruunt armenta sub uno.
Ter flammam pedibus pernix euaserat Vfens
Infœlix ora euertit,uidet ægra trahentem
Crura patrem,exanguemq; metu.uestigia retro
Præcipitat,prensumq; manu,ac ceruice reclina
Impositum trahit,& labens incendia uitat.
Improuisum anguem pressit grauis.Ille repente
Implicuit plantæ agglomerans.Dum se explicat Vfens
Dum sæuit coluber,squamosa uolumina torquens
Exilijt fumosa uomens incendia turbo.
Absorpsitq; Vfentem una colubrumq; patremq;:
Vfentem,quem ceruleis Feronia in antris
Nutrirat:puer & uiridi consueuerat umbræ.
Hunc sacrum nymphæ nemus: hunc fleuere napeæ
Circæiq; sinus:hunc Anxuris ora:lacusq;
Setini:& tacitæ rupere silentia Amyclæ.
Peruolitat turbo inuoluens siluasq; ferasq;
Densatur cœlum fumo:caligine montes
Conduntur, fluitantq; atræ per summa fauillæ,

Mox sæui erumpunt ignes.flammæq; coruscant.
Et cœlum lambit rutilans & sidera uortex.
Hinc rursus torquente euro per inane uolutus
Incumbit campis,truncosq; ambustaq; uersat
Robora,candentemq; rapit sese ante procellam.
Suffenum:armigerosq; duos eadem aura peremit
Cum geminis Varguntei͡is,libycoq; gulossa.
Vmbronem:Hisponemq; lacetanumq; Biorem
Hastatosq; numantinos,nomadumq; cohortem
Certatamq; manum,præerat cui turdulus Iscon
Iscon auis atauisq; genus qui ducit ab orco.
Vna omnis rapit unda,rapit Varūq;,Macrumq;
Gisconemq; siracusium garamantaq; Bocchum
Mox raptos flammarum hausit cirumacta uorago.
Vt cum trinacriæ campis de uertice summo
Aetna uomit rapidos æstus. It turbine denso
Sullatus cœlo fumus. mox rumpit in auras
Flamma furens.uolitant rutilæ per inane fauillæ.
Post iactante noto agglomerans flectitq; rotatq;
Huc illuc.ea lapsa faces iaculatur, & altis
Illisa arboribus,siluas,saltusq; uagatur
Incensos.ruit interea mirabile uisu
Flammarum torrens rapidus,liquefactaq; saxa
Præcipitat, simul inuoluens stirpesq; ferasq;
Tectaq; pastoresq;:furit uulcanius amnis,
Per ualles,per culta,ingens metus urget agrestes,
Vicinæq; suis diffidunt mœnibus urbes.
Haud aliter pauor inuasit.fuga cœpta per omnis
Est acies.Ite exclamat Sertorius.Ite.
Ite citi.uada nota citi peruadite. & amnem
Primus obit. Sequiturq; ducē sua quęq; iuuentus,
Et circunstetit armatus trans flumina miles.

Forte sub annosa quercu in conualle silen ti
Arcitenens dea, sæuarum de cæde ferarum
Lassa quiescebat: trepido cum excita tumultu
Surgit, & ascendit summi iuga pinea montis.
Constitit hic lustrans oculis loca. cernit utranque
Effusam campis aciem, uidet agmina & ipsos
Hinc illinc instare duces. Sæuire proteruum
Eurum atque in medijs uolitare incendia siluis:
Tot strages: tot fumantes & corporum aceruos,
Ingemuit: traxitque alto suspiria corde
Aduentare diem quo dux Nursinus acerbo
Casurus fato, hesperijs occumberet aruis.
Nam puerum templo admotum cum sedula mater
Commendat triuiæ, atque adytis Dea grata recondit,
Consuluit fratrem. frater fata abdita pandit:
Ingentem fore, & hispanis per bella per enses
Regnaturum oris: tamen illum haud tarda manere
Funera: cum pariter flammæque undæque fauerent
Pugnanti: armatumque eurus prosterneret hostem
Fatorum dea facta memor de ualle propinqua
Pyrenen iubet acciri. hæc nam fida ministra:
Hæc comes. huic omnis thalami quoque credita cura.
Illa uolat. dictis cui sic Dea fatur amicis.
Nota soror tibi fata ducis, quæ certa propinquant,
I, propera. fac signa retro: fac agmina uertat:
Pugnatum satis est. nec plura effatur: at illa
In ceruam conuersa, noto non segnior ibat.
Ipsa arcum leua stringens dextraque sagittam,
Lunauit, simul ut capita ac curuata coirent
Laxauit, simul ut flammas elapsa sagitta
Conciperet, fulsere auræ: tractu illa corusco
Emicat: & ducis ante pedes affixa reluxit.

Obstupuit tanto monitu Sertorius. Ecce
Cerua per attonitas penetrat non cognita turmas.
Agnouit Triuiæ famulam Dux: ac prior inquit,
Nota uenis: nec me fallit Dea: quadrupedemq;
Conuertit ripæ approperans. præcedit euntem
Pyrene: pedibusq; micans & cornibus aureis.
Signa canunt reditum. Sequitur tum ferrea pubes:
Oceanoq; egressa, polum nox occupat atra.

Ioannis Iouiani Pontani Dyalogus qui Antonius inscribitur finit fœliciter.

Ioannis Iouiani Pontani. Ad Actium Sincerum.
De liberalitate liber incipit.
Prologus.

SCribentem me de liberalitate Sincere Acti, noua quædam sed nec īdigna fortasse, liberalitatis ipsius beneficentiæq; subijt consideratio. ut in primo uirtutū harum loco, & quodam quasi suggestu bonarum artium magistros merito constituendos censeam, propter beneficiorū tum magnitudinem, tum etiā utilitatē. Ecqua enim uel opera uel peculia maiora, q̄ ex optima animorum informatione: aut etiam utiliora, q̄ ex illis recte institutis proueniunt beneficia, aut qd' externis e rebus collatū bonū cum bonis animi conferendum? Neq; enim spectati mores, laudabiles itē actiões, nisi a bene cōstitutis pficiscunt animis. Tot itaq; ac tātæ informātiū curæ, atq; ad excolēdos aīos instituētiū labores, suis imprimis honoribus ac præmijs uidentur merito prosequendi. Detur igitur mihi bona cum legentium

ũenia.pro suscepto præceptionis huius labore. Vt cũ de in stituentiũ laudibus hæc & sentiã & prædicem. Ne existi met meam in laudem studiorũq; cõmendationem tanq̃ præ fatum fuisse, apud te præsertim, uel amicũ præcipuum, uel studiorũ eorũdem tum sectatorem tum sociũ. Cum etiam pa trem tuũ Nicolaũ nazariũ mirifice amauerim. Massiliã ue ro matrem propter morũ sanctitatem, educationisq; tuæ sin gulare, supraq; maternã affectionem studium fuerim etiam ueneratus, uenererq; memoriã. Sed de præfatione hac mea, deq; uitæ institutoribus uirtutumq; ac disciplinarum ma gistris satis sit. Pauca hæc disseruisse, præsertim sine spe, si ne precio, absq; ambitione scribentem. Oĩno eñ meus hic p̃ cipiendi labor & fuit semp & futurus est etiã apud reges gratuitus. Neq; eñ ignoras perinde ut consiliorũ nõ raro meorum socius: sæpe etiã laborum ꝑticeps, e maximis ac dif ficillimis non semel a me confectis ac nauatis rebus, præter laudem recteq; agendi conscientiã, nihil me aliud reportas se: sola conscientia. teq; ipõ teste, gloriaq; contentũ. Quibus in rebus quanta non industria modo, uerũ moderatio etiam apparuerit mea, sit italiæ ipsius, sit galliarum, Hispaniæq; iudiciũ atq; perpensio. Te uero mi sincere, hæc ipã de libera litate a me p̃cepta & tradita, rõne sua metientẽ satis scio ꝓ pter generis ingeniiq; tui nobilitatẽ non nisi indignanter laturũ, ubi in mentem tuã uenerit, regulos quosdã, rerũq; publicarũ administratores: tantũ a uia curriculoq; liberali tatis deflexisse: ut rapinæ soli intendant, inhientq; popula rium suorũ diuitiis direptionibusq; ministrorũ. Quæ quidẽ res nequaq̃ tñ a scribendo me deterruit. Siquidẽ leges ipsæ recteq; uiuendi formulæ non iis traduntur q ipsi & sibi & aliis lex sunt, uerum illis potius qui ab iniusto inhonestoq; sunt continendi, atq; ad honestatem inuitandi retinendãq; inter ciues æquitatem atq; modestiam. Tametsi (quos æquus

etiam amauit Iupiter? quosq; Mantuanus ille tuus, non minus quam meus paucos esse uult) ii & legibus: & institutis & bonarũ actionum praeceptionibus gaudent: seseq; adiungere illis student.

Erum egestatem & ipsam humani generis societatem: cuius retinendae plura sunt uincula, homo ipse plurimum, & dando sulleuat & inuicẽ liberaliter agendo conseruat. Quod si mercatura quanq̃ precio seruiens, quia multa tñ undiq; apportat. Iure a plerisq; laudat, quanto laudabilior iudicanda est, dandi benignitas? cũ gratuita sit, ac solam benefaciendi gratiam spectet. Cui ꝙ libero homine maxime digna esset, liberalitati nomen maiores nostri fecere: & qui ea uterẽtur liberales, ꝙ ii potissimum libere agerẽt uocauere: cũ pecuniae seruire auaros putarẽt.

In eroganda pecunia liberalitatem uersari.

Vm aũt artibus etiã singulis materia proposita sit, in qua unaquaeq; uersetur suũq; artifex ex ea opus instituat, atq; institutũ informet. uidendum est quae in re liberalitas uersetur: & quae sit e proposita materia: qd etiam qui eã exerceat agendo cõsequatur. Itaq; ut fortitudini pericula tẽperantiae dolores ac uoluptates, sic liberalitati materies quasi quaedam pecunia subiecta est, in qua utenda eroganda q; qui spõte gratuitoq; uersatur, illud iure assequitur, ut liberalis uiri nomẽ adipiscatur, cũ summo etiã tum ciuiũ tum pegrinorũ testimonio: ac reipublicae in qua uersetur utilitate. Quinetiã liberaliter agendo id efficit, ut & a singulis, & ab uniuersa multitudine mirũ in modum ametur: & publice priuatimq; charus habeatur. Ne autem nomẽ ipm pecuniae (quod a pecu maiores nostri deduxere) quem fortasse turbet: (quod principi Peripatheticorũ Aristoteli, ac Romanis Iuriscõsultis placet) pecuniae ipsius uoce accipienda cuncta dicimus: quae nummo censeantur.

Liberalitatem uirtutem esse.

IPsam uero liberalitatem inter uirtutes collocandam esse, docere hoc satis potest, q cum pecuniis, & bene & male uti possumus, laudãtur ii qui bene utuntur: improbantur qui male, cumq; in precio sint honesta, ui tuperentur turpia, honesti ipsius ea uis de natura est: ut seiungi a uirtute nequeat? Ad hæc cum in agẽdis rebus peccari soleat ubi modus mensuraq; minime adhibeatur, idq; in usu etiam pecuniarum eueniat, mediũ necesse est aliquod in iis utendis conferendisq; constitutũ sit, quod qui teneat modum quoq; mensuramq; retineat, iis enim abiectis recte quidem rationi quæ uirtutũ ipsarum & dux & comes est, locus nullus relictus esse potest. Quibus e rebus plane efficitur, ut liberalitas uirtus sit: tum quia mediocritas est, tũ quia ab honesti ui, naturaq; minime recedit: nam mediocritatem eam esse extrema etiam ipsa declarant: siquidem liberalis ipse: cuius proprie liberalitas est, dandis utendisq; pecuniis ita est affectus: ut quod inter parum nimiumq; collocatur medium, semper retineat: neq; enim aut in exuperantiam dando prolabitur: aut in angustũ deficiendo cõtrahit. Quod si extrema sunt uitia, medius profecto habitus mediocritas: & quia mediocritas, ut uirtus etiã sit necesse est.

Liberalem in mediocritate uersari.

QVoniam autem duobus tantum modis a mediocritate receditur: extremaq; ipsa sibi aduersa sunt, altero quidem modo peccatur, parum omnino dando nimiumq; contrahendo, quo uitio qui sit affectus auarus dicitur: altero uero nimium dando, parum certe capiendo: quod prodigi esse proprium uolunt. Quo efficitur ut cum liberalis in mediocritate uersetur, modum mensuramq; in utroq; retineat: contra auarus: cumq; ab eo longe alius est prodigus, in neutro sibi temperet. Atq; uti fortitudo fiduciam cohibet,

metum relaxat: temperantia dolores sedat, uoluptates compescit, sic liberalitas dandi studium, contrahendiq; cupiditatem moderatur.

Pecuniam esse de genere bonorum utilium.

Pecuniam uero ipsam inter externa bona numerari cum uideam: quorum alia quidem honesta dicãtur, ut magistratus honores, sacerdotia: alia uero utilia. ut fundi gregesq; e posteriori hoc genere pecuniã esse uolumus: quippe cũ ad usũ & quidẽ rectũ honestũq; cõparari debeat: qui cõparandis diuitijs statutus est finis. quibus tñ quosdã tam anxie inhiantes uideo, ut sola diuitiarum possessione cõtenti, quibus aut defossis, aut in arca sepositis incubant, aut ampliandis ita student, ut nulli parcant turpitudini, non tam illiberales auariq;, ꝙ iniurij nefarijq; uideri debeant. Nam & si ubi quid impudenter improbeq; factũ est, quinetiam ubi quid impure dicitur: ut illiberaliter dictũ factũq; criminamur, adeo illiberalitas odio est: tamen ꝙ hi aliena eripiant, duplici apparent ratione iniusti: nam & iniuria afficiunt, quos minime decet, dum sua illis aut insolenter auferunt, aut dolo subtrahunt, & perperam parto sic parcunt, ut nec sibiipsis commodi sint, nec quibus maxime prodesse debeant, illud communicent: nec publice priuatimue beneficium ullum conferant.

Pecuniam usus gratia comparari.

Rectam aũt honestãq; diuitiarum, tum possessionẽ tũ usũ, res maxime faciũt duæ: erogãdi rõ, & cõparãdi regula, quas ꝗ teneãt, facile illi ꝗdẽ alienis abstineãt: neq; ꝓfundãt sua. Quod si Aristoteli philosophiæ magistro assentiri uolumus, usus ipse pecuniarũ, i ijs ipsis dãdis atq;

accipiendis perspicitur. siquidem acquirēdi cura, ratioq; cō seruādi eo spectat, ut possideas potiusq; ut utare: quod etiā Horatio placere intelligo: cum dit nullum argento colorē esse terris abdito, nisi usu illud tēperato resplendeat. Quoniam autem nomen ipsum liberalitatis unde ductum sit, & q̄ ea cōferat hominū generi abunde docuimus: ostēdimusq; & q; uirtus est: & q; mediocritas quædam in dandis capiēdisq; pecunijs. Adhæc cum quid ipso pecuniæ nomine intelligi oporteat: q; q; de illo genere bonorū sit quæ ad uitæ usum pertineat diximus. Quinetiam q; comparandis diuitijs usus ipse finis constitutus sit, placet de auaricia statim dicere, ut ex oris eius fedo ac deformi aspectu, tanto honestior ac dignior liberalitatis ipsius appareat forma.

De auaricia: & auaris.

A Varicia de nimio habendi affectu, cum sit dicta, satis quidem præsefert, quāto habendi ac possidendi ardore deflagret. Ipsum autem possidendi studium in quo sit uehementius is tam capiendi cupiditate (atq; etiam amplius) teneatur oportet, q̄ ab erogandi atq; impartiendi uoluntate detorqueat. Quo fit ut hic ipse auarus habendi, ac possidendi cupiditate plus nimio rapiatur, & q̄ dici potest abhorreat a dandi benignitate, conferendisq; e pecunia beneficijs. Hanc possidendi auiditatem si auarus non magis a pecunia possidetur, q̄ ipse pecuniā possidet, maiorem atq; acriorē efficere morbi solent, & corporis imbecillitas, & ipsa imprimis senectus. Ex quo efficitur ut auaricia īsanabilis morbus sit. Senes enim plærīq; omnes tenaces cum sint, uidetur cum ætate simul auaricia crescere. Ad hec etiā naturalis est habendi cupiditas: unde auaros longe plures q̄ largos inuenias. Ad hunc naturæ instinctum anni continue ipsi afferunt aliquid, efficiuntq; ut sæpenumero quos adolescentes ac iuuenes uideris profu

siores

fiores, eos ingrauescēte ætate astrictiores factos intelligas. Sed quāuis auari omnes maxime cupidi sint, teneanturq; ingenij auiditate, sintq; ad rem intētiores, ac supraq; oportet ac decet pecuniæ inuigilent, cui etiam seruire uideatur, sunt tamen aliquot eorum species: neq; enim per auaritiam uno tantum modo peccatur. Quamobrem si de singulis: pauca quædam dixerimus uideri non debet ab instituto nostro alienum. Illud autem de auaris recte dictum constat, eos nec sibi commodos esse nec alijs. Quibus tametsi comparandis conseruandisq; pecunijs nimium inest studium, dandi autem uoluntas minima, non æque tamen habendam ad rem idem consilium est omnibus Sunt enim qui rebus suis parcentes summo etiam studio rei familiari conseruandæ intenti, & q̄ potest minimum de suo impendentes ab alienis cōtineant, bonitate quadā naturæ ita uicti, ut re sua contenti, nihil turpe: nihil contra leges, contraq; humanitatem habēdi gratia faciant. Hos nominare parcos consueuimus. Eāq; animi institutionē maiores nostri dixere parsimoniā: quæ in priuatis quibusdā, tenuiq; in re constitutis, ac laborātibus multitudine liberorū humanisq; necessitatibus circūuētis, laudari merito potest In regibus uero ac principibus, et ijs ciuibus quorū res est opulētior: atq; authoritas maior: quomodo laudari possit tam minuta diligentia quæ panis etiam miculas colligat, nequaq; uideo. Sergiū Galbam qui Domitio successit Augusto. Quanq; alieni nō appetētem, iure tñ ætas illa plurimum carpsit: q; suæ quidem pecuniæ parcus cum esset, publice etiā auarus foret: neq; eñi aut secula illa dignitasq; senatoria: aut opulentum Galbe patrimoniū eam parcendi ac conseruandi diligentiam: nec aurea sella tantā e publico auaritiam patiebatur. Didij Iuliani maximi & potētissimi uiri sordem quis ferat, qui Porcellum Leporemue dono ad se missum ī triduanas partiretur cœnas. Sæpe etiā

cum nulla religio: aut abstinendi causa subesset, leguminibus oleribusq; solis contentus cœnaret. Quo ut non minus sordidus sic fortasse magis accusandus pertinax Augustus qui inter Priuatum & Imperatorem nihil interesse putauerit, dimidiatas lactucas, carduos etiam dimidiatos apponere conuiuis solitus, ac si quãdo ad amicos decœna mitteret, binas tãtũ offulas : aut paucula poma. Atq; ubi opipare magis egisse uideri uellet, gallinaceos lumbos mitteret. Quid enim principe indignius q̃ ut qui tam late imperet, animũ tam angustum etiam in uilissimis rebus habeat? Nec uero quis putet accusari a nobis, tum alios quosdam, tum Fabritium illum ꝙ magna parsimonia usus dicatur: quem tãtum abest ut accusemus, ut summis etiam laudibus prosequendum ducamus, non solum ꝙ aurum singulari quadam animi magnitudine contempserit: sed ꝙ cum uideret maiore se rerum inopia circunseptum, licet e principibus ciuitatis, licet belli Dux, maluerit tamen in paupertate illa sua parcendo uiuere, remque metiendo familiarem ab honesto non recedere, q̃ per facinus aliquod abundare. Hocque Fabritij factum si recte reputetur, si tempora considerentur ad probitatem, ad iustitiam, ad animi magnitudinem, singularẽq; integritatem, non ad auaritiam referendum iudicabitur. quippe cum non tam parcus q̃ paruo contentus, & rerum cæterarum contemptor præter q̃ laudis recteq; factorum mihi quidem fuisse Fabritius uideatur. Quo consilio instituto q; siquis uitam agat, non sit qui non illũ mea sententia uel mirifice cõmẽdet: mõ tñ ne dum uindicare sese ab auaritia & studet, & eum animum suscipit pulcherrimis liberalitatis laudibus detrahat. Et huiusmodi quidem hoĩes probari merito plurimum solent: at liberales hominum beniuolentiam nec ciuium solum, uerum etiam peregrinorum, lõge maximã sibi uendicant, ꝙ rari: ꝙ cõmodi, ꝙ eorum beni

gnitas late pateat. Aristides ille cognomento iustus cũ esset a Callia locupletissimo ciue interrogatus, cur ab se nollet accipere, respõdit, paupertate se ꝙ Calliã diuitijs multis laudari æquius esse: plures em̃ inueniri qui diuitias suas turpẽ ad usum cõferant, ꝙ qui paupertatem generose ferrent. desineret igitur paupertatem obiectare sibi, quæ nisi quibus inuitis accessisset indecora nõ esset. Hoc exemplo admonemus quosdam altitudine quadam animi despectis diuitijs, non ut parcos modo paruoq; contentos uiuere, atq; re aliena propter egregiam animi institutionem continentes, sed oblatas etiam pecunias recusare: quod eo est admirabilius quo rarius. Decreuit diuus Franciscus in summa etiã rerũ inopia uiuere: nihil habuit præter solum & quidem sordidum uestitũ. nihil omnino possedit: nõ recusabat t̃n ab alijs si offerretur quãtum diei unius uictui: eidemq; rusticano satis esset: sin minus offerretur, petebat ipse: nam ut alijs conferret quomodo præstare is posset: q nihil omnino haberet. Quocirca tanta eum homines admiratione prosecuti sunt, ut post mortem inter diuos retulerint, eiq; aras ac templa statuerint sacerdotesq; decreuerint. Parcum igitur hũc an potius humanarum necessitatum ac naturæ ipsius uictorẽ nominabimus? Sed redeamus ad auaritiam.

Complura esse auarorum genera.

e Orum de quibus dixi fere similes sunt: astricti quidam & tenaces & aridi atq; attenuati, quos tamẽ pro amplianda re familiari ne minimũ quidẽ ab honesto recessisse cerneres: ubiq; probitatis ac iusticiæ memores, sed in utendis pecunijs nimis effractos ac minutos, atq; etiam cõcisos, & ut ita dixerim exangues, quorũ exoleta semp̃ uestis, mensa tenuissima & sordida: supellex exilis eaq; carie exesa, aut si qd forte in domo splẽdidiusculum fuerit, ab usu ipso sepositũ: demũ domestici omnes sumptus per ꝙ tenues

atq; emendicati: & minutissimarum rerum importuna diligentia & cura, quos ut dixi nemo improbet, q alienis contineant honesti gratia: cæterum e dandi atq; cōferendi usu laus existit, probatumq; illud testimonio tum ciuium tum peregrinorum. Et hi quidem ab inferenda iniuria tantū abstinent cum liberales etiam beneficia conferant. Quod quanto pulchrius sit, quis nō uidet? ad hæc nihil dare, nihil alteri de suo cōferre, nihil publice priuatimue impertiri, omnino abiecti ac degenerantis est animi. Hos etiam seipsos accusantes uideas apud comicos, q seq; geniumq; suum cōparcendo defraudent. Sunt etiam qui cū nihil ipsi cuiq; de suo conferant, nihil ex alieno rapiant, non tamē contineāt honesti gratia, ut hi de quibus modo dixi: quin hoc se quidem excusare solent, ne si dando rem minuant ad turpia facinorosaq; impellantur. Verum illud magis timent ne si ab alienis contineāt, non possint tueri sua, dum alios in se prouocant, diffidunt autem ipsi sibi atq; ab inferenda iniuria manum cohibent, ne ipsis rursus inferatur. In quibus nihil uideo quod laudari iure possit, si quidem ob metum nō sponte continent. Hi ut dictum est partim tenaces astrictiq;, ptim aridi attenuatiq; cum sint, ipso nomine præseferunt de suis fortunis aut nihil aut q̄minimū cōferre, cum sua omnia tā arcte atq; astricte teneant: atq; ex arido quidem nullus manet succus, nihilq; prorsus effluat: ipsiq; ut attenuati atq; abiecti de minima ac uilissima re, nimis anxie solliciti sint: quorum qui clamores sunt, ubi quid e mēsa decidit, ubi qd e penu minus parce promptum atq; administratum est. Eorum q̄ ridicula uita sit, q̄ etiam misera. Euclio ille Plautinus docet, qui aquam plorat cū lauat effundere qui unguiū præsegmina a tōstrina domum referat. Audiebam puer de maioribus natu, Martinum pontificem maximū clanculum cereos solitum extinguere qui in diuersis Basilicæ locis suę

censi a ministris essent, nocturni luminis gratia. Ferũt Angeloctum Sacerdotẽ cardinalem, particulam hordei singulis ab equis clam subducere ipsis e præsepibus cõsuesse, secreto quodam aditu ad stabulũ a se facto: dõec a magistro stabuli pro fure deprehensus in tenebris uapulauit. Idem Martinus ut oleo parceret instituisse fertur, ut crudi familiaribus pisces a dispensatore in sportula traderentur, quòs antea coctos præberi mos esset. Vnde hodie quoq; decantat̃ familiaris cuiusdam eius uersiculus. Vnusquisq; suã digitis cõtrectat arẽgam. Sequitur deterrimũ auaritiæ genus, quod partiri plures in species, atq; ut Cicero uocat formas possumus: neq; em̃ auari oẽs pari atq; eodem modo sed alij magis, alij minus, eius squalore illuuie ac fœditate contaminantur, atq; inquinati sunt. Quo de genere sunt lænones: aleatores: item qui fœnerãt: qui piraticam exercent: q latrocinia, sicas, q̃q; sordidis ac turpibus quæstibus dediti sunt: qui etiam lucri gratia flagitiosa sectantur: seq; probis obiectant. His addẽdi qui pro quæstu etiã tenui maxima quæq; pericula adeunt: quiq; summa cum perfidia & infamia in quos benefici esse deberent, in illos uim, aut fraudem exercent. Quorũ quidẽ omniũ ea institutio est: idq; consilium, ut dum quærant, dum in domũ inferant, nihil sordidum ac turpe defugiant: nec pro exiguo quidem lucello ab infamia iter detorqueant sed cupiditate habẽdi, comparandarumq; diuitiarũ ac rei ampliandæ ardore nimio incensi præcipitesq;, cuncta undiq; corradunt: non parcunt illiberalibus: nõ abstinent sordidis: quippe quibus nullus amicitiæ, nullus religiõis, nullus honesti, nullus deniq; famæ cultus aut respectus est: lucro qualecunq; id sit cũcta post habentes. Itaq; & unde, atq; a quibus minime licet, & supraq̃ opus ẽ, & q̃ decet, quacũq; ratione capiunt. qd capiũt? tolerabilius hoc esset. furãtur, depeculant̃, cõpilant, intercipiũt: aufe

runt, extorquent, dolo, ui, fraude, malis artibus, omniq; im puritatis ac flagitij genere. siquidem horũ ipsorũ sunt cõpilationes, furta, latrocinia, uiolentiæ, rapinæ, falsæ obsignationes, iniqua iudicia, fraudes, fœnerationes, mercennaria paricidia, uenena, quibus effectum est, ut auaritia & habeatur, et sit uitiorum omniũ caput & fomes: qppe cum ad oẽ flagitij genus uiam aperiat. Quæstus autẽ cũ alij sint turpes, ut qui e fœnore, alij sordidi atq; illiberales, ut q e macello cauponaq;, alij infames, ut qui e furtis atq; grassationibus, q̃q̃ ubi infamia, illic etiã turpitudo, horum nulli ab hoc genere hominũ repudiantur. ac tametsi alios alij q̃stus libentius sequũtur, tamen oẽs omnia utilitate ꝓprijsq; cõmodis, ac lucro etiam quantulocunq; metiũtur. Nec uero tyrannos ac direptores urbium euersoresq;, nec templorũ sacrorumq; spoliatores inter auaros numerauerim, qppe cum inter impotentes iniustos, impios deorũq; contẽptores numerari potius debeant: quanq̃ de euertendis aut diripiendis urbibus aliud nõnunq̃ consiliũ haberi solet, q̃ bonorũ diripiendorum, ut euertendæ Carthaginis, Hãnibal ob innatam crudelitatẽ, summãq; iniustitiã magis q̃ per auaritiam, q̃q̃ fuit auarissimus, multa fœde immaniterq; cõmisit, cuius exemplũ nostro tempore secutus uidetur Burgũdiorũ dux Charolus, qui humanũ sanguinẽ sitire uisus est. Dionysius ob animi impotẽtiã magisq; cupiditatẽ, ne a dijs qdem manus cõtinuit. Brenni factũ dij immortales maxime impiũ iudicauere. nesciã in auarorũ ne numero an miserorũ potius collocare debeã Plautinũ illum Euclionẽ de quo dixi cuius q̃q̃ est ficta ꝑsona, tñ haud multũ abest a uera, cũ ipse haud longe dissimilẽ Euclionis noueri, q ut nominẽt dignus non ẽ. Angelus Raus Iurisconsultus Neapolitanus, nudatis uertebris lignea pala grauiter se ab ãcilla uerberari iussit, graui pœna ni obtẽperasset ãcillæ ꝓposita, at quã

ob cām? q̄d delatā ad se a cliente pecuniā, ꝗ argētea nō esset: repudiauerit. ꝑ qua mutādā cū a se cliētē acerbius obiurgatum dimisisset, ille indigne id ferēs statim cū aduersario pactus liti cessit, neq; ad aduocatū rediit. Quid hoc hoīe dicas abiectius? quē cur auarū potius q̄ seruū nominē, cām nullā uideo. Atq; hæc nūc quidē de auaritia dicta sint. de qua post q̄ disserimus, ostēdimusq; auaros supraq̄ cōsentaneū ac decēs esset pecuniæ deditos esse, cū ea quæ inuicē sibi aduersa sūt, si iusta cōstituta sint manifestiora cernant, placet de prodigis statim dicere, ut hinc auaritiæ. illic ꝓfusionis facie inspecta, liberalitatis forma, tanto nobilior atq; honestior ui sentibus appareat, siquidē cognitis extremis iisq; plane ani maduersis mediū ipm multo illustrius apparere necesse est.

Auarus ne an prodigus magis recedat a medio.

c Vm igitur dictum sit prodigi, qui est auaro contrarius proprium esse præter modum ac fine ullo delectu pecuniis uti. parūq; oīno aut capere, aut quære re, siquidem prodigus in utendis non comparandis exuperantior est pecuniis: quærendum uidetur eorum uter sit de terior. longiusq; a medio, hoc est ab ipsa liberalitate recedat. Quod tamen perfacile iudicatu est, prodigus enim mul tis prodest, quibus de suo confert, etiam larga manu, cum auarus ne sibi quidē ipsi sit commodus. Ad hæc prodigus libenter quidem dat: quod est tum liberalis: dū tamen recte id fiat, tū generosi & magnanimi, qui non est in auro pusillus & sordidus: præterea cum auaritia indies crescat, pro digus ipse tum ætate procedente, tum ꝗ necesse est, egenū tandē fieri, sæpenumero compositiores mores induit, atq; a quo recesserat medio paulatim ad illud regreditur: cūq; de profusione eius multum demant anni, reuocat ad sanitatē, cū auaritia insanabilis morbus sit. Quibus e rebus satis liquet auaros non mō longe profusis esse deteriores: uerum

morbo etiam insanabili affectos, quo superati ad sanitatem id est medium nunquam perueniant.

De liberalitate uiroq; liberali.

PRodigere a quo uerbo prodigus ducitur: immoderatũ sane usum pecuniarũ indicat. quodq; pecuniæ ipsæ in rebus plurimis, ac præsertim uenereis, tũ etiã in cõuiuijs, ac luxu prodigi soleant, hinc fit ut prodigi etiã dicãtur qui luxu diffluentes nimio, incontinentissimi sunt: quinetiã ꝙ rẽ familiarẽ ac paternũ cẽsum immoderate utendo, & ut ille inquit abliguriendo dissipãt, habenť etiã flagitiosissimi, quippe cum seipsos per luxum atq; intemperantiã perdãt. Quid est enĩ aliud potando, scortando, luxuriando, profluẽter effundẽdo patrimoniũ absumere, ꝗ̃ seipsum perdere? Qua de re nobile extat Valerij Martialis in Cinnã quendã epigramma. Dixerat Astrologus periturũ te cito Cinna: Nec puto mẽtitus dixerat ille tibi. Nã dũ tu metuis ne ꝗd post fata relinquas. Hausisti patrias luxuriosus opes. Bis quartũ decies, nõ toto tabuit anno. Dic mihi nõ est hoc Cinna perire cito? Atqui nõ est solũ perire sed quod uel flagitiosissimum est, seipsum per luxũ atq; incontinentiã perdere. Ad hæc nihil omnino, quærere. nihil sibi comparare, nihil in domum propriã inferre curamq; omnem rei familiaris abijcere, desipientis aut potius dementis uidetur esse hominis. Iure igitur huiusmodi homines flagitiosissimi habẽtur, præserti cũ exhausta re familiari ad rapinas plærũq; cõuertantur: namq; ut habeant quod dẽt, honesti lineam trãsgressi, rapacissimiq; effecti, promiscue auferunt per summũ etiam dedecus atq; infamiam. Quin ut profundendi cupiditatem exatiẽt, si satiari posset, ita nihil omnino pensi habẽt, ut etiam in hostis hoc est auari castra transeant: cuius est undecunq; sine ulla recti atq; honesti cura, non solum capere uerumetiã auferre. Quamobrẽ cũ prodigi etiã dicãtur qui

per luxũ atq; incontinentiam diffluunt, uidetur ut Aristoteli etiã placet, hoc ipsum nomen non satis proprium eius esse quem auaro opponimus. Sed ne profusus quidẽ hic proprie dicetur, quando profusionis nomen latius patet quod tamen nos haud impediet, dum res ipsa intelligatur, quo minus nunc profusum, nunc prodigum, aut profluentem dicamus: uicium autem ipsum cum profusionẽ, tum prodigẽtiã aut prodigalitatem quando hoc etiam nomẽ a doctis quibusdam receptum est: u[illegible] camus. Qui si Ciceronẽ sequi volumus ut uitium ipsum effusionem, sic uitio hoc affectum effusum uocabimus. Huius igitur prodigi atq; effusi quem auarum contra statuimus, proprium est modum mensuramq; absq; ullo delectu in utendis pecunijs transgredi: deq; re quærenda minime studiosum ac solicitum esse, & hic quidem deficiendo, ut illic exuperando uehemẽter peccat. Nec uero unũ est prodigorum genus, cũ alij nullo delectu adhibito, & dẽt & capiant, recti honestiq; in utroq; obliti. Alij autẽ in utendis uel potius abutendis pecunijs nimij, cæterorum qui de quæstu cõmodisq; proprijs nullã omnino curam suscipiant, donec exhaustis opibus egere se intelligant, quo tempore erratum a se intelligentes, paulatimq; ad rem quærendam attentiores facti, cura diligentiaq; adhibita in uiam redeũt. Sunt qui penitentia ducti, ad auaritiam turpius dilabantur, atq; omni ratione locupletari studeant, dandi consuetudine penitus omissa, uel potius repudiata. Horum nulli certum habent nomen. indifferenter tamen tum discinctos, tum dissolutos, quinetiam superfluentes uocatos ab antiquis inuenio. Qui uero in ipso cursu ante rem exhaustam effundendi moderantur impetum, persæpe ut dictum est regredi ad medium solent, dum adhibito iudicio atq; intra gyrum rationis coerciti, in eos tantum qui meriti sint liberalitatem exercent, neq; præter rectum atq; honestum commodis suis

ſtudent. Inueniũtur etiã qui illinc effuſione, hinc auariciã pariter laborent, nam ſua de re admodũ ſolliciti, ne nimium quid in quenq̃ de proprio conferũt: cæterum ad uim rapinaſq; conuerſi, aliis auferunt, quod aliis largiantur. Atq; hæc fere ſunt prodigorum genera. Ariſtoteles putat tyrãnos ac reges, prodigos minime dicendos, q tam multa poſſideant, ut dandis atq; utendis illis uix abiicere modum ualeant. Quod quidẽ ut ipſe putat, non eſt facile: ſatis tamen ipſi ſcimus Alfonſum Neapolinatorum Regem licet pluri mis & populis & nationibus imperaret, ac pace ocioq; per multo frueretur, faciendis tamen ingentiſſimis ſumptibus, edendis magnificentiſſimis ludis ſpectaculiſq;, & omnis generis rerum effuſionibus eo proceſſiſſe, ut conflato ingẽti ære alieno cum ſatiſfacere creditoribus nequiret, tandẽ decoxerit, ac dolore iraq; permotus, regii cẽſus miniſtros pleroſq; mulctæ nomine: pene bonis omnibus ſpoliauerit. Domitium Neronem Auguſtum ſumptus immoderatiſſimi, quo redegerint, cui eſt ignotum? Quocirca opulentiſſimi etiam reges, dum profundunt ſua, dum nullam facultatum rationem habent, ipſi quoq; eo deuenire quanq̃ minus ſæpe, aliquando tamen ſolent: ut exinanito ærario rei familiaris anguſtiis preſſi, atq; ad rapinas conuerſi, ad tyrannidẽ dilabãtur: cuius rei maximum exemplum Nero de quo paulo ante dixi, præbuit. Lucius commodus Antonini Auguſti filius, erga alios q̃q̃ parciſſimus, luxuriæ tamen immoderatiſſimis ſumptibus, ſeq; ærariumq; ita exhauſit, ut deficiente pecunia, quo itinerarium æs exigeret, in africam ſe ad conſtituendam prouinciam tramſmiſſurum finxerit. Alfonſus rex ut magnã auri ſummã a ſacerdotibus exigeret traiecturũ ſe cũ exercitu in Græciam aduerſus Turcas ſolẽni uoto, facta etiam re diuina publice profeſſus eſt. Vides,

quo Imperatoris optimi atq; opulentissimi filiũ, quo Regẽ præstantissimũ effusio cõpulerit? Turpissimũ est omnino fallere, in regibus uero longe tupius, p̃sertim quæstus gratia. Idem hic Alfonsus q̃q̃ esset ut ostendi ꝓfusior, huiusmodi tamen homines cisternæ rimosæ persimiles dicebat, quas ut nullus impleret himber, sic hos nulli q̃uis magni prouentus rerumq; compendia exatiarẽt. fieriq; propterea ut haud multo post dissipando exhausti egerent. In quibus illa uehementer sũt repra hẽdenda, ꝙ in homines indignos: in ministros fœdissimarũ uoluptatũ, in adulatores, in mimos, in cõtaminatissimos quosq; sua congerant, ab honestis ac probis uiris manum subtrahentes: eos autem diuitijs honestantes, qui diuitijs minime digni iudicentur. Quocirca familiaritates flagitiosorum hominum sibi adiungunt, quibus etiam sese totos dedunt, uoluptatibus capti atq; assentationibus deliniti. Varius Augustus qui heliogabalus dictus est, quẽq; ut omnium effusissimum, sic etiam inquinatissimum iure possumus dicere: libidinum suarum ministros in senatum legit sine ulla ætatis ratione, quasi parum esset honores ipsos ac magistratus uendere: at quam ob causam? ut haberet unde anserum iecinoribus canes, facianis ac psitacis leones pasceret, ut in lucernis balsamum ad lumen nocturnum intingeret. Cuius fuit illa uox impurissima, & supra quam dici potest detestabilis: nam cum e familiaribus quidam ei diceret quid malum, nonne paupertatem exhorrescis. Atqui inquit. Quid melius quam ut ipse mihi hæres sim, meæq; uxori? Eiusmodi igitur homines ni in ipso. cursu habenas contineant, breui in præceps delati, multisq; simul uitijs obruti, pessum eant necesse est: posse autem eos ad mediũ referri, illud docet, ꝙ donis afficere cum ipsi delectent: cũ sit liberalitatis, ad hanc tenendã præter delectũ mensurãq; eis

nihil deest. Auia nostra materna probatissima fœmina referre nobis pueris in admonitionibus solebat, exemplū post magnopere diuulgatum. Locupletem mulierē, unicum cum haberet filium, eumq; patre orbatum: ita illū a teneris educasse annis usq; ad adolescentiæ florem ut ipsa indulgente amplum patrimonium turpissimis artibus ante uigesimum annum absumptum ac dissipatum ab illo fuerit. Adolescentem cum egere cœpisset, assuesse rapere, furari, iusiurādum uendere. Captum autem a prætore cum ad supplicium duceretur, impetrasse ut sibi matrem sine teste alloqui in uia liceret: quæ ubi aurem filio admouisset, tum illū mordicus matris nasum appræhensum auulsisse dentibus, atq; in humū expuisse exclamantem. Sit hoc ciues precium maternæ educationis. Discant igitur matres aliæ liberos suos bonis artibus educare. Non prætor inquit sed mater me mea ducit ad suspendium. Videbimur fortasse hac in parte longiores, dū qui & quales prodigi sint, nō tantum ostēdere. Sed quæ publice priuatimq; mala ex profusionibus eueniant, exemplis quoq; ante oculos ponere uolumus. Quamobrem ad liberales, qui medium inter utrosq; tenent, transeamus.

De liberalis uiri officio, deq; delectu habendo.

e Rit igitur liberalis uiri proprium in pecunijs adipiscendis, ijsdemq; dandis & conferendis, cum delectu modum adhibere. In quibus etiam erogandis ut prodesse q̄ plurimis studebit, sic in comparandis, nocere nemini, nec a recto honestoq; recedere. Itaq; et capiet ipse quidē, & emolumenta quæret, fortunasq; suas non negliget, nec per incuriam perire patietur. Idem quoq; libenter admodū de suo tribuet, atq; hæc omnia cum delectu atq; mensura. Erit autem ita commodus alijs ut iusticiam prudentiamq;

retineat, sine quibus liberalitas nulla est. Quæret igitur et capiet, et rem familiarẽ tuebitur, ut habeat unde det. Quid enim dementius q̃ quod libenter atq; honeste facias, non id curare ut diutius et erga plurimos possis facere? Quocirca & rei familiaris commodis operam dabit. Qua in re qui effusi sunt peccant. dum sua hinc per negligentiam, illinc per effusionem perdunt: & in danda pecuniæ rebusq; familiaribus opera honestatẽ sequetur, quã auari plærunq; aut cæci cupiditate nõ uidẽt, aut præcipites calcant. Idem conferendis etiam muneribus prõptus ac pronus erit, a quibus auari non modo abstinent, sed metu ne ipsis desit, minutissimis etiam sumptibus faciendis animo deficiunt. Eum quoq; in munerando delectũ habebit, ut a recta ratione nõ declinet, a qua prodigi q̃ longissime aberrant, nam & quos minime oportet, et largiore q̃ oportet manu persæpe donis afficiũt ut aut paruã, aut nullã interdum etiã parũ rectã, tum eorũ quibus donant, tum suã ipsorũ qui donant rationẽ habeãt. Etenim ut dixi liberalitatis fons exiccandus non est, & honestas ipsa ubiq; amplectenda. Cunq; donandi ratio eo spectet, ut quibus possis & sæpe & multum prosis. non est in alios ita sinus excutiendus, uti tu ipsius immemor uideare, q̃q̃ ita quidem immemor esse non debes, ut nõ aliorum imprimis recordere & ita quidem recordere ut appareat alienis te cõmodis plurimũ incũbere, teq; ac tua sic colere, ut habeas unde subministrare ac prodesse aliis queas: at q̃ hoc ipsum habere, eo spectet ut dones, muneres, prosis q̃ plurimis. Qua e re illud efficit̃, ut liberalis primum suapte quodãmodo natura, deinde ipso habitu ad cõferẽda cõmoda ad ꝓsequẽdos benemeritos, ad erogandam pecuniã in eos qui ꝓsecutione atq; erogatione digni sunt, institutus & cõfirmatus sit, quã tamẽ decet rei suæ familiaris ratione habita. Nam & si dare q̃ accipere, & conferre aliis q̃ sibi com

parare liberalis proprium magis est.ne tamen fons ipse libe ralitatis exarescat,hinc summo studio prospiciendum est,il linc non minore cura pensitandum potius id sibi cõuenire ut aliis prosit,quam ut commodis suis studeat. Etenim alii qui dat,non qui sibi accipit liberalis dicitur.Iure igitur plurimum laudatus est Agesilaus qui cũ ipse minime egere uellet,amicis quam maxime prodesse curaret.Cæsar quoque ubique præsetulit partas bello diuitias nõ uoluptatis ac deliciarũ gratia,sed quæ uirorum fortium præmia essent apud se cõseruari.Qualis igitur liberalis sit,quam etiã ciuibus propinquis atque amicis utilis ac generi hominum pro facultatibus suis cõmodus. Ex iis quæ dicta sunt,facile apparet.Quoniam autem res ipsa nulla re apertius quam definitiõe monstratur,liberalitas ipsa finienda uidetur:eaque ut arbitror in danda pecunia mediocritas quædã est:quæ quoniam sine delectu esse nequit(neque enim retineri medium ipsum sine recta ratione potest,e qua delectus manat)eiusmodi quidem esse delectus ipse debet,ut & quid des, & quãtum etiam des,& cui,& quãdo,atque etiã quomodo,& quam ob causam diligenter consideres:in quibus omnibus cum rectam secutus rationem fueris,illud etiam uidebis ne a fine ipso, qui liberalitati propositus esse debet turpiter deflectas.Nã quod gratuitum esse illum uolumus,nullumque inde precium præter rectam beneficiendi conscientiam expectari. Dare enim ut post uberius accipias,an est aliud quam fœnerare?aut propterea cuidam dare,ut eum cui das ad uoluntatem tuã large agẽdo traducas:quod eius est qui ad utilitatem ac uoluptatem suam omnia referat.

De habendo delectu cui dandum sit.

In habendo igitur delectu,quo undique sibi liberalitas constet(nã nec satis est finem gratuitũ esse)uidere etiã atque etiam oportet cui das,in quo ne pec

cetur, & tua & illius persona cõsideranda est, qua nisi cõsiderata, teneri recta ratio neq̃at: deinde quæ sint illius merita, quæ expectatio: quod sequatur uitæ genus: q̃bus delectetur, quæ etiã ætas. Itẽ si ciuis, peregrinus, hospes, familiaris ꝓpinquus, uetus, an nouus amicus, & talia quædã quæ personæ ipsi uidentur adiũcta, quæq; nulla sunt ratione negligẽda. Marcus Aurelius ad paternum patrimoniũ cũ sorore diuidendũ a matre uocatus, uniuersum sorori concessit, auitis tantũ bonis contentus: nõ ignorauit uirũ se, illam uero & mulierẽ et sororem esse: quid mirũ? cũ in imperio cõstitutus nihil magis aut timuerit, aut deprecatus sit, q̃ auaritiæ infamiã: quã ut deterrimũ malũ & imperij labem detestatus semper fuerit. Scipio is cui postea Numantino fuit cognomen, integrã Fabio fratri hæreditatem concessit. Agesilaus quæ ex Agidis bonis delata ad se essent, cum intelligeret cognatos suos inopia pressos, cuncta ex æquo cũ illis diuidere maluit, licet iure ac ciuium indicio ad se tantum pertinuissent. Nos ipsi tametsi tenues homuntiones: licet inter tantos uiros qui numeremur indigni, prædiorum fortunarumq; auitarũ, totiusq; paternæ rei usum atq; possessionem sorori nostræ permisimus, contenti bonis ijs quæ Neapoli atq; in campania labore industriaq; nostra comparassemus. Elius Hadrianus notum sibi olim in militia, cum scabie laborantem aiaduertisset in uia, corpusq; ipm parieti atterentem q̃ seruum a quo curaretur haberet: statim & seruis illũ donauit, & ad uictũ necessaria ministrari iussit. Vides ut & se & illũ iusta considerauerit. Idẽ cũ intelligeret quosdam qui Romæ docuissent, propter ingrauescentem ætatem muneri amplius satisfacere non posse, ætatis ac diuturnæ professionis ratione habita, eos diuitiis honoribusq; honestauit, ac uacare uitæ reliquum iussit: fœminis etiam plurimis unde familiam honeste ale

rent salaria constituit. nescias liberalius ne an magis consi-
derate. Antoninus cognomento pius, quos prouincijs præ
fecisset, eos & locupletauit, & ornamentis cõsularibus do
nauit: rhetoribus ac philosophis non solũ salaria, uerũ etiã
honores ac prouincias decreuit, huius quantũ in delectu stu
dium fuerit illud declarat, ꝙ nõnullis quos ocio abuti cerne
ret, salaria e publico ꝑberi uetuerit, dicẽs nihil esse iniquius,
ꝙ̃ in eos rempublicã beneficã esse, qui nihil ipsi in rempu-
blicam conferrẽt laboris ac beneficij. Alexãder Seuerus, nõ
mõ litteratorũ genus omne, uerũ aruspices architectos, &
in quocunq; ingenij aliquid elucesceret, stipẽdijs ꝓsecutus
est. Amicos aũt, & quos bene de se meritos intelligeret etiã
ad petendum inuitabat, ꝗd est ꝙ nihil petis, an me tibi uis
fieri debitorẽ. pete: ne sit ꝙ priuatus de me querare. Nõ so-
lum aũt diligebat aduersum quos liberalis esset: sed etiã ꝓ-
uocabat quos liberalitate sua dignos putasset. Probus Au-
gustus eũ se erga tribunos centuriones milites gessit, ut in
plurimis uictorijs, ꝑter tela & arma nihil sibi e ꝑda retine
ret, quam inter milites partiebatur. Quid enim turpius ꝙ̃
imperatorẽ ipsum in partiẽda præda sociũ se militũ suorum
facere. Cui præter gloriã nihil aliud e bello reportandũ ui-
deatur. Galeatius Maria dux Mediolanensiũ, quo tempore
nebulonẽ quendã & pecunia, & uestibus etiã sericis ꝓse-
cutus esset, petenti mihi ut e duobus libellis Federici Sicu
li gesta continẽtibus, qui in Ticinensi biblyotheca seruaban
tur, alterũ daret: aut saltẽ exscribendũ permitteret, utrũq;
negauit. Quid inter hoc, & q̃ ãte posui exẽpla: interſit. Ne-
mo ẽ ꝗ non uideat. Sed qui uitia sua ꝙ̃ maxime nota esse cu
peret, quomodo aliorũ egregie facta celebrari pateretur.

Peccari autẽ hac in parte duplici modo solet, uno si nec
dantis nec accipiẽtis ratio habeatur: altero si in improbos
et minime dignos benignitas exerceatur. Quocirca sapien-
tissime

tissime ab Alexandro Seuero dictum est. Malũ pupillũ esse imperatorem, qui ex uisceribus prouincialiũ, homines nec necessarios, nec reipublicæ utiles pasceret. Hæc igitur prima lex in exercenda liberalitate teneatur, ut proborũ, improborumq; delectus habeatur: neque enim aliter recta ratio teneri potest.

De habendo delectu quid dandum sit.

Secundo loco quid detur, considerandũ est. cuius rei quem aut meliorẽ, aut maiorẽ, magistratũ adhibere in consiliũ possumus: q̃ eundem hunc Alexandrũ qui honesto loco natos & magistratibus atq; honoribus functos quos inopia rei familiaris laborare intelligebat, dũ tamen neq; per luxum patrimonia absumpsissent, neq; inopiam simularent, alios aliis cõmodis, agris, seruis, armentis, ut quẽ egere intellexisset, iuuabat: quinetiã magnificas domos a se extructas, integris atq; icorruptis uiris amicitia se cum iunctis donabat, ut non modo quid daret, sed qbus etiam daret exacte adeo pensitare uisus sit, ut histrionibus, atq; in scena se exercentibus, nihil aureum aut argenteũ, qn perraro nũmos dederit. Non cõmendamus Opilium Macrinum, qui in tribuenda annona cũ esset largissimus, auri tamen parcissimus foret. Illud reprehendi iure nequit, q̃ auri atq; annonæ delectum haberet. Quocirca tũ pricipes urbis, tum ipsi augusti hanc rationẽ secuti, militi donatiuum, populo congiarium dabant. Aurelianus Augustus tunicas uiritim per populum distribuit: lineas etiam uestes, quinetiam cum frumentum, oleum, & porcina congiarii nomĩe dari tantum consuesset, uinum etiam dandum decreuit. Cimõ Atheniensis amoueri ex agris suis sæpta atq; macerias iussit, quo poma frugesq; iis qui egerent ciuibus ac peregrinis, legere liberior facultas esset, quinetiam si quem natu grandiorem qui secum congrederetur, sordide ob pauperta

tem indutum cerneret, nouis statim uestibus donabat. Alexander Philippi filius in Asiam profecturus, nõ ante nauẽ ascẽdit, q̃ rebus amicorum egregie pensitatis, ut unicuiq; commodius uisum est, alij uillam, alij prædia: quibusdã portoria, aut annuos e domibus prouentus dono dedit. Sentis ut exactissime, quid cuiq; daret: & hic & illi dimensi sunt. Quocirca diligenter uidendum est ut quæ dono dantur & dante & accipiente digna sint, neq; enim aut grammatico cataphrattus equus, aut militi argento intectus Homerus conuenit: neq; qui dat ignorare seipsum debet.

De habendo delectu quantum sit dandum.

Consequens etiam est uidere quantũ & te dare, & illũ cui das accipere satis sit: in neutro enim peccandum est. Alexander cum animaduertisset Macedonem quẽdam defecto uiribus mulo humeris aurum ferre: ac iamiam sub onere deficere. Atqui inquit ut bono sis animo, ad tuum te tabernaculum onus istud ferre scias. hoc non multum fortasse Alexandro, at mulioni multo nimium fuit, illud pensitare: q̃ Mazei qui inter Darij purpuratos amplissimæ dignitatis erat filio, ad eam quam habebat satrapiam, alterã adiecit. Marci Antonij triumuiri filius, munerum magnitudine Philotam quendam, adeo terruisse legitur ut ille capere reformidaret. Eius pater Tetrachias ac Regna priuatis quibusdam contulit, quis hoc laudare iure possit, præsertim cum reges ac tetrarchas, regnis fortunisq; omnibus spoliauerit, ut non minus iniuste, q̃ sine delectu fecisse uideatur. Alfonsus de quo multa sæpe dicimus, in mare prolapsus, e nauicula beneficio remigis liberatus est. huic meriti gratia, quotannis dum uiueret duodecim uncias pendẽdas ex ærario statuit. Satis hoc remigio, parũ tamẽ regi,

tale præsertim ob meritũ, cum nullã ei præsentem pecuniã numerari tũ iussisset, ac sæpenumero etiã ob leuissimas causas aliis atq; aliis magnam pendi imperasset. Igitur ut mẽsura retineatur, sine qua actiones nostræ rectæ esse nequeũt quanta & dantem & accipientẽ summa deceat, exacte pensitandum est: præstat tamen de linea aliquantulũ excedere.

In exercenda liberalitate tempus quoq; obseruãdũ esse.

CVm autem sine tempore fiat nihil, tẽpus quoque uti cæteris in rebus, sit hac in re seruandum est, qua ratione & munera ipsa gratiora sunt, & uoluntas dãdi maior quodammodo propensiorq; uidetur, cum maiore etiam accipientis utilitate. Pomponius Atticus fugientem e patria Ciceronem sestertiis ducentis & quadraginta millibus donauit: cedenti Italia Bruto sestertia cẽtum millia muneri misit. In Epiro agenti sestertia trecenta numerari absens iussit: familiares quosdam Marci Antonii ex urbe profugientes, quibus rebus egere intelligebat, sponte iuuit. Nam in. P. Volumnium tam multa contulit, ut plura proficisci a parente non potuerint. Antonius Pius cum fame plures Italiæ urbes laborarent, frumento comportando ex urbe subuenit. non minore cura Hadrianus cum intellexisset populos quosdam pestilẽtia affligi. Tempus ipsum hæc omnia maiora gratioraq; reddidit. Quinetiam a principibus ciuitatum, & a regibus seruari illud solet, ut solennibus quibusdam, festisque diebus liberalitatem publice exerceant, adeo temporibus obseruandis, decorum quoddam magis emicat.

Præseferendam esse in dando hilaritatem.

IN dando quoq; uidendũ est ne quid in uultu, gestu, uerbis, appareat, quod liberalitatem ipsam perinde ac labes aliqua inficiat, quod iure in hospite illo ca-

labro ridet Horatius, cũ porcis ait, quod ille pepercisset, edẽ dum relinqui. Vnũ illud Alexãdri exemplũ docere nos abũ de potest, quid in uultu ipso dãtis, quid etiã in uerbis positum sit: ut magis magisq; gratificetur. Offerẽti militi caput ab se truncati in pugna hostis, apud nostros inquit aureũ poculum huiusmodi uirtuti solet esse præmiũ, quod te capere oportet: remitẽtiq; statim subdidit, de more quidẽ uacuũ, ast Alexãder meri plenum illud tibi ꝓpinat. dubitẽ gratius ne hoc militi, an poculum ipsum fuerit. Quocirca uidendũ est, ne qui accipit, tristem te, aut uerbis minus gratis utentem animaduertat. Ex ijs enim liberalitas ipsa, gratiam aut omnem, aut magna certe ex parte amittit.

Liberalem alienis necessitatibus cõmoueri debere.

Vanq̃ aũt illa & prima, & maxima dandi causa esse debet, ut ꝑsis, ut benefacias: & quidem gratuito, ad hãc tñ causam, & aliæ quædam adiungendæ sunt, quæ te hominem esse, ac rerum humanarum memorẽ declarent: alienisq; necessitatibus cõmoueri, & graues hominum casus miserari. M. Aurelius Antonius, labentibus uetustate oppidis auxiliũ tulit: tributa uectigaliaq; ubi necessitas cogeret remisit. Alexander seuerus cõpluribus oppidis quæ terræmotu corruissent, instaurandis ædificijs tum publicis tũ priuatis, pecuniam e uectigalibus subministrari iussit. Quã honestiorem sequi causam potuere, q̃ ut in publica iactura, publice benefacerent ciuibus? Liberalitati ac gloriæ Alfonsi regis plurimũ detraxit, ꝙ aliquot in sãnio oppidis terræmotu collapsis pene ad oppidanorum internitionem, ijs qui reliqui erant, remissionem tributorũ petẽtibus, ita responderit, an qui uita excesserãt, cuncta secum sua detulissent soluerẽt igitur tot bonorum hæredes relicti. Quãto præstantius Alexander macedo: qui plurimos ære alieno circunuentos liberauit, ingenti summa creditoribus exolu-

ta.Veniamus ad priuatos ciues.Cimon Atheniensis quos in foro inuenisset indigna egestate p̄ssos ijs statim de pecunijs quas ad manum hēret subueniebat Anicetus cyreneus captū ab æginetis Platonē pecunia sua redemit:ac liberū cū honesto comitatu remisit in patriā.Et piæ et honestæ causæ quæq; summā præseferrēt humanitatē.Quocirca maxime accusandi uidētur qui in ꝓsequendis histrionibus,& donandis scurris multi sunt,qui non solum in eo peccāt,ꝙ quibus minime cōuenit,& supraq̄; decet,largos sese exhibent sed ꝙ eū leui & parū honesta causa moueant,leues se & parum cōsideratos ostēdunt.Quo in genere horum tēporum reguli maxime peccant:atq; eo magis ꝙ in ornandis bonis ac de se benemeritis mirifice parcunt.Non tamen ij sumus qui nihil histrionibus ijsq; qui artes tractāt ludicras conferendum pro tempore ducamus,quādoquidem & his interdū delectari nō dedecet,sed ita ꝗdē cōferēdū,ne bonis ac benemeritis fiat iniuria: alliciant urq; alij ad id uitæ genus infame,dum turpissimas artes in precio esse intelligunt. Sigismundus Augustus burram Hispanum celebrem scurrā, quodā in cōuiuio argento onerauit adeo ut sub pondere idē deficeret,an cui mirum uideri debet si burra mercede tāta adductus e iurisconsulto ad scurram transierit.Nihil est aūt homine dignius q̄; hominum calamitatibus moueri ac succurrere,neq; aliud in quo uberiorem sibi gratiam cōparet benefaciendi ratio atq; uoluntas. nam hominum necessitates ridere:illisq; (cum possis) minime succurrere, quid est aliud q̄; hominem exuere,ac ferarum induere immanitatē? Quocirca factum Seleuci Regis ut impium,immane,ferū, quis est qui nō abominetur? Hic Demetrio a se capto,quāq̄; socero,petenti tamen Tyrum Sidonēq; in quibus agere uitā posset cū ipse ab īdo mari ad Syriæ littora cūcta teneret, dare omnino recusauit,adeoq; inops animi,& supra q̄; dici

poteſt a miſericordia alienus fuit, ut maximo regi ingentibus fortunæ malis ꝓſtrato, ſocero denique intra latiſſimos regni ſui fines uix anguſtũ hoſpitiũ cõceſſerit. At cõtra quam nõ piũ Antigoni factũ, & memoratu dignũ: ſummis etiam laudibus efferat: qui Alcyoneũ filiũ, Pyrrhi ad ſe caput deferentẽ, baculo percuſſum a ſe reiecerit ut barbarũ ut pollutũ inclamãs, quodque aſpectu ipſo fœdari nollet chlamidem ante oculos obduxit, miſerabilemque Pyrrhi, quanquam hoſtis mortẽ multis lachrymis pſecutus eſt. Antigoni etiam aui, ac Demetrij de quo dictũ eſt patris miſeriarũ inter lachrymãdũ recordatus. Ne quis aũt pietatẽ hãc fictã putaret, Helenũ Pyrrhi filiũ multa humanitate cõplexus in Epirum remiſit. hæ igitur cauſæ ut honeſtæ, ut piæ, ut perhumanæ quoties ad utendã liberalitatẽ mouere uidebunt, mirũ eſt quantã cõmendationẽ pariãt. Populo Neapolitano magis magiſque acceptũ fecit Alfõſum quod in uirgines quæ deo initiarent liberalis eſſet: pecunia tẽplis oblata, quã uirginibus dotis nomine dari mos eſſet.

Liberalem a dando non dimoueri propter ingratitudinẽ.

Voniam aũt eius qui dat ꝓpoſitũ illud eſſe cõuenit ut nihil ĩde præter ipſam benefaciẽdi cõſcientiã, relaturũ ſe aut ſperet, aut curet, tametſi par eſt ut qui accepit ſi poteſt referat, ſin minus habeat quã põt gratiam, tñ liberalis ipſe quod ad habendã aut referendã gratiã pertinet ſi minus ſibi reſponderi uiderit: tacitus ẽt, ac negligẽs, hoc ipſum ita pteribit, ac ſi ſua nõ interſit: & quamuis ingrate ſecũ actũ uiderit, nõ ꝓpterea ab honeſto ꝓpoſito deterrebit, nec moleſtũ id ſibi eſſe oſtẽdet, ut qui nõ eo cõſilio benigne ac liberaliter egerit. Magis aũt dolebit, quoſdã ita male inſtitutos eſſe, ut beneficiorũ imemores eſſe malint, quam gratiã habendo ſeſe gratos præſtare, illoſque in quorũ manu eſt benefacere, gratitudine ſua excitare ad beneficia conferenda elato enim inopi atque ingrato uix aliud in ciuitate aut into

lerabilius, aut nocentius inuenias.

Liberalitatis finem gratuitum esse debere.

Omnis quæ in ciuē peregrinū'ue fit pecuniæ ac fortunarū erogatio turpis est, quæ aliū q̄ gratuitū finem respicit: nec solū turpis uerū etiā periculosa: docent hoc Philippi Regis auara magis q̄ liberalia dona, quibus paulatim græcarū urbium libertatem emit. Vnde nō temere dictū illud manauit in populos. Philippi auro graeciā subuersam esse. Sed de largitione post illorum certe non minus turpe propositum qui id agunt, ut aut impurissimas uoluptates, aut parum honestas cupiditates assequantur: unde fit, ut in lænones turpissimum genus hominum plurima congerant. Nam eo consilio dare, ut plura inde referas, hoc quis nō uideat, nō ad liberalitatem sed ad fœnus pertinere? Explicatis igitur quæ ad delectū ptinere uisa sunt, cōsequēs est ut liberalitatē ipsam partiamur: quo pspectiora sint, magisq; exposita: quæ ad usum ipsum liberalitatis pertinere intelligantur.

Diuisio liberalitatis.

Liberalitas igitur cum erga alios sit, ea aut publice aut priuatim: aut promiscue in multos exercebitur. Si publice aut erga uniuersam ciuitatem prouinciā ue, aut erga tribum aliquam, quæ pars est ciuitatis. huius exemplum est. Cimon atheniensis diebus singulis domi, mensam iubebat parari, in qua quicunq; Laciadas esset discumberet: uolebat enī tribulibus suis domū semper patere. Illius egregiū præbuit exemplū. Pōponius Atticus qui publicam Atheniēsiū inopiā suis opibus sæpe sulleuauit. hoc liberalitatis genere duobus uti modis possumus, aut munerando, ut cū Alexander plurimos qui ære alieno pressi erāt, ingenti summa pro iis soluta liberauit: aut quæ debentur

remittendo debitoribus: quod fecit. Hadrianus qui aurum coronarium Italiæ remisit, prouinciis minuit: multos etiam populos tributis leuauit. Non minus etiam liberaliter Iulianus Augustus plurimis ciuitatibus debita longa diuturnitate contracta condonauit, quinetiã sua illis uectigalia restituit, utinã sint qui nosse hæc nũc uelint, ne dum ut sequi curẽt. Promiscue in multos, ut cũ Hadrianus ingẽtem summã quæ a priuatis debitoribus fisco debebatur: in urbe: in Italia, ꝓuinciisq́; remisit: singraphis etiam i foro diui Traiani patris incensis, ne unq̃ ea summa posset repeti. Priuatim ergo singulos, siue ciues, siue peregrinos, siue hospites unde hospitalitas dicta. Est aũt non modo priuatorũ ciuiũ: uerũ etiã urbium ipsarum summa laus, priuatas domos patere peregre uenientibus. Quo in genere laudis. L. Lucullus in primis claruit, tum erga alios, tũ erga græcos summa hospitalitate usus ut Luculli domus græcorũ Romam uenientium, quasi portus quidam esset. Quo genere liberalitatis qui utuntur, quantopere laudandi sint, illud docet, ꝙ maiores nostri hospitii iura sancta esse uoluere. Ac reputanti mihi quanta sint hospitalitatis merita: uident̃ nunq̃ satis digne laudari posse christiani: qui publicas domos constituere: in quibus e bonis quæ diis oblata sunt: cuiusq́; modi genus hominum paupertate, aut ægritudine laborantium, pascitur, curatur, uestitur Neapoli ĩ hospitali diuæ Mariæ domo quæ amplissima est, exposititias puellas uno tp̃e noningentas educari uidi: quod quanq̃ abunde mirandum: illud multo admirabilius, maioribusq́; laudibus prosequendum, ꝙ easdẽ pudice liberaliterq́; institutas, qui domui præsunt, honestis uiris bona cum dote collocant. Dii boni qui Florentiæ, qui Senis, qui Romæ, sed maxime Senis concursus, aut potius profugium est, ad hospitalem eiusdem Mariæ domũ, languentium hominum: quod in curandis ægrotis studiũ

quæ pietas, in omnes qui egeant tũ ciues, tum peregrinos. Hæc ideo rettulimus, ut quantopere laudanda sit hospitalitas, his exemplis manifestius pateat. Maiores nostri quod ad splendorẽ tũ urbium. tũ priuatorũ ciuium iudicarẽt hoc non parum pertinere, in ædificandis domibus illud imprimis uidebant, ut hospitibus patere possent. Quocirca ĩ hac parte Alfonsi Regis liberalitas & splendor mirum ĩ modũ uidetur extollendus. Siquidem tum oratoribus populorum aut Regũ, tũ claris uiris ad se publico aut priuato nomine uenientibus, & ædes exornari iubebat, & uictum quandiu apud se essent lautissimum ministrari, quinetiam nisi egregie a se donatos abire nequaquam passus est.

De liberalitate in deos in ægrotos in destitutos.

d E toto autem eo genere erogatiõis, quæ in deos pietatem præsefert, illud præcipue hoc in loco dicẽdũ uidetur, finem quidẽ esse optimũ, non tñ ut superstitio laudanda sit. Multi etiam in subueniendis pauperibus ac mendicantibus (quæ erogatio græce est elemosina) peccant, dum populi auras inde aucupantur, facinorosasq; cogitationes suas, ac peruersa consilia, stipe in egenos conferenda occultare uolunt. Itaq; quæ laus esse potest, ad fictã aut inanem ostentationẽ referre actiones suas? Nõnulli erogatione hac in deos ipsos utuntur, pecuniam, agros, fortunas uniuersas, omnẽq; rem familiarẽ templis offerẽtes: quibus illud uidendum est: ne dum erga deos pij uideri uolũt, iniusti efficiantur, auferẽtes hominibus quæ dijs offerunt. hoc quid est aliud q̃ deos ipsos auaros & iniustos existimare? Nec uero pauci ueniuntur. qui ut sacerdotes opipare pascant, familiaribus suis alimenta subducunt. Quocirca etiã atq; etiam uidendum est: ne dum erga deos pie erga sacer-

dotes liberaliter agere uideri uolumus, aduersus cõiunctos iniusticia utamur. Imprimis aũt deo hoibusq; acceptũ liberalitatis genus exercent, qui aduersus inopes, & humana ope destitutas mulieres liberaliter agunt. quid enim aut deo potest esse acceptius, q̃ imbecillũ sexum adiuuare? aut gratioris utilioris q; ciuitate excẽpli, q̃ prohibere, ne (quod unũ ac præcipuũ mulieris bonum est) pudicitia egestate expugnata diripiatur? Quocirca Romanus atq; Atheniensis populus dici uix põt, q̃ grate, q̃ liberaliter fecerit, q̃ in publicam honestatẽ consuluerit, cũ alter Scipionis, alter Aristidis filiabus dotes e publico contulerit. Vrsus Comes Nolanus singulis annis quibus Nolæ p̃fuit, satis bonam pecuniã puellis collocãdis decreuerat: unde & uiuus maxĩe charus Nolanis fuit. & mortuus ab omnibus desideratur. Proxima est quæ in eos qui morbo simul & inopia laborãt confertur liberalitas. Quod enim beneficiũ maius q̃ homini salutem pecunia sua procurare? quod illinc satis patet, q & Romani templa saluti constituere, & græci Ioui Sotiri sacra publica faciebant. Quinctiã Titũ Quintiũ Flaminium q ab eo græciæ libertas restituta esset sotirem in carminibus, in sacrificiĩs, in põpis testabantur. Puer ipse patria ob auitas simultates, ciuileq; dissensionem excedẽs, Neapolim cũ uenissem, graui morbo correptus, ita quidẽ a Iulio Forte Massanẽsi, qui Alfonsi Regis censui rationibusq; p̃positus erat, adiutus ac sulleuatus sum, ut q uiuimus, q hæc scribimus maxima ex parte ad illum referamus. Adolescentes quoq; quorũ anguſtiores sunt res, & in quibus ingeniĩ uis & indoles aliqua ad uirtutem prælucet, pecuniĩs sustentare, uel imprimis commendandum uidetur. Quid eñi uel priuatim beneficentius fieri potest, q̃ uadentem ad uirtutes uiatico suo iuuare? aut publice utilius, q̃ sua pecunia, suaq; opera id præstare, ne naturæ bõa, hominũ ope destituta pereãt? Al

fonsus adolescentulos quosdam cum intellexisset ob parentum inopiam, quibus ceperant disciplinis continuare operā non posse, eos in Galliā ulteriorē Parisios misit, pecunia stata quæ illis suo ex ærario suppeditaretur. Patrū auorūq; memoria clari quidam uiri, alij Perusiæ, alij Paduæ prædia ab se empta, gymnasijs dedicauerunt, e quorū fortunis paupertas adolescentium sustentaretur. qui philosophiæ aut ciuilis iuris cognitioni operam darēt. Num aut beneficētius aut utilius excogitari liberalitatis genus potuit? Hoc autē quid est aliud q̄ dare operā ut multi semper sint, qui rerum ciuiliū ac naturæ perscrutationi uacent q̄ nolle pati ob ignorantiam rerum cognitione dignarum caligare respublicas. Sed his explicatis ad ea quæ restant proficiscamur.

Liberalis officium esse præuenire.

l Iberalis autem propriū cū sit dare, idq; & rogatus et nō rogatus faciat qs dubitet, lōge eē gratius præuenire muneribus: qn̄ & uolūtariū magis uidet, ex celsioriq; ab ingenio proficisci. & qui accipit, q ex improuiso accipit dantis uoluntatē, ac munus ipsum lōge pluris facit: q.q; tanti se haberi putet, ut etiā si nihil petat, donis se tamen honestari sentiat, hoc quoq; plurimum addit gratiæ. Cum autem alij naturali quodam pudore affecti, extrema quæq; parati sint sustinere, priusq̄ aliquid petere, alij ingenuitate quadam naturæ adducti, & palam & maiore quadam animi fiducia petant, non debet id committere liberalis, ut aut illorum expectet preces, aut dū hos satiat in alios minus uti liberalitate queat: neq; enim liberalis est in unū aut in q̄ paucissimos omnia congerere, nec iusti, quæ multorum sunt commoda in paucos ea conferre.

Quæ ratio importune petentium habenda sit.

q Væ autem tum importune petentium, tum indignorum hominum ratio haberi debeat, prudentia mōstrabit. nā improbe petētibus quis dubitet dādū nō esse

Donatellus Florentinus statuarius egregius, homūtio nō inurbanus, cum importune mēdicanti stipem obtulisset: & ille dijs acceptam diceret: tunc ipē, non dijs inquit, sed tuæ importunitati, ne me efflagitando occideres. Crassus ille diues usus est præceptore Alexandro, a quo ut nihil ille unq̄ petijt, sic nihil ipse Alexandro unq̄ dono dedit. De quo quidem fertur. Semel in itinere pileum cum poposcisset, ex itinere reuersum, statim Crasso reddidisse. Incōmoda sane ac sine ulla benignitate familiaritas. Alfonsus rex quā nouā induisset ueste statim e familiaribus cuipiā destinabat: eāq; haud multo post tradendam curabat. Quocirca uerū nobis liberalitatis exēplū Hadrianus præbuisse uidetur, qui amicos & quidem nō petētes locupletauerit, & petentibus minime negauerit. Vbiq; tñ suus habendus est delectus.

Liberalis uiri officiū esse donare q̄ sæpissime.

c Vm igitur liberalis sit, etiā si possit prodesse omnibus, quis non intelligit nō semel aut raro, sed q̄ sæpissime dare illū debere: neq; enī uirtutum ipsarū actiones, ut paucæ, ac per q̄ raræ finiūtur: quas quidē plurimas esse necesse sit, ut habitum constituant. Ergo si plurimis donaturus est, ut sæpissime donet necesse est. Quæ res illud efficit cum & sæpe & multis liberalis ipse cōmodus sit, ut q̄ maxime carus acceptusq; sit omnibus, cum præsertim de illius cōmodis etiā qui nihil accepere, bene sibi promittant. Trahit aūt adeo amorē ad se omniū, liberalitas, ut in extremis terris constitutos de quibus liberalitatis fama sit, tametsi de commodis eius, nihil nobis speremus. tamen beniuolentia laudibusq; prosequamur: cōtra tenaces odio, & obtrectatione. Eminebāt uitia quædam in Nicolao quinto Pontifice maximo. Item in Alfonso rege: claros tamē atq; amabiles faciebat dandi studium. Mahometū qui nūc Turcis ac græcis imperat, q̄q̄ rebus gestis maxime inclytum,

tamen propter singularem auaritiam, quis est qui non improbet? At patrem eius Amoratũ liberalitas splendorq; etiam apud hostes cõmendauit. Plurimos aũt e cuiusq; modi hominũ genere donis afficere, ꝗꝗ est regum ac si qui regibus sunt pares, eorũq; benignitas ꝗ latissime pateat, unde magis magisq; illustris habetur, tamen qui & pro facultatibus suis quæ abunde suppetant, & ꝗ potest nõ minus sæpe ꝗ libẽter dat, an est cur hic ut ciuibus suis ꝑcommodus, ut liberalitatis meritis clarus, nõ sit etiam suis laudibus exornandus? Quibus tñ minores facultates sunt, hi respicere imprimis debent, ut ipsorum liberalitas quo rarior minusq; plena est, eo exactior ab ipsis delectus habeatur eorum in quos pecunias conferunt: nam qui plurimum habẽt ꝙ dẽt, ijs fortasse concedendum fuerit, si quid dum non multum tamẽ in delectu peccent, minus autem opulentis in hoc peccare non facile permittitur. Veneram ipse aliquando Narniam: diuerteramq; ad meritoriam tabernam cum familiaribus qui mecum iter faciebant. Tubicen non malus discumbẽtibus nobis atrium ingressus est. Inualuit enim mos ut cum peregrinus quispiam qui dignitatẽ præseferat aliquã, oppidũ ingreditur tubicines postꝗ tuba eũ salutauerint, donari se expectent. Ingredientem igitur tubicinen carleno donaui, atq; ut taceret iussi. causam requirenti cauponi, respondi me cum erga tubicinem liberalis esse nequaquam posse, si caneret eo carleno redemisse, ne illiberalis dicerer & qui cantum non possem, silentium eo argento mercatus essem.

Dona ipsa gratis uerbis exornanda esse.

Deum autem delectum quẽ plures in partes secuimus, quo dantis uoluntas manifestior appareat, ipsaq; erogatio gratior habeatur, illud etiam adiũgendum est ut læta fronte, ut uerbis pro loco, tempore, ac ꝑsona, ꝗ maxime accommodatis, quæ animi libentiam quan

dam declarent, & demus, & dedisse uideamur. Alexander Seuerus ubi quē de republica benemeritum prosecuturus esset, ante illi gratias agebat, & suo & reipublicæ nomine ꝙ ita quidem rempublicam gessisset, ut bene de ea meritus iudicaretur. Alexandro macedoni legimus affuisse quandā in conferendis muneribus alacritatem, quæ sola gratificari animū eius abunde posset. Iulius Cæsar, locupletiorem se factum dicebat quotiens fortem & benemeritum quem donaret. Anicetus Cyreneus eum remissam sibi a Platone qua eum redemerat pecuniam sensisset, ea repudiata, profecto inquit peccatum a me uideri potest, ꝙ maiore summa in Platonem exercenda liberalitas nostra fuit. Quis nō intelligat hoc dicto, liberalitatem illam, quanq; magna quidem fuit, tamen altero tanto factam esse maiorem? Tyrānus fuit Phalaris, & quidem crudelitate nobilitatus, uerba tamen eius ex ea epistola quam ad medicum scripsisse legitur, quis unquam digne laudauerit.

Epistola phalaridis ad medicum

Esciam policlete utrum ne aliquis medicinæ uim an morū in te fidem potius ammiretur. Medendi enim uis ægritudinem quæ tyrānū conficiebat superauit: mores autē, præmia quæ tyrannorum cædis causa sunt. His e rebus iustitia cum progrederetur tua, eum qui duplici periculo premebatur letalis morbi impetu, & inimicorū præmijs, liberauit. Soli nāq; tibi in manu fuit præstare, si morbo fuissem confectus ubi nihil ex arte remedij adhibuisses, tyrannū uti sustulisse uiderere. Sin minime perijssem, tamen cum prompte cūcta abs te tradita utpote ad salutē acciperem corrupisse. Potuisti itaq; uideri etiam corrupisse ad consequendos eiusmodi honores. Maluisti tamen ꝙ iniustum precium, gloriā iustā sequi An fortasse occasio ipsa quæ ægrotantē in tua me pote

ſtate conſtituerat, tyrannicidij & quidem pij locum ſortita non eſt? Quocirca cum te penes eſſet, quo me uti uelles, neq; ipſe habeam, quam dignam tanta uirtute gratiam referam. Sic ipſe quidem ſentio, dignam te deo qui artem conſtituit ſciētiam adeptum eſſe. Ac nihilominus cum ipſis me dicinæ ac fidei præmijs ad te miſi: quæ animi gratitudinem teſtarentur mei, puro ex auro phialas quattuor. Crateres argenteos noſtratis haudquaq; magiſterij duos poculorū item tericiorum paria decem: puellas quoq; intactas uiginti: cum his etiam atticorum argēteorum quinquaginta millia. Quin etiam ſcripſi Teucro a diſpenſatione, tibi ut penderet ſalarij quantum capiunt, tum nauium præfectutum ſatellitum cæterorumq; ordinum principes: exiguam profecto retributionem maximo pro beneficio, uerū in quo gratitudo ipſa manca eſt illud ſuppleuerit, confiteri me: beneficio qui ſit affectus, huic quam parem gratiam referat nullam eſſe.

Quæ ſeruanda quæ etiam uitanda ſint in dando.

Vocirca munera ipſa nonnunquam honeſtanda uerbis ſunt, & dantis animus quam poteſt erga eum qui accipit declarandus. quod fieri quidem poteſt pluribus modis, nam & munera ipſa quanquam magna, tamen ſi ad dantis uoluntatem, ſi ad accipientis merita referantur, exigua quidem eſſe dicet: contra ubi minora illa fuerint, non munera ipſa, ſed eius qui dat egregiam uoluntatem, optimumq; in accipientem animum cōſiderandum atq; alia munera, alio in tempore, & plura & maiora expectanda Laudat apud Maronem paſtor pocula illa quāq; fagina, tamen ꝙ cælatum & quidē di

uini Alchimedontis opus esset. Omnis tamen abesse debet iactantia quippe quæ maxima liberalitatis labes est: neq; ali quo modo committendũ, ut obligandi ac deuinciendi gratia aut dare aut dedisse uideare. Quin id potius præteferes, ut tu te quidẽ habiturus ei gratiam sis, ꝙ munera abs te ac cipiat: nec pecuniam te magni facere, sed quod plurimi du cas illius te amicum fore, quodq; intelligant homines, quæ tua sint, ea quoq; communia amicorum esse. Abijciendum etiam in dando superciliũ: retinendaq; facilitas est, & fron tis hilaritas illa quidem aperta atq; ut dici solet serena.

Interdum secreto quoq; dandum esse.

Vid ꝙ nec ubique palã atque in publico dãdum est? q quædã etiã per aliũ potius nonnũquã munera ipsa sic mittenda, ut qui ea mittat, ignoretur: seruãdũq; in quibusdam & erga quosdã tritum illud Cristianorũ pro uerbiũ ignorare sinistrã debere quod dextra ipsa dederit: quæ quidem seruasse Cosmum Florentinum, cuius liberali tas late erga multos diffusa est, accepimus.

Liberalẽ debere aliorũ inopiã sciscitari ut illis subueniat.

Vin etiam liberalis uiri cura, eo progredi debet, u ti q amicorum familiariũ ciuiũ necessitates, ac uiuendi difficultatem reiq; familiaris inquirat angustias: quibus inuentis, nunc frumento, nũc pannis, nunc pecunia rebusq; alijs eos iuuabit. Antonius Marci Antonij pater, pressum necessitate amicũ, nũmis cũ non posset argento po cillo iuuit. cuius liberalitas quo uideri maior possit, etiã clã uxore: quæ cum furti seruos argueret, non puduit Antoniũ quãquam uirum ac patremfamiliæ furtum a se factũ dicere, ac petere ab uxore ueniam. Borsius Extensis, qui ferrariã peregrini diuertissent renunciari ad se uolebat, demandata ministris quibusdam eius rei cura ut qui ac quales essent, di ligenter sciscitarentur, ne qui erga notos abunde liberalis

esset erga

esset erga ignotos & peregrinos parum benignus habe-retur, ad quem multarũ Italiæ urbium exules sic profugie-bant, ut ab eo nemo repelleretur. Philippus Maria Medio-lanensis, nõ solum aduersus hospites ac peregre uenientes multa liberalitate usus dicitur: sed quem fortem, et clarum uirum in Italiæ urbibus aut finitimis in regionibus ange-re intellexerat, munera ad eũ mittebat: & se & illo digna.

Liberalitatem maxime exercendam erga illos es-se, qui ea digni uideantur.

q Vamuis autem late erga plurimos liberalium beni-gnitas diffũdẽda sit, ac nullum fere genus hominũ dum id ferãt facultates a se reijciat, illorũ tamẽ ra-tio imprimis habenda est, quorum fides, integritas, fortitu-do cognita est, & in quibus præclara ingenij uis elucet, q̃d enim præclarius q̃ clarum se ac nobilẽ, & claris & hone-stis uiris donandis agere? Quid magis secundũ uirtutem q̃ erga eos q̃ præcipua aliqua uirtute præditi sunt, exerce-re liberalitatẽ? Quã ægregie Cæsar cũ diceret bello a se par-tas diuitias, quæ fortium uirorũ p̃mia essent: seruari. Pto-lemæus rex Alexãdrinus doctissimos quosq; ad se uocatos, salarijs donisq; prosecutus est. Duxit secum Alexander Ma-cedo, non unum aut paucos quosdam, sed quasi cohortes do-ctissimorum hominum. Antonius Pius non donis modo ac pecunijs litteratos ornauit: sed prouincijs præfecit: honori-busq; q̃maximis honestauit. Abundauit eruditis uiris Ni-colai Quinti pontificis maximi, & Alfonsi regis aula. hic ad ordinariam in Antoninum Panhormitam benignitatẽ, illud addidit, ut mille eum aureis ob scriptum de dictis & factis suis librum donauerit. Poggium Florentinum quin-gentis, ob conuersum e Græco in Latinum Xenophontis li-brum, qui Cyripedia inscribitur. Dionysius Syracusanus Heliconem Cyzicenum talento donauit, q̃ solis deliquium

prædixiſſet. Lyſander ob pauculos uerſiculos Antilochi poe tæ pileum argento impleuit. Ferdinandus rex grandem pe cuniæ ſummam quotannis ex ærario pendendã ſtatuit. Rhe toribus, medicis, philoſophis, theologis, qui publice Neapo li docerent: egregium ſane factum, ac perpetua commenda tione dignum, ingenia proſequi, uirtutes ornare, & ad ex colendos animos excitare iuuentutem.

Liberalitatem aliquando etiam erga indi gnos exercendam eſſe.

Recte quidẽ atq; e media philoſophia Horatius dit, dignis paratam eſſe benignitatem, tamẽ neſcio quo modo interdum debet plus apud liberalẽ poſſe dã di ratio, q̃ accipiẽtis indignitas. Quocirca etiam aduerſus latrones, piratas, & flagitioſos quoſdam nonnunq̃ libera liter fortaſſe agendum uideatur, quo eorum improbitas mi nuatur. Alexander regiũ eſſe affirmabat, a quibus male au dias, in eos & ſæpe & multũ conferre, quod ab Alfonſo re ge factitatum ſcimus, offulam enim abijciendam eſſe cenſe bat oblatrãtibus canibus. Itaq; ſuperior Proteæ cuidam di caci homini cui iure plurimum ſuccenſuerat, non modo ue niam petenti dedit, ſed quinq; etiam talenta numerari con feſtim iuſſit, quæ eſſent reconciliati in eum animi pignus.

Etiam erga hoſtes liberaliter agendum eſſe.

Cum hoſtibus quoque liberaliter agendum eſſe ma ximorum tum regum, tum ducum exempla docent An tibi uideatur indignum, aduerſum quos forti tudine, & firmitate animi utare in periculis adeundis, in prælijs faciendis, in eos quoq; ubi res tulerit. Liberalitate uti? & qui neq; uincare a periculis, neq; a mortis metu, uin ci patiere a prædæ cupiditate, boniſq; diripiendis? Cæſar La bieno q̃q̃ tranſfugæ pecunias tamen & ſarcinas deferen das curauit. Scipio Iſpanos captiuos ſine p̃cio dimiſit. Quin

& Masinissæ nepotem magnificētissime donatum. Quo gene nere liberalitatis & ipse Scipio ab Antiocho Rege affectus est, filio absq; precio remisso. Ptolemæus Rex fugato Demetrio, quos prælio ceperat Demetrij amicos, una cū eius supellectile statim remisit, missis qui dicerent, de imperio et gloria magnis uiris certandum esse, fecit idem Pyrrhus in captiuis populo Romano reddendis. Ea tamen animi magnitudine uinci se minime passus est Demetrius: nā classe Ptolemæi superata, eorum qui ceciderant corpora, magnifice sepeliri, captiuos autem omnes liberos abire iussit. Imprimis mihi clara & nobilis uisa est, Philippi Mariæ Mediolanēsis liberalitas, & animi altitudo, qui captum nauali pugna Alfonsum cum duobus fratribus altero etiam Rege, multis item regulis, non modo liberos esse uoluit, uerum nullum liberalitatis, comitatis, mansuetudinis genus in eos prætermisit. Quid enim pulchrius, q̄ quos armis uiceris, eos liberalitate ac beneficentia deuincere.

Erga benemeritos liberalitatem officiosius exercendam esse.

Quod si nullis in se collatis ante beneficijs, liberalis tamen officio suo utitur, quanto & officiosior, & liberalior esse, in eos a quibus prouocatus est beneficijs ac benemeritis debet? cum hic etiam de animi gratitudine agatur, quæ quantis efferenda sit laudibus, docere unum illud satis potest, q͡p ingratitudinem omnes mirum in modum detestantur. Quid enim iniustius q̄ non respondere beneficijs, aut improbioris exempli, q̄ per ingratitudinem deterrere alios ab officio ac beneficentia? Decet igitur liberalem quotiens præuentum se gratia, ac beneficijs ītellexerit, id præstare, ut ad gratitudinē liberalitatē quoq; adiūgat, eāq; ī remunerādo tenere rationē,

ut acceptorum beneficiorũ non solũ memor & gratus appa reat, uerũ etiam is esse qui cũ prævenire alios liberalitate cõ sueuerit, turpissimũ ducat prævictũ uinci. Quodq; nõ uinci parum sit, id aget, ut uictum a se eũ qui prouocarit q̃q̃ om nes intelligant tamen ipse adhuc dubitet, satisne a se factũ grate ac liberaliter fuerit. Scipio ob fidelem forteq; Masi nisse in populum Romanũ operã, quoniã parum uideretur Regnum ei patrium restituisse, opulentissimam partem Regni Siphacis adiecit. Alfonsus Rex Ioannem Vigin timilium, ob egregie nauatam in bello operam, multis do nauit oppidis: ut non solum grate, uerum admodũ etiã libe raliter cũ illo egisse ab oĩbus iudicaret. Artaxersis liberali tas, summaq; gratitudo, exemplo esse potest, q̃ omnis gra titudo munifica esse debeat, cui de siti laboranti Caunius quidã cũ aquæ utriculũ obtulisset, eum ille ita extulit, ut ex obscuro atq; inopi clarũ atq; opulentum fecerit. Neapolita norum Rex Ladislaus puer Regno exutus, a Caietanis su stentatus est, collata ex publico pecunia. Is parta uictoria Caietanos etiã obscurissimos sic extulit, ut nõ temere (quã quam perturbate) dictum fuerit ab Asinario quodã Asello suo. Poteras inquit meus Aselle beatus esse si Caietæ natus esses, nam aut ipse prætor esses, aut arcis præfectus.

Erga benemeritorũ liberos ac superstites liberalitate utendum esse.

Voniã aũt turpissimum est pati gratitudinẽ extin gui atq; interire, id etiam præstandum est, ut gra titudo liberalitasq; manere uideatur etiam in illos qui bene meritorum amicorum superstites sunt. Alexander Macedo, militũ qui cecidissent liberos, paterna capere stipendia uo luit. Atheniensis populus Lisimacho Aristidis filio argen ti centũ minas, totidemq; cõsiti agri iugera, post patris mor tẽ dedit, adiectis etiã quattuor dragmis quæ de publico die

bus singulis penderētur. Non solum aūt hoc liberalitatis de gratitudinis genere prosequendos esse mortuos, uerū etiā funerum sepulchrorūq; honoribus ac titulis, multa docēt: non q mortui ijs indigeant: sed q hoc maxime modo & gratitudo testanda sit, & alij ad benemerendum inuitādi. Alexander Macedo decies mille talenta in Ephestionis funus contulit. Toto hoc genere gratitudinis erga mortuos honorandos Græci Romaniq; maxime celebres fuere: condendis sepulchris: ponendis statuis, inscribendis titulis, quibus illorum uirtus testata esset posteris. quinetiam ludos, & spectacula in eorum honorē maximis sumptibus singulari splēdore edidere: quarum rerum tum græcorum scriptorū, tum etiam nostrorum pleni sunt libri.

In ijs ēt liberaliter agēdū quæ nihil ad liberalē ptineāt.

Plateenses publici boni gratia, cū pugna illa nobilis aduersum persas pararet, fines suos in quibus Eleusinæ Cereris templū esset, Atheniensibus concessere cū in agro Attico Apollinis Delphici oraculo moniti essent uti manum cum hoste consererēt. Quod factū adeo omnium laudibus celebratū est, ut Alexander multis post annis cum putaret ad se pertinere gratiam referre Plateensibus, illorum oppidum sua pecunia mœnibus cinxerit. atq; in ludis olympiacis per præconem edixerit, eam se tunc gratiam referre Plateensibus q bello Persico, agros Atheniensibus adiecerint, paratissimisq; ad mortem animis corpora sua pro communi græciæ salute obtulerint. Memoriæ quoq; proditum est, Senatum populūq; Ro. aduersum Acarnanes liberalitate nō mediocri usum in referenda gratia, post multa etiam sæcula, q illi Aeneam auctorem & urbis & generis, extorrem patria profugūq; ad Acarnanis oras diuertētem cum classe, portubus, hospitioq; benigne accepissent. Itaq; donati ob eam sunt causam Acarnanes, Leucade, &

Anactorio: q̄ oppida Romanus exercitus Corinthijs ademisset: addito etiam decreto ut Acarnanes, Echinadibus æquata cum Etolis potestate communiter imperarent. Quæ res plane monet liberalis uiri proprium esse, etiam quæ nihil ad ipsum attineant liberaliter a se ubi res tulerit prosequenda esse. Quid enim præstantius q̄ quod ubicūq; terrarum fiat cum uirtute aliqua, putare id ad suam etiam gratiam spectare, ut qui uideatur honestādarum uirtutum patrocinium suscepisse.

Erga deos præcipue liberaliter agendum esse.

Vid si erga homines, hominumq; actiones illas quidem rectas atq; honestas ita institutū esse oportet, qua pietate, gratitudineq; liberalis uir erga deos affectus erit, republica præsertim bene atq; e sententia gesta. Agesilaus rebus fœliciter gestis bieunio supra centum talenta, quasi decimam quandam Delphis Apollini consecrauit. Populus Romanus uictorias suas, q̄ omnes dīs immortalibus ascriberet, declarant tot templa Romæ illis posita dedicataq;, tot ludi a consulibus uoti, tot supplicationes decretæ, tot sacra in capitolio priuatim ac publice facta. Quod si rectoribus urbium propter iustam administrationem: parentibus propter procreationem educationemq;: amicis propter beniuolentiam & coniunctionem, nemo bonus nō maxime gratus esse studet, quales erga deos immortales esse debemus, quorum munera tam late pateant erga genus humanum. Quanquam autem illi quidem opis nostræ minime indigent, tamen haud scio an eo magis pietatem gratitudinemq; erga eos nostram dictis factisq; omnibus testari debeamus. Non indiget uiuentium gratitudine Virgilius. Silius tamen Italicus sepulchrum eius quottidie pene inuisebat atq; adornabat muneribus quis autē qui modo aliquid e philosophia degustauerit, non se Aristotelis manibus gra

tiam habere q̃ maximã intelligat, qua tñ ille nulla indiget. Quamobrem maximũ mihi gratitudinis genus uidetur: eo magis gratum se erga deos ostendere, quominus illi gratia nostra indigent.

Exempla quædam gratitudinis.

Accusatus est Cato Porcius, q̃ qui donu cõsenuerat serui, eos ut senectute cõfectos ac parũ iã utiles uenales faceret. Iure q̃dẽ accusatus, ac si utilitate sublata, nihil humanitatis tribuendum iudicaret hominibus: nã quãquam serui, tamen q̃ homines, q̃ nobiscum plures annos uictitarint, q̃ operas suas in nos, liberosq́, remq́ nostram familiarem diuturnius contulerint, humanitate, liberalitate, gratitudine complectendi sunt. Nuper Ferdinandus Rex, equum quo egregie usus aduersus insidiãtes fuerat, freno liberauit: uacuũq́ labore omni esse uoluit, stabulario cuidã data pascendi eius cura. Cui non est etiam abunde nota Alexandri gratia in equum illum suum, in cuius honorem urbem edificauerit de nomine eius [dictam.] Quibus equabus Cimon Atheniensis tertium uicerat in olympiaco certamine, iis sepulchrum statuendum prope suum monumentum curauit. Populus Atheniensis publica alimenta ad extremum uitæ diem mulis decreuit, quorum laboriosis operis in Hecatompedo ædificando usus esset, qui tametsi ob annositatem libertate donati, uacuiq́ incederent, tñ ne ipsi quoq́ minus grati aut officiosi uiderentur duces sese præbebant & exhortatores itineris ac laboris iumentis aliis ad onera conuectanda. Et nos erga deos ingrati erimus quorum beneficia tam late pateãt? ut ab eis tanquam perenni fonte, bona cuncta perpetuo quodam cursu profluant: ut si recte dictum est ut quidem esse constat, dei metum, sapientiæ principium esse: recte etiam dicatur, pietatem erga deum ac gratitudinem humanæ fœlicitatis initium esse.

Egre ferēdū esse a liberali ubi munera sua spni senserit.

n On solū autem gratitudo erga eos qui benemeriti sunt, propensaq; dandi uoluntas liberalem decet. Verū si quid a se omissum intellexerit in cōferendis cōmodis, si liberalitatē suā, suaq; dona repudiata cognouerit egerrime feret, nam si dādi studio tenet, iustus profecto dolor illum capiet: ubi quid a se quod officij esse sui senserit, omissum intelliget. Ad hæc si mirificam e benignitate uoluptatē capit, iure dolore etiā graui afficiet, ac si ereptā sibi uideat fruendæ uoluptatis causam, ubi muneribus suis aditū nullū esse cognouerit. Memoriæ proditū est Pyrrhum Regē Epirotarum Esopi mortē permoleste tulisse, & quāuis cum illo bene actum diceret, mirifice tamen cruciari seq; improbum dicere, q dum prosequi illū differt: gratiā uiuenti non rettulerat, creditā quidē pecuniam post mortem creditoris hæredibus solui honeste licere, at gratiā cui ea debet, nisi uiuenti uir honestus & gratus rettulerit, iure plurimū offendi ipsum debere. Subiratus est Alexāder Phocioni Atheniēsi q munera ab se missa repudiasset: ac si inter amicos habiturus non esset. Quocirca danda est opera ne quid quod ad officiū suū spectare senserit liberalis uir omittat, quin illud ab eo præstādū est, ut quod libenter facit, fecisse ēt diligēter uideat.

Videndū esse ne priuata liberalitas publice obsit.

i Llud etiam uidere liberalem oportet, ne liberalitate sua reipublicæ obsit, neq; eī cōmittendum est, ut dum unius aut paucorū utiliati consulitur, in publicam peccet utilitatē. Induxit Dominus Nero Augustus aliquando animum ut omni genere uectigalis prorsus adēpto, pulcherrimo hoc munere, mortalium genus donaret: quam Nerouis uoluntatem, seu potius impetum Senatores q nō liberalem, sed Imperij dissolutionem dicerent continuere: prius tamen animi eius magnitudine multū laudata: quæ

quo tandem reciderit, oēs norunt. Non caruit publica campanorū accusatione Ferdinandus Rex, ꝙ dū priuato studet ciui, Capuæ uinariū uectigal instituerit. Absit igitur etiam longius a uiro liberali eiusmodi consilium, ut ob priuati cius utilitatem despiciat publicam.

Dandum etiam liberalius esse ubi munera aliquando dilata fuerint.

q Voniam autem ut dici solet, liberalitas non semper habet ad manum quod det, studendum est, ut si qd distulerimus, cū sese facultas obtulerit & uberius & alacrius id præstemus: atq; ubi quippiam promiserimus ita memores uidebimur, ut cum faciendorū promissorum occasio sese præbuerit, multo lætiores ad soluēda promissa ꝗ̄ quibus promissum est ad accipienda uideamur.

Turpe esse in quibusdam liberalem uirum a plebe superari.

i Llud etiam uidendum ne quibus in rebus uulgus se largum ac diffluentē exhibet ī eo se contractiores ac minus uolentes liberales uiri præbeāt. Octauius Augustus ut strenam ab infimis accipere dedignatus non est, sic in ea mittenda largus admodum ac liber fuit. Elius Hadrianus saturnalitia ac sigillaria, etiam inopinantibus mittere solitus est: quæ ipse libenter accepit, ut ijs magis ac magis ad par reddendum inuitaretur. Laudatus est Ferdinandus Rex, ꝙ populis quibusdam strenam remisisset, antiquis principibus inueterato quodam iure quotannis pendi solitam. Idem tamen magnopere accusatus, ꝙ eiusdem conferendæ familiaribus suis morem maiorum non seruauerit.

Liberale factum regum Alexandrinorum.

f Vit non minus nobile q̃ liberale Alexandrinorum regum institutũ, ut qui capitis dãnati essent pridie q̃ securi percuterẽtur, eis munuscula quædam mitterentur regis noĩe: qbus uidelicet erga carceris custodes, aut a quibus beneficiũ quid in carcere accepissent, gratos se se ostenderent.

In testando uidendũ esse liberali quid se dignum sit.

n Ec uero supremũ uitæ tempus prætereundũ est liberali: ne quod Cicero ait, tanq̃ ab inerti poeta ultimus actus neglectus uideatur. Quocirca in scribendis tabulis, nõ solũ iustitiã sequẽt, uerũ etiã liberalitatẽ. Antoninus pius testamẽto liberalitatem suã plurimis legatis manifestissimam fecit. Iulius Cæsar singulis ciuibus dragmas q̃nq; & septuaginta tradendas cauit: nõ solum enim priuatim inter paucos, sed publice inter oẽs benignitatem suã relinq̃re testatã uoluit. Quo tpe etiã gratitudinis ratio habẽda est: uidendũq; ne mors ipa aduersum deos hoĩesue ingratitudinis conuincat. Ac tametsi in ipõ testãdi genere leges institutaq; municipalia, qbus optemperandũ est plurimũ ualent, ad liberalitatẽ tamẽ ac gratitudinem exercendã: cuiuis prudenti, modo id uelit, locus ultimo etiam uitæ tempore relinquitur.

Liberalitatẽ neq; fictã neq; callidã eẽ debere s; gratuitã.

q Voniã aũt in ciuitate uiuẽti, uitaq; communi famæ cũprimis studẽdũ est, plurimũq; opinioni hoĩm dãdũ illud in utenda liberalitate cõmodisq; cõferẽdis imprimis præseferendũ est, ut erogatio ipa tũ simplex appareat tũ gratuita, ac nullo mõ callida nõ captet: nõ mercetur: nõ emat: nõ sit ficta ut aliud manu gerat, aliud animo. Quocirca iure maximo laudatus est Põponius Atticus cuius liberalitas rebus ipis iudicari potuit q̃ eẽt simplex: qppe q nõ florentibus seipm̃ uenditauerit, sed afflictis opa, pe

cuniaq; sua semp succurrerit: qui Seruiliam Bruti matrem post filij mortẽ nõ minus coluerit, q̃ illo florente, qui Fulviæ Marci Antonij uxori pluribus modis ac litibus uexatæ sic affuerit, ut nullũ ea sine Attico uadimoniũ præstiterit: quin ipẽ sponsor rerũ oĩm fuerit: necessariamq; pecuniã non tantũ sine fœnore, sed sine ulla stipulatione crediderit: ut q iudicaret maximũ atq; honestissimũ quæstũ esse memorẽ se ac gratũ a ciuibus atq; ab amicis cognosci, eũq; sese gerere q nõ fortunæ amicus, s; hoĩm consueuisset esse.

Quæ potissimum cauenda sint uiro liberali.

On solum autem simplex eẽ debet erogatio, sed in omni uitæ genere liberalis uir ita se instituet, ut omnem prorsus fugiat auaritiæ suspitionem. ne qs autem de turpi quæstu, infami lucro, illicitis emolumentis solum me putet loqui, consideret quæ a præstantissimis & clarissimis principibus cauta diligenterq; euitata referam. Hadrianus Augustus damnatorum bona, non in priuatũ fiscum, sed in ærarium publicum referri iussit. Antoninus pius ab omni lucri genere abstinuit, quo puinciales offendi possent, quadruplatores amouit. Si qui repetundarum damnati essent, eorum liberis bona restitui iussit dumtamen quæ parentes male accepissent, ipsi prouincialibus redderent. Aurelius Antoninus, delationes quibus fiscus augeretur, audire contempsit. Exhausto ob bellum Marcomannicum ærario, cp nollet prouinciales extraordinario tributo grauari auctione augustalium ornamentorum in foro. Diui Hadriani facta etiam pocula cristallina, quæq; in delitijs habebat, uendidit. Extat Aureliani Augusti epistola cuius particulam inserere placuit, ut intelligant qui imperant: ex oratione tanti principis, quam procul omnem a se auaritiæ suspitionem relegare debeant. Heraclemonem inquit occidi passus sum, neque enim mihi fidem ser

uasset, qui patriæ non pepercit. Diuitem hominem negarē non possum: sed eius bona liberis reddidi, ne quis pecuniæ causa locupletē hoīem occidi passum criminaret. Hos quis nunc laudare satis digne posset? cū præsertim uideat, principes nostrorū tēporū: nihil prius aut potius curare q̄ quō subiectorū pecunias extorqueāt: & pinde ac parū sit illas extorquere eiusmodi etiam mercaturas exercent, quæ priuatos & obscuros homines in quibus aliqd inest ingenui animi, exercere ppudeat: quid q̄ magistratus, honores, dignitates sacerdotia uenditant, adeoq; faciendo quæstui habēt cuncta promiscua ut nullus famæ respectus, nullus dei metus, eorum insit animis. Lucrum apud eos possit omnia.

De ratione accipiendi.

Enio nunc ad alteram illam partem quæ capiēdi regulam continet. nam liberalis ut initio dictum est, capere etiam debet: quod ni fecerit breui fons ipse liberalitatis arescat necesse est. Abstinebit itaq; a quocunq; infami quæstu, turpi emolumento: fœneratitio reditu, parum licito compendio, ab omni deniq; inhonesta atq; illiberali commodorum adeptione. Ex iis enim quæ turpiter parta sunt, quæq; ex inhonestis cōmodis proueniunt, quomodo proficisci dandi pulchritudo possit, non uideo, cum deceat imprimis mundas manus donātem habere: quas fœdari ex illiberali prouentu necesse sit. Non puduit principem orbis terrarum Vespasianū ex ustrina uectigalia colligere. Quid fœdius? Pertinax Augustus, non aliter q̄ priuatus ac sordidus ciuis mercaturas exercuit. Quid indignius? e Neapolitanis regibus quidam hoc exemplum secuti prouinciales ad inopiam redegere, erepta illis mercaturæ facultate: quid iniustius? Quid q̄ sordidi etiam quæstus ne dum turpes declinandi? Video purpuratos quosdam, oblata munuscula, petasunculos, altilia, poma, uenalia exponere: lu-

lucrumq; ex ijs quærere, quibus familiares, amicosq; pascẽre par esset. nesciam iniustius an sordidius cõparatum hoc sit. Ex alea lupanariq; decreto etiam publico tributa exigũtur, quid impurius? tametsi perditissimorũ hominũ ac mulierum damno exiguntur. Quamobrem ne dum turpes sed etiã sordidi quæstus fugiendi sunt. Quid ꝙ ut minuta quædam perinde ac maiora dona, grato animo accipienda sunt Artaxersis exẽplo, quem traditum est, nullum quãuis exiguum munus non læta fronte accepisse: quippe qui haustã e profluenti aquam, iunctis offerentẽ manibus, aurea phiala & denarijs mille prosecutus fuerit, sic quædam quãuis legitime oblata renuẽda statim sunt. Antoninus pius: cum institutus a quibusdam hæres testamento esset, ubi cognouit liberos illis suos esse, repudiauit hæreditates, quædã etiam licet absq; ulla capi reprehensione possint, nonnunq̃ tamen recusanda uidentur: quod Atheniensis fecit Cimon: q Persam hominem, ꝙ patrocinio uti suo uellet, pateras duas offerentem, alteram aureorum plenam, argenteorum alteram: ea acerbitate ab se reiecit, ut diceret mercennarium se non esse, quin si sua uti uellet amicitia quæ secum detulisset, domum referret munera. Intellexit uir liberalissimus, quid liberalem deceret. Ergo quæ capienda sint, quæ etiam repudianda, uir liberalis uidebit: nequa parte sibijpsi desit. Quinetiam ut quæ oblata sunt munuscula, ita sibi grata eẽ significabit, ut plurimi ea facere uideatur, sic in lucris commodis ac prouentibus omnibus animũ uultumq; q̃ potest moderabitur, ne gestire quæstibus uideatur: sed ob id solũ eos sibi gratos eẽ, ut habeat unde sumministrare alijs q̃at.

Beneficiorũ exprobrationẽ liberali uiro indignã esse.

Vanq̃ autem liberalem ac beneficum uirum mutuare beneficium ipm minime decet: aut gratiã inde reposcere, tametsi casus aut ratio aliquando po

ſtulet, etiã atq; etiã uidere debet ne quo modo exprobrare il lud intelligatur. quod quid eſt aliud q̃ pulcherrimã liberalitatis ſpeciem fœdare uelle. Quocirca uerecunde & parce. nec ut qui repetat, ſed ut q benigne agi ſecũ mutuo cupiat. Quo in genere peccaſſe uehementer Marcum Craſſum diuitem illum conſtat: qui tametſi pecunias ſuas multis ſine ullo fœnore mutuas daret, adeo tamen acerbe atq; incõmode exigere ſit eas ſolitus ut longe melius conſultum ijs qui mutuati erant fuiſſet, ſi fœnori accepiſſent. Quod ſi aut minime repoſcere aut uerecũde & parce petere liberalitas ipſa præcipit, qua eum abſtinentia eſſe cõuenit? qua integritate? ne qua pte a uiri boni & honeſti eius recedat officio? Atheniensis Cimõ ab omni genere largitionis publiceq; expilatiõis ſic abſtinuit, ut reipublicæ munera caſte incorrupteq; obierit. Qua animi integritate in gerendis magiſtratibus, & in omni uitæ genere fuiſſe Catonem Porcium credendũ eſt, qui ex hoſtili præda nihil ad ſe præter cibum & potum perueniſſe gloriaretur, qui miniſtros etiam ſuos ab omni præda uiolationeq; continuerit? Peſcennius Niger ea mode ratione, tum ſeipſum tum milites rexit: ut in decretis ſibi prouincijs, miles non operam, non oleum, ne lignum quidẽ a prouinciali extorſerit, ipſe nihil unq̃ a militibus acceperit. Paulus uicto captoq; Macedoniæ Rege, cum plurimum argenti atq; auri e præda coactum eſſe intelligeret ne aſpicere quidem uoluit: dato quæſtoribus negocio ut in ærarium referrent. Horum integritatem continentiamq; ſibi proponere ante oculos, qui ad liberalitatẽ inſtitui uult debet. hos admirari: ut qui alijs prodeſſe pecunia commodiſq; ſuis ſtudet, publice priuatimq; continens atq; incorruptus appareat. Qualis igitur liberalis ſit, & quod eius propoſitum atq; inſtitutum eſſe debeat hactenus dictum ſit.

De largitione & corruptela.

Licet autem quod Cicero ait: raro illud detur ut possit liberalitatem atq; benignitatem de ambitu atq; largitione seiungere, tentandum tamen est, ut quã fieri potest secernamus. Contingit autem difficile id esse, non φ ingenio & ratione non facile secernantur, sed φ ij qui pecunijs sic utuntur, consilia sua celant, ac dum benigni uideri uolunt, id agunt ut omnem dandi rationem ad opes clientelas potentiamq; suam referant: propriamq; in utilitatem conuertant. Differunt itaq; liberales ac largitiosi: primum φ largitio uix unq̃ gratuita est: quærit enim conciliare sibi animos hominum suasq; clientelas opes facultates ampliores ratione hac in ciuitate facere. dum enim per multa largiendo ciues sibi reddit obnoxios, eorum præsidijs ad honores: ad magistratus etiã perpetuos, nonnunq̃ ad tyrannidẽ aspirat: deinde φ rarissimi inuenti sunt, quos publici honores popularesq; clientelæ non mouerint. Quod fit ut difficile sit ab ambitu benignitatem seiungere: nam dum liberalitatis uiam ingressi uidentur, ubi longius progressi sunt, ad populi fauores ac suffragia diuertunt: apparetq; tum demũ non dare eos sed uendere. Et huiusmodi quidẽ homines factiosi plærumq; euadunt, quos ad occupandam publicam libertatem tantum intentos esse, res tandem ipsa declarat: & Atheniensium Romanorumq; historiæ docent Ad hæc non tam bonis & honestis ciuibus, quã audacibus seq; ipsos uendẽtibus largi sunt: & quæ in bonos atq; honestos benigne agunt, eo spectant, ut minus aduersos illos inceptis suis habeant. Quocirca iure corruptela dicta est a maioribus, quæ ut malos ad se trahit, sic bonos detorquere a recto quærit. Quid quod etiam quæ publica sunt improbe nepharieq; largiuntur, raroq; largitiosus quispiam inuentus est, quin idẽ rapax & uiolẽtus fuerit. Nulla unq̃ in ciuitatibus aduersus liberalitatẽ scripta lex est: at ambitus ac repe

tundarum leges largitiosos præcipue coerceant: eæq; in bene constitutis urbibus maxime omniũ incorruptæ manent. quinetiam ubi opus est summa cum seueritate uindicantur. Quid q̃ liberales palam agunt? ipsamq; animi libertatẽ præ seferunt, ac bonitatem cum liberalitate coniungunt. At largitiosi consilia sua celant, suntq; maxime omniũ callidi: & bonitate aut ficta utuntur, aut uim per iniusticiam afferũt nãq; ubi fraude nequeunt, ui iniuriaq; grassantur: cumq; illi rectam conscientiam in conferendis sequantur cõmodis, hi dum ambitioni satisfaciant, recti honestiq; obliuiscũtur, atq; ad rapacitatẽ conuersi, alijs auferunt, ut alijs largiantur. Iccirco ambitionis comes ac tyrannidis ministra largitio est: quam Cleomenes Lacedæmoniorum Rex, ut Regibus indignã, ut maxime iniustam iure detestabatur, iudicãs ciuium animos humanitate, fide, integritate ad beniuolentiam inuitandos: idq; Regibus potissimum conuenire. De largitione igitur satis sit hæc dixisse.

Finit de Liberalitate.

Ioannis Iouiani Põtani Ad Rutiliũ Zenonẽ Episcopũ Sancti Marci. De Beneficentia: Liber incipit.

Prologus.

IN excolendis animis Rutili Zeno Institutioni ne plus, an dijs immortalibus debeamus ut addubitem illud efficit, q̃ nisi discendo atq; assuescendo, in aliquo uirtutis genere consummatum euadere uideo neminem. Sed cum a fontibus riui emanent, qui longius profluentes paulatim tamen augescendo implentur. Sic mihi uidentur bonarum artium principia, & tãquã ortus ad deos primũ immortalis referenda:

quorum

quorũ est muneris ut corpore fruamur & animo: iisq; etiã sensibus qui rationis atq; intellectus (diuine in nobis partis) sunt ministri. Quibus e principijs profecta ratio, disciplinis institutionibusque adiuta, præstat tandem ij ut euadamus qui uita ipsa id est deorum digni munere iudicemur. Verum apud te deorum ipsorum antistitem, cum aut partius aut omnino religiosius diuinarum de rerum opinionibus sit loquendum, sic quidem statuo, cum corporis, tũ animi bona: quin hominis ipsius qui ex utroq; constat, aut solũ aut imprimis esse ad deos referenda: præcipue autem uirtutem eam, cui a benefaciendo (quod Deorum est proprium) inditũ nomen est beneficentia. Ac nihilominus ad hanc etiã consequẽdã, institutionem quoq; plurimum conferre usuq; frequentiore opus esse duco. Cum enim ad agendum atq; intelligendum nati simus, nimirum actiones ipsæ nostræ rerumq; cognitio, præceptis cõstant atque institutis, ratione quidem usuq; comprobatis: a quibus & animorum constituuntur habitus, & ueritas in omni peruestigatione magis ac magis elucescit. Neque inutiliter igitur neque ab re de beneficentia ipsa præcepta libro hoc tradidimus te præsertim hortante beneficentissime Rutili, qui tenui quamuis in re, perexiguoq; sacerdotio constitutus: nullam tamẽ beneficentiæ partem aut omittis, aut non minus etiã libenter q̃ frequenter exerces. Quamobrem nostra hæc legens actionesq; ipsas tuas passim recognoscens (sat scio) non tam excitabere ad beneficia in plurimis quod quidem facis collocanda, q̃ ad conscientiæ tuæ bonarumq; actionum fructum & quidem quottidianum de lectione percipiendum eaq; pergendũ uia per quã & antiquis nostris item tẽporibus incedẽtes nõ pauci inter diuos relati sunt, atq; in deorũ immortalium numero habiti

u

De Beneficentia in quibus differat: in quibus etiam conueniat cum liberalitate.

Liberalitati finitima est beneficentia, ex eo q alijs benefaciẽdo prosit dicta: idq; cũ liberalitate cõmune habet inter utrãq; tamẽ hoc interest q illa pecunia tãtũ adiuuat, hæc opera: utriusq; tamen propositum cum sit prodesse alijs, utriusq; gratuitus finis ẽ, solãq; bñfaciẽdi rõnẽ respicit: ut si differant materia, in qua uersentur, fine ipso conueniant: ac tametsi liberali deesse sæpius propter fortuitos casus, atq; indigentium multitudinem dandi facultas potest benefaciendi tamen potestas rarius aufertur: nam cõsilio prodesse beneficus semper potest q̃ plurimis: cũ sit beneficentiæ campus latior: ad plures enim patet, cõpluresq; benefaciendi alijs sunt uiæ. ad hæc illi necesse est ut semper ad manum habeat: huic danda est opera non pecunia. In delectu autem conueniunt, nam nec omnibus nec quacunq; in causa aut pecunia aut opera subueniendum. Quis enim nisi perditissimis moribus Catilinæ aderit aut Clodio? alteri patriæ parricidæ, alteri incesto. Quos tutari an est aliud q̃ patriæ manũ inferre, q̃ iura diuina atq; humana uiolare? Est etiam modus retinendus, tempusq; obseruandum, cum sit habenda ratio collocandæ operæ, non aliter q̃ conferendæ pecuniæ. Videre etiam oportet quanta opera quæ confertur sit, ne remissior quam causa q̃ persona exigit, ne ue dum nimia est, ad uim temeritatemq; declinet. Quocirca in liberalitate ac beneficentia exercenda, habendi delectus eadem ratio est: eadem etiam tenenda regula, ne aut remissior sit, aut nimia quod ne accidat ratio prohibebit, quæ omnium honestarum actionum dux est ac magistra.

De beneficentia & eius extremis.

Estat uidere quæ sit ipsa beneficẽtia, qui etiam sint qui ab ea recedunt in alterum abeuntes: nam quia beneficentia uirtus est, mediocritas sit quædã oportet. Quanq; aũt beneficentiæ ipsi tota fronte maleficentia opponitur: cuiusquidem omnis opera ad malefaciẽdũ conferatur, tamen qui sic affecti sunt iniusti potius dicuntur: unde qui ab alijs iniurias prohibent, qui nocere nemini nolunt uiri boni, ciues item probi dicũtur a maioribus nostris. Eosdẽ etiam innocentes dixere: probitas autem innocẽtia, bonitas, iustitiæ partes quædam sunt. Quo fit ut malefici ad iniusticiam relegentur. Sed nec beneficentia secerni omnino a iusticia potest, nam cum homo homini debeat cognatus cognato, tribulis tribuli: ciuis ciui, hospes hospiti ijs opera, patrocinio, consilioq; adesse iura, leges, patrijq; mores iubent. uerum hoc iustus benefico interest: ꝙ cum ipse intelligat sese debere, quia debet, quia iustum iudicat, egenti patrocinium suũ cõfert. At beneficus nõ id respicit ꝙ debeat, uerũ ita se instituit, ut deesse nemini uelit. Sed uirtutes ut uitia, ut morbi, multa inuicẽ habẽt cõmunia, sunt em̃ eiusdẽ tũ animi tũ corporis, & genere plærũq; conueniũt. Ad hæc si bene & male opponũtur, & beneficiũ maleficio aduersatur, benefacere & malefacere, ut impugnẽt sese necesse est. Cum autẽ in altero extremo maleficus collocetur, in altero collocãdus uidetur qui cũ ipse minime omnium noceat, nemini tamen prodesse curet: hũc inofficiosum placet appellare: eritq; uitiũ ipsum inofficiositas. uidebitur fortasse uerbum hoc minus usitatum, sed aliud non occurrit, quod rẽ ipsam tã plane explicet. Quid enim est aliud nemini benefacere q̃ nulli officiũ suũ impendere, præter inofficiositatẽ autẽ & maleficentiã nõ est qđ aliud ex aduerso beneficẽtiæ opponas: nã aut nullã quis alicui operã confert, in quo ab officio deficit, aut malã: & hic quidẽ hac in parte nimius est: cum sit uiolen-

tus & impotēs: inter malam autē & nullā operam, bona cō stituatur necesse est, quæ quidē ꝙ æquabili est iure medium locum obtinet. poterā & suo quidem de proprio nomine officientiam dicere: cuius est officiendi studium, ut beneficētiæ benefaciendi. Quominus autē primo statim congressu id opponerem, nō temere fortasse illud obstitit, nequis ut sunt hominum quorundam ingenia, hoc ipsum nomē nō ab officiendo sed ab eo quod est officium deduci perperam interpretaretur. Quod si a studiosis uiris in usu recipiatur, non est quod aut magis appositum inueniri queat, aut quod rem ipsam tā plane explicet. Nam ut beneficentiæ est prodesse unicuiqꝫ, inofficiositatis nemini, sic officiētiæ est ꝙ̃ potest obesse: & qui sic affectus fuerit officiens, ut experiens, ut constans, ut tēperās a quibus experientia, constantia, tēperantia deducta sunt, recte uocari poterit. Accusari autem nullo pacto debemus, si ut calumniantiū spicula libenter cauemus sic hoc ipsum philosophantium arbitrio iudicioqꝫ recipiēdū nec ne sit ꝑmittimus. Dicere aūt extremorū alterū quidem esse non malefacere, sed nimium benefacere, profecto absurdissimum uidet: nemo enim ꝙ benefaciat uideri potest modū excedere. Quin si in hoc peccabit, erit in delectu ipso peccatū: quippe cū nō quantā par fuerit, sed maiorē ꝙ̃ honestas tulerit operā, patrociniūqꝫ contulerit neqꝫ eñ peccat ꝙ bene fecerit, sed ꝙ modū in hoc mensurāqꝫ nō retinuerit: ut qui conferat longe plus ꝙ̃ honestū sit: qua uia in omni uirtutis genere peccari potest. Præterea inofficiosus ut nemini officium suū præstat, sic nemini etiā opa sua nocet: maleficus aūt operā exercet, sed tamē malā, & hoc pacto plurimū nocet. Quocirca inter hæc ipsa uitia, beneficentiam ut mediū est constituere: nā cum inofficiositate conuenit, ꝙ neminem offēdit: differt ab ea ꝙ operā suā præstat: cū maleficētia uero habet hoc cōmune ꝙ agit quidē nec cessat ab opera: differt

autem. Quod cum illa male agat, eius mala sit opera. Quam obrem inter maleficentiam & in officiositatem constituta cum sit, recte definietur beneficentia: si eam in conferenda alijs opera mediocritatem quandam esse dixerimus. Quoniam autem primi hæc prodimus, neq; enim a maioribus nostris, præter generalia quædam de beneficentia sunt tradita, ueniam precamur si quid aut minus usitatũ, aut nouũ afferimus, donec meliora, cõcinnioraq; ab alijs inueniãtur.

Duo esse inofficiosorum genera.

Est autem duplex inofficiosorum genus, alij eñ ob innatum torporem naturaleq; hebetudinem benefacere nec sciunt: nec uolunt: qui mihi quidem miserandi potius uidentur q̃ accusandi. alij ob pigritiam & laborum ac molestiarum fugam: quos nemo unq; accusare satis queat, homines ad desidiam, & uitæ ocium cuncta referentes qui cũ ad colendam ciuitatem, cœtusq; hominum celebrandos nati sint, ita tamen uiuunt, ut ne minimum quidem laboris propter ipsum hominũ genus suscepturi uideãtur: qui eo contemptiores habendi, q̃ iidem plærũq; uentri ac somno dediti sunt: horum etiam tertium quoddam genus est, quos haud scio an inter inofficiosos numerẽ. hi sunt qui cum in cætera quidem uita negocia plurima resq; ad modũ laboriosas gesserint, postea defessi rebus, negocijsq; cedentes, urbanis ac forensibus relictis operis ueluti in secessum uitæ quendam sese conferunt, ut quod uitæ reliquum est sibi tantum ipsis uiuant. Quibus ante acta uita, ueniam fortasse dederit: seu q̃ eiusmodi tẽpora sint, isq; reipublicæ status ut secedere a publicis ac ciuilibus curis uiro præsertim bono sit honestũ. seu q̃ imbecillitas corporis hoc ipm̃ exigat Sed nescio quomodo, in hominibus bonis, idem illud quod in uino exigitur: cum generosum quodq; ad ultimũ sit optimum ac probatissimum. Equi etiam laudantur non qui cir-

ea primos ferunt ad carceres, sed qui postquam ad metam ipsam peruentum est, uires etiam recentes ostentant.

De maleficis.

Maleficorũ atq; officientiũ sunt aliquot etiam genera, cum alij non tam sponte quam decepti peccent, ut qui obsunt cum prodesse uelint. Quorũ quidem non uoluntas accusanda est, sed quod in habendo delectu, & opera cõferenda, non quam debent diligentiã & studium conferũt: nam nec opera uacare debet prudentia, nec actio ratione: quae quidem recta esse nequit, ubi negligentes in habendo delectu sumus. Alij quod insolentissimũ sane genus est hominum, ob animi impotentiam, cupiditatesq; immoderatas, dum sibi studeant, dum suas tantum res agant, totius iusticiae obliuiscuntur, ab ipsaq; natura rebellant: pestes quidẽ & urbium & nationũ. Sunt qui uicti precio, ac pollicitis capti alijs noceant, ut alijs morem gerant: aliorũ ipsi asseclae atq; alienum ad nutum uiuentes. Quosdam uoluptatis ac iucundi studium praecipites ad nocendum trahit, qui nonnunquam turpiores inueniuntur, quam quos utilitatis species impulit. Quidam suapte quadam natura, atq; innato uicio, muscarũ more incommodi & molesti sunt, ut gratuito quidem iuuet malefecisse: ipsi quidem degeneres quosq; natura ipsa ut quosdam corpore sic animo quodammodo monstroso genuerit. Haec fere sunt maleficorum genera: quae quidẽ ipsa in plures partiri species, quia cuiuis est facile, nec uideo esse necesse, in praesentia omittam: itaq; qui inofficiosi sint, qui etiam malefici satis dictũ sit.

Bñficiũ hõestũ ac iustũ ẽẽ debere.

IN conferẽda aũt opa illud primo uidẽdũ est loco ut honesta ut iusta sit, quãquã fieri põt, ut aliqñ declinãdũ sit, aliquantulum e uia, ut cum in filij flagitio, paternus amicus, tũ publicis tũ priuatis ipsius patris meritis adductus ad eũ defendẽdum operã suã cõfert: quam ita quidem con-

feret, ut paternæ uirtutis benefiorumq; in se ac rēpublicam memor uideatur: neq; honestatis immemor factus appareat nam si laudātur ob clæmentiā principes qui tamē publicæ iusticiæ custodes sunt, ac uix fieri potest, ut clæmētia nō aliquid detrahat communi illi iusticiæ de iure suo, quantopere uituperandi sunt, qui uirtutis ac beneficiorum in se aut in rēpublicā collatorū immemores esse uolūt, in aduersis casibus amicorū cū uideamus sub iustis principibus, & in ciuitatibus bene cōstitutis etiā scelerosis, & palam cōuictis, aut Pricipum aut Senatus, aut prætoris iussu decretoq; patronos ac defensores statui, qui cām eorū suscipiant, ne indefensi perire uideātur. Quod igitur boni principis & bene constitutæ ciuitatis decreta statuūt, an gratitudinis amicitiæq; lex id non statuet? Videndum tamē ne nimij in hoc simus, ne dum grati & amicitiæ memores supra q̄ par est uideri uolumus, aperte iniusti efficiamur.

Exempla quædam beneficentiæ.

a Lfonsum Regem descendere equo, & cœnosam in uiam sese inferre nō puduit, ut rustici atq; imbecilli senis prolapsum sub onere Asellum cauda subleuaret. Quæ res declarat, ēt magnis uiris laudādū esse, dū aut res aut casus tulerit, si ad sordidam etiam operam conferendam descēderint. Carolus princeps Nauarræ Ioānis Alfonsi eiusdē fratris filius, etiam infimis ac sordidis homuntionibus opem ferre non recusabat, cum ipse morbi cuiusdam abdita medicamenta teneret.

Non expectandum esse dum petatur beneficium.

a Tque ut petentibus rogantibusque dum iuste honesteque id fieri possit opera auxilioque deesse non debent, qui benefici & officiosi esse uolunt, sic nōnunquam expectandum non est dum rogentur: sed mature sponteque præueniendum. Quo in genere uirtutis.

Ericus Pudericus Eques Neapolitanus imprimis mihi dũ uiueret, præstare uisus est. Idem ingenium: eadem est cõsuetudo familiaris nostri Petri cõpatris: quos ego noui officiosissimos: quibus non iniuria adiunxerim Ptolemæum gallinam Catinensem, quem senem non semel uidi præter ætatem, non solum urbanos labores, ac molestias, uerũ etiã longiora itinera suscepisse ut amicis notisq; opera sua ꝓdesset.

Turpe esse ubi opera exigitur consilio iuuare uelle.

a B his quosdam longe diuersos intelligo qui nõ solum nihil opera sponte cõferant, sed rogati aut tergiuersantur, aut cũ opera exigitur satisfacere cõsilio uolunt: inutile sane amicorum ac ciuium genus. nec uero negamus plus interdum beneficiĩ publice priuatimq; consilio q̃ opera conferri. Quis enim ignorat maximas res plærunq; consilio geri, cum uires sine consilio frustrari soleãt: sed turpe ducimus dum locus est opere, consilio uelle subuenire: quod esse tergiuersantis apparet.

Quæ beneficium deceant.

i Psa uero opera cũ præstari soleat, aut agendo, ut cũ uel ciui uel peregrino qui ea indigeat, præsentes adsumus: seu cum per epistolã aut rationẽ aliã causas negociaq; commendamus. Aut cõsulendo ut cũ fraude circunuẽtis, & in causa aliqua laborantibus consilio subuenimus. Vtriusq; uir beneficus studiosus esse debet: utrũq; etiã sine acerbitate præstare: cum acerbitas plurimum detrahat beneficio. cõtra animi promptitudo facilitasq;, & quæ sæpius a nobis appellata est libentia, sit nonnunquã opera ipsa gratior. Iccirco nõ solũ iusta & honesta esse debet opera, sed facilis, paratàq;, & ut ex animo uere appareat proficisci. Cõsilium autem rectũ & graue pro re: ac tẽpore: quodq; multa circũspiciat, eaq; in consulẽdo persona induenda, ut cum res tulerit, nunc monentis, nunc etiam subincusantis, ali

quando etiam sublandientis partes suscipiat: sine leuitate tamen & contumelia.

Exercendam esse cum delectu tamen erga omne hominum genus beneficentiam.

n Ec uero in conferendis beneficiis ullum genus hominũ excipiendũ est: dum tamen homines sint, non beluæ: quanquam nec eodem modo: nec eadẽ in causa cũ omnibus æque agendũ est. cum sit agnati, ciuis, peregrini, nobilis, ignobilis delectus habẽdus, nec minus iis quibus fortuna spirat, quam quibus aduersus eius est flatus, benefaciendũ sit. Tamen quæ beneficia in aduersis conferũtur, ea mirum est quam sint iucunda præsertim ubi præter spem atque ex inspe rato eueniũt: aut cũ cæteri amici pedẽ retrahũt: cuius rei rarissimum exemplũ præbuit Hiero. Syracusanus, rebus Romanorum attritis & Italia rebellante Gallis ad Romã diripiẽdam aduẽtãtibus, in illa fœda & miserabili fuga. Lucius Albinus cum animaduertisset uirgines uestales de uia, & sub sacrorum onere laborantes, destitutasque hominum ope, ipse statim exonerato sarcinis curru uxore ac liberis, secum pedibus facere iter iussis, uirgines cũ sacris, ut currũ ascenderent, imperauit, & ut quam maxima possent celeritate sibi sacrisque consulerent. Sane pium & admirandũ facinus. Maxime autem imbecillis & humili loco natis, ac tenui in re cõstitutis opitulandũ est: atque eo libẽtius, quo magis indigẽt: quo rarioribus præsidiis subnixi sunt. Docet hoc tum rerũ natura: & ipsa humanitas quæ propria est hoĩs, tum instituta legesque ciuiles. quæ pauperibus e publica pecunia aduocatos statuunt: quæ prætores ineundis magistratibus iureiurãdo adigũt, uti pupillorũ, uiduarũque iura præcipue tueantur. Velle aũt cõplecti quot quibusque modis ac quibus ĩ causis negociisque beneficẽtia uti quis possit, sane difficile est: minimeque necessariũ, quod ut una absoluam sententia, nullum

esse uitæ genus potest, ad quod beneficentia non penetret: nullus tam diues aut potens qui non alterius indigeat opera, nullus adeo inops & imbecillus qui non conferre aliquid benefaciendo ualeat. Quocirca benefaciendi campus ut amplissimus est, sic i eo sese exercere unicuiq; est permissum. Sed in omni benefaciēdi genere illud præcipue uidendum est, ne alijs obsis ut sis alijs commodus: nam quanquā sæpe accidit, ut quod huic utiliter feceris, id alij uertat incommode, tamen id non debet tuum esse propositum. Illud etiam magnopere improbandū, quosdam non tā studere, ut commodi sint: q̄ ut uideantur uelle alijs commode facere, quod leuitate atq; ostentatione non caret. Sunt qui ipsi quidem ostentare beneficētiam suā nolint, sed arte quadam uēdere: & hi quidem captatores dicuntur: quos ut improbissimos & fallacissimos iure insectātur satyrici. Quod quid est aliud q̄ fallere, & aucupum more, escam effundere, ut paulo post irretias? Itaq; non semel sed iterum ac sæpius dicendum est, finem ipsum beneficentiæ gratuitum esse debere, quippe qui propter se tantum quærendus sit: neq; aliud inde præmium q̄ rectæ conscientiæ expectādum. Quinetiā interdum grauia rei familiaris damna subeūda & in odia etiam aperta incurrendum, ut recte ut officiose facias: neq; enim male apud Terentium dicitur: non si mihi sciam omnis mortales inimicos capiendos.

Etiam inuitis benefaciendum esse.

e St etiam benefico quotiens ratio ipsa docuerit, idē quod medicis seruandum. nanq; ut illi quos obstinatis cedere animis egritudini uident, etiam inuitis medicamenta afferunt, & quantum in ipsis est, eos facere saluos student, sic studere hic atq; anniti debet, ut consilio patrocinijsq; & publica & occulta prosit opera. Nam & si ut dicunt beneficium nō confertur in inuitū, tamē non semp id

uidendum est, quod illi gratum sit cessurum, sed quod deceat benefecisse, quod sit honestum saluum facere eum qui rebus suis desperans mortem ipse sibi accersiat.

Quibusdam occulte benefaciendum esse.

e St & alia quædam ratio beneficentiæ exercendæ: nam cum sint nonnulli partim ingenio adeo pudenti, ut in maximis etiam necessitatibus constituti nihil petāt: alij ingenio sic generoso & nobili, ut potius uideri uelint, ipsi in alios esse benefici quam alienum beneficium expectare, ne aut illorum pudor aut horū obstet generositas. Quominus benigne cum illis agatur, nō palā sed occulto, nō recta sed obliqua uia ad eos proficiscendū est, ut ipsis magis ignorātibus quam ullo modo suspicātibus auxilium afferatur.

Beneficum obliuisci debere iniuriarum.

o Mnino magni est animi obliuisci iniuriarum: atque ubi res tulerit, præter spem atque opinionē illis adesse, cum quibus simultates interuenerūt: aut aperta etiā odia. Quo tempore beneficium ipsum uidetur, eo maius: quo minus expectatum, eo acceptius quo minus debitum: quod Minutius declarauit, cum Fabium Maximū patrem salutauit, depositaque potestate: illius se subiecit imperio.

Accusatur pericles & Nicolaus pontifex maximus.

p Ericlis nec humanum sane: nec probum factum declarare nobis potest, non ultimum expectandū esse tempus, sed cito & mature succurrendum. quod enim sero confertur, perinde ac si collatum non esset iudicari potest, nulla nanque sunt quæ tarde admouētur remedia. Redactus est Anaxagoras ad ultimam egestatem, ut mori iam destinauerit, cuius consilio tametsi pericles tum Atheniensium princeps potissimum utebatur, tamen in maxima fortuna factus est amici immemor: accessit nihilominus ad eum

cum intellexisset id agere ut mori uellet: a quo ita discessit, ut nõ solũ intellexerit sero se pœnitere, sed male etiã ab amico iure quidẽ accusante audierit. Nicolaus quintus Põtifex Maximus, dum Constantino serius succurrit, illum cũ urbe Constantinopoli, Mahometo Turcarum regi trucidandum obiecit. Recte itaq; usurpatum est beneficium qui mature contulerit, duplicatum contulisse. Quod ut potissimũ studere benefici debent, sic nunquam committere, ut a quo beneficijs prouocati sunt, uinci se ab eo patiantur: idque si præstare minus poterunt, illud tamen præstabunt ut uelle, ut id agere præcipue uideantur.

In opera conferenda ignotos notis q̃n̄q; præferẽdos eẽ.

q Vãq; autem iure quodã naturæ, nostris q̃ alienis, ciuibus q̃ peregrinis, notis q̃ ignotis magis deuicti sumus, tamẽ eiusmodi sese negocia ac tẽpora offerre possunt, ut noto ignotus: ciui pegrinus alienus necessario præponẽdus uideat̃. Accusantur Veneti nescio q̃ recte q̃ peregrinorum in negocijs forensibus, in reddendo iure, uix aliqua in eorũ urbe ratio habeatur. Quid turpius, aut iniquius, q̃ ita se & suos amare ut iustitia ut humanitas excludatur. Franciscus Sfortia Dux Mediolanensium, in publica constitutus audientia exteros & infimos quosq; primos audiebat, ciuibus ac primarijs uiris præteritis quorum ultimus erat locus. hanc humanitatem mirifice ab omnibus prædicatam uix hodie inuenias imitari q uelint.

Laudantur qui publice benefaciant.

q Vod si erga singulos officiosi qui sunt, tantopere laudantur, qua laude aut potius obligatione prosequendi sunt, qui publice beneficentiam suam exercent? qui studium, curam, cogitationem, oẽm deniq; operã suam publicum ad bonum conferunt: quos non tam sibi, q̃ ciuibus ac reipublicæ natos: ut ciues ipsi confitentur, sic il-

lorum actiones palam testificantur. Itaq; ut in uindicando iure suo prima est patria, sic prima ac præcipua laus est publicolarum: placet enim qui sic affecti atq; instituti fuerint publicolas appellare.

Laudant̃ legũ disciplinarũ bonarũq; artiũ institutores.

q Vocirca uel imprimis ciues ipsi, & hominum universum genus ijs debent q statuendis legibus, aut ijs interpretandis, qui instituendis ciuibus, & ipsi hominum generi operam suam atq; ætatem occupant: quorum beneficij est, ut quos natura sociauit, ij æquabili iure firmius ac concordius uinciantur: ut alienis abstinentes suo quisq; contentus uiuat: ut denique qua ratione a beluis differimus, ea nobiscum inter nos ipsi potissimum utamur: quorum etiam industria per labores ac uigilias plurimas, naturæ ipsius arcana, nobis apparuerint, deũ ostenderit, pietatem, iustitiam, continentiam, cæterasq; bonas artes docuerit. res memoratu dignas memoriæ mandauerit, ne tanq; in tenebris cõstituti, uix præter ea quæ ad pedes essent, cerneremus: ad uiuendum necessaria inuenerit: inuenta ad posteros extẽderit, artes excogitauerit: morborum remedia conquisierit ·disciplinas constituerit. Quibus effectum est, ut homo mortali conditione genitus, quæ deorum immortalium est, diuinitatem assecutus uideatur: quod memores ac grati homines aris, templis, sacrificijs, statuis & olim testati sunt: & hodie testantur, ac testabuntur in posterũ. Diximus & quidem abunde ut uidetur de liberalitate, de largitione, de beneficentia. Reliquum est, ut de magnificẽtia, hospitalitate, munificentia deq; splendore, ac deinceps de alijs etiam partibus quæ liberalitati cognatæ uidentur, eodẽ ordine disseramus. Et primo quidem de Magnificẽtia.

Finit de Beneficentia.

Ioannis Iouiani Pontani ad Gabrielem Altiliũ Episcopũ Policratẽsem de magnificentia Liber incipit. Prologus.

MAgnificentiam, pecuniæ fructum esse qui dicũt Gabriel Altili, recte mea sententia, atq; ex ipsa rei cognitione, & dicunt & sentiunt: quod publica monumenta. imprimisq; portus manufacti, iactæq; in mare moles, & Augusta Deorum immortalium templa declarant: aliaq; item ædificia, quibus hoĩm utilitati, nec minus etiam saluti prospectum uidetur. Peragrasti mecum bonam Italiæ partem. Vidisti portus in oris maxime fluctuosis, a nostris maioribus manufactos. Transisti flumina firmissimis atq; longissimis pontibus superstrata. Peruasisti paludes olim maximas, ab illis post expurgatas. Balneas admiratus ex cõmodissimis atq; sumptuosissimis testudinibus cõclusas: præruptissima loca, peruia effecta satis admirari non potuisti. Montes quoq; ad iter faciendum magno labore, maiore arte, maximis sumptibus perforatos. Quid his aut commodius? aut etiam uitæ hominũ salutarius? Itaq; recte atq; e re ipsa pecuniarum fructum esse magnificentiam dixere. Cum ad cõmunẽ tum ciuium tum peregrinorũ late spectet commoditatem ac salutem, etiam cũ uoluptate ꝙ honestissimam. Romam quoq; ad Innocentium octauum pontificem maximum te comite profectus cum essem conciliandæ cum Ferdinando rege pacis gratia (dij boni) tãtos illos aquarum ductus, tantam spectaculorum amplitudinẽ totq; aliorum & priuatorum & publicorum operum pulchritudinem, atque ut ita dixerim maiestatem ꝙ perspectissime examinasti, ut iudicares ædificiorum magnitudinem, cum imperij magnitudine potuisse quodammodo contende

re. Post de templorum uetustate multa cum dixisses, habitus a te est, etiam de religione sermo: quam ipse existimares homini a natura insitam, ac mortalium generi maxime cõsulentem. Ad eam autem uim quæ homini a natura esset indita, plurimum quidem ab institutione adiungi: utriq; tamen maximam accessionem fieri a templorũ maiestate, sanctimoniaq; antistitum: quando apud maiores nostros opera permulta, quæ magnificentiæ sunt Pontificum curæ ac muneri a ciuibus permissa essent. Eoq; tandẽ oratio progressa est tua, ut ignorare te profiterere, plus ne ad ciuium urbanas commoditates, an ad pietatem ac deorum cultum afferret adiumenti, uenerabilis atq; augusta sacrarum ædiũ magnificentia. De qua hoc libro dicere aggressus sum, hortatu præsertim tuo, qui antistitis fungens officio, deq; ea ut scriberem, & coram persæpe hortatus es, & per amicos etiam flagitasti.

In quibus magnificentia cum liberalitate conueniat in quibus etiam ab ea differat.

MAgnificentiæ nomen ipsũ qualis ea sit, declarare nobis potest: & in quo etiam a liberalitate differat: nam cũ a magnis faciendis nomẽ sit inditum, in magnis eã uersari sumptibus, par est: neq; eñ tenui impẽsa fieri magna possunt. Quo circa materiã ipsam in qua uersat̃ habet cũ liberalitate cõmunẽ: neq; eñ nisi e pecunia sumptus fiunt: ac tametsi fortitudo quoq; magna ex se præstat atq; efficit alijs tñ uersat̃ in rebus: fortis enim obeũdis periculis magna facit. At magnificus magnis faciendis sumptibus magnus euadit. Quamobrem magnifici quidem opera uidẽtur, nobiles ædes: ægregia templa: theatra, porticus, uiæ stratæ: moles in mare iactæ: et si qua sũt alia gñis eiusdẽ: quarũ rerũ nihil ad libe

ralem pertinet:confert enim hic pecuniã ſolũ ut det: ac dan do aliis proſit:magnificus autẽ magis impendit,quàm dat, & ſumptuoſus potius quàm dator uidetur, tametſi ſumptus quidem ipſi e dandi ſunt genere: & q magnificus eſt ſit idem liberalis:quamuis non ſtatim qui liberalis eſt, ſit et ipſe magnificus:ſiquidẽ liberalitas a magnificentia magnitudine ſuperatur.Ad hæc liberalis utilis eſſe aliis, & commodus magis ſtudet:cũ magnifici plura ſæpe ad aliorũ uoluptates faciant,ut cum ludos ac munera in theatris edũt:& publicas uenationes in harena exhibent,qui mos Romanorũ maxime principum fuit.Quanquàm autẽ magnificus liberaliſq; iucundus eſt uterq; popularibus:liberalis tamen propter ſolã utilitatem,qua eum cui dat & ſæpe & multum afficit:magnificus uero etiã propter uoluptatem,nam & porticus et ſtratæ uiæ cũ publica,& priuata utilitate: & magnifica dona cum accipiẽtis cõmodis ſunt,& ludi uenationeſq;, ac cæteraſ pectaculorũ genera ciuiũ uoluptatẽ atq; animorũ relaxationem:a negociis ac laboribus quærũt.Ad hæc liberalis erga alios non aduerſum ſe liberalitatẽ exercet,cũ magnificus etiã ſibi ſumptuoſus ſit,ut cũ ægregias ſibi liberiſq; domos aut amplas uillas ædificat,porticuſq; priuatas ſtatuit. quibus e rebus facile appet in quibus differãt, in quo ẽt cõueniat liberalitas et magnificẽtia:de qua nobis dicẽdũ relinquitur.

Definitio magnificentiæ,et qui ſit eius finis.

A ut arbitror mediocritas quædã eſt in ſumptibus e et quidẽ magnis cum delectu faciẽdis:quippe nec omnibus quidẽ, nec eadẽ uia:nanq; in paranda claſſe plurimæ impendũtur pecuniæ,& quidẽ belli gratia, et in muniẽdis urbibus maximi fiũt ſumptus,quo ciues ab hoſtibus tutiores ſint.Sed claſſis cõparandæ uictoria,urbium muniẽdarũ ſecuritas,ac ſalus ciuium,finis uidetur,cum magnificentiæ finis ſit,ut cæterarum uirtutum gratuitus.ſi quidem magnificus

gnificus magna efficit: quia per se pulchrum id sit, quia dignũ, quia generosum, hoc solo contentus ꝙ magna effecerit, quodq; in aliis efficiendis decenter sese gesserit: potest tamen & magnificentiæ locus suus esse, in ædificanda atq; instruenda classe, quod. M. Antonius qui Egyptũ cũ Cleopatra tenuit, declarauit & in construendis mœnibus, id qđ Babylonis muris maxima cũ admiratione hominũ docuere.

Quæ sint magnificentiæ extrema.

r Ecedunt autem ab hac ipsa mediocritate, genera hominum duo: & qui dicuntur modici, cum non satis pro dignitate ac decore sese gerant: & qui faciendis sumptibus expleri nesciũt. Quorum nomen et si hactenus nõ satis propriũ habetur, appellari tamen eos uentosos a quibusdã animaduertimus: licet iidẽ ipsi etiã in iis quæ magnificẽtiæ nõ sunt profundendis pecuniis mirifice delectentur: modicitas autem ipsa, aut ab animo qui in eis pusillus est oritur, aut ab angustiis rei familiaris: & illius quidẽ uolũtas est in culpa: huius externa uis, & ea necessitas quæ alũna est inopiæ. Quo fit ut pauper magnificus esse nequeat: sunt enim ipsæ diuitiæ instrumentũ ad magnificentiam. At uẽtositas & uiciũ illud nondũ suo nomine satis expressum inexplebilis profusionis in huiusmodi sumptibus, ab animo totũ est. Ac tametsi facultates ipsæ defuturæ nõ sunt, quod difficillimum uidetur in tanta dissipatiõe, tñ quæ laus eius esse põt, qui modũ ac mensurã spõte abiicit: qui nullum denique delectum habet? Est enim ut rerum cæterarum sic sumptus ratio tenenda, & operũ ac munerum delectus habendus: nam & si magni sumptus magnificum decẽt quando iis sine fieri magna nequeant, nihil tamen iure magnum in iis quæ ad laudem pertinent dici potest: quod modo ac mensura sua careat. Peccatur igitur hac in parte plurimum ꝙ nec modi nec mẽsuræ ratio habeatur. Deinde ꝙ pecuniæ ipsæ nec qui

bus in rebus oportet, nec honesti gratia effundantur. Quo fit ut nullus omnino sumptibus ipsis delectus adhibetur. Dij immortales quantam pecuniæ summã, quanta cum turpitudine Nero Dominus Augustus effudit, cum impurissimum illud spectaculum cõmentus lacum effodit, triremesq; deduxit quas nudæ mulieres, nocturno tempore ad incẽsos cereos remis agerẽt. Quid spectaculo hoc ipurius, aut sumptibus tantis perditius dicas? Atheniensem Damadem tradunt, mirificam pecuniæ uim in res turpissimas contulisse, cuius illa una profusio docere satis potest, q̃ non solum immoderate, uerum etiam improbe pecunijs usus fuerit, nam lege cautum Athenis cũ esset, ne quis peregrinus ludis publicis in theatro saltaret, mille dragmarum multa indicta ei qui ludos ederet, Damades ludis suis centũ peregrinos qui saltarent mercede conductos in theatrũ induxit, centies mille dragmis exolutis. Quid hac profusione improbius? Nec mihi Alexander Macedo probandus omnino uidetur, cum Promachum bibacissimum hominem uictorem in uini certamine, talenti corona donauit. An cuiquam uideri iure potest, dignum id precium fuisse tam fœdæ uictoriæ? quanq; funebris illum pompa in qua hæc gesta sunt. excusare aliquo fortasse modo potest. Varius Augustus qui Heliogabalus agnominatus est, naues onustas mergi in portum iussit, magni animi id esse dicẽs. Quo quid uanius dici possit, uix intelligo. Caius qui Tiberio Augusto successit intra annum, opes illas immensas a Tiberio cõgestas ac uities septies millies sestertium absumpsit Quid mirum qui Liburnicarum nauium gemmatis puppibus, ac diuersicoloribus uelis uteretur, ĩ quibus etiã thermas porticus ac triclinia magna laxitate statuisset, uitibus etiã ac pomiferis arbusculis dispositis, quarum umbra de die tectus, atq; inter choros & cãtus littora campaniæ comessabundus discurreret. Idẽ in extruẽ

dis prætorijs ac uillis nihil pensi habuit: excisæ rupes durissimi silicis. Montes alibi ad planũ usq; subuersi. alibi terræ aggestione campi montiũ iugis æquati. Moles iactæ pro fundo & æstuoso mari. atq; hæc oĩa tanta celeritate, ut capitale esset causam tarditati dedisse: deniq; ad ea efficiẽda intentissimus erat: quæ quidẽ fieri nequaq; posse ex aliorũ iudicio intelligeret. His exemplis abunde manifestum fit, huiusmodi homines perdere pecuniã, & per infamiã dissipare, nõ ea magnifice uti: atq; id totũ quod agunt ad turpissimã uoluptatem ostentationẽq; referre, dum aut magni animi uideri uolunt, aut diuitias suas ostẽtant, non minus turpiter, q̃ inaniter: a quibusquidẽ ipsis delectũ nullũ haberi, multa docent, quippe cum in ijs quæ aut parũ honesta sunt, aut quæ publice priuatimue nullo modo conducunt, aut in quibus nihil ueræ laudis, nihil inest decori, effusissimi sunt ac tametsi hæc ipsa fortasse insunt, tamen dum ostentare pecunias & facultates suas uolunt, atq; ad sui admirationem trahere multitudinem student, alium q̃ qui magnificentiæ esse debet, finem quærunt: & præter modum ac decus plurima effunduntq; cum ijdem ipsi, in quibus largos esse par esset, manum sæpe contrahant. Quid q; in paruis persæpe, & in quibus minime decet, supraq; par est, multa cõferũt, in magnis autem, nunc nimij, nunc remissi admodum sunt, adeo nihil cũ ratione agunt, nihil retinent pensi. his dictis ad magnificentiam redeamus.

Magnificẽtiã mediocritatẽ eẽ ĩ magnis sũptibus faciẽdis.

A quoniam mediocritas quædã est ut dixi: ac satis e cõstat magnificum ipm̃, ut pro decore ac dignitate agat, magnum se & quidem in magnis sumptibus præbere debere, placet hoc in parte, & hoc potissimum loco quærere, quonã pacto, si magnũ cũ esse, & ĩ magnis uersari sumptibus oportet, mediocritatem secuturus ac retenturus

sit, cum acuti quidam magis q̃ docti homines, nimis etiam superciliose contendant, mediocritatem, ac sumptuũ magnitudinẽ nullo modo posse simul consistere. Mediocritatem nimirũ a medio duci nomen ipsum indicio est, qui eñ in actionibus ita uersatur, ut neq; in hanc neq; in illam partem a medio declinet eum mediocritatem secutum dicimus. Quod si medium hinc atq; illinc declinationem habet, necesse est ut ipsum latitudine contineatur. Ipsa autem latitudo cũ de genere quantitatis sit indicio est, et medium ipsum generis esse eiusdem. porro magnum & paruũ ad idem genus referuntur. Quo fit ut cum medium magnũq; eodem contineantur genere, mediocritas quæ a medio ducitur ad quantitatem referenda sit, ex quo plane consequit̃ ut in magnis etiã sumptibus sit mediũ inuenire, quod qui sequatur, ut mediocritatem idem ipse sequatur necesse est: nihil autem magnũ cuius non sit medium aliquod, neq; ulla sine medio magnitudo est. Ad hæc si parum ac nimium quæ quantitatis quidem sunt, dicuntur ratione mensuræ, omnis enim quãtitas mensurabilis est, & magnum quoq; cum mensura compræhendatur, dimensionẽ suam habebit. In omni autem dimensione est plus ac minus inuenire, ergo & medium quod inter utrumq; constituitur, cum in neutram partem recedat: idq; in magnis etiam impensis contingere necesse est. Quocirca etiã in magnis sumptibus in quibus magnificus uersatur, mediocritas sequenda est, quæ ut cæterarum uirtutũ sic etiam Magnificentiæ moderatrix est.

Quibus in sumptibus magnificentia uersetur.

Cum aũt magnos fieri sumptus pluribus in rebus e cõtingat, uidedũ relinquit̃, quibus in rebus Magnificus pecuniã suã impẽdat: quã; nõ solũ libenter ab eo impẽdi, uerũ ẽt singulari cum uoluptate & studio uolumus: delectant eñ pulchra & magnifica: quid autem pul

chrius ac delectabilius q̄ magna facere? quæ si delectant, cū summo etiā studio ut fiant necessariū uidet. Impendunt aūt pecuniæ ut dictū est pluribus in rebus, ut in cōparandis prædijs, quod est locupletis & boni patrisfamilias: ut in coe mēdis mercibus, quod est diuitis mercatoris, in quibus quidem plurimi ac maximi fiunt sumptus, qd' tñ magnifici nō est, cū sint eius magna potius tū opera, tum dona: a quibus magnificus dicitur: quāuis aūt in magnificis operibus potius ac libentius uersetur, tñ in magnis ēt conferēdis donis animi sui magnitudinē nō minus sæpe q̄ libenter ostendet. Erit igitur hic magnifici uiri campus, in quo & animi magnitudinem exercebit, & sumptus magnos illos quidem faciet, ac tum facere se, tum fecisse lætabitur.

Magnis sumptibus opera ipsa respondere debere.

Ipsa autem animi magnitudo quā inesse magnifico dicimus, nō solū in faciēdo sumptu, uerū ēt in ipsis quæ fiunt operibus ꝑspicitur: quæ magnitudinem ipsam ut testentur oportet. Quocirca imprimis uidendū est ut ea sumptibus respōdeant: sintq; ut sumptus magni, & ipsa quidē magna ac digna sumptibus iudicentur: siquidem uanū esset, & multa repræhensione dignū id cōmittere, ut quæ magnitudo in sumptibus perspecta est, ea in operibus propter quæ tanti facti sumptus sunt: non solū non perspiciatur, uerum etiam ab omnibus desideretur: quinetiam id esse magnifici ingenium, ea uoluntas, & studium debet ut dum operis dignitati cōsulat, sumptuū ipsorū obliuiscatur, quippe qui id solū cogitet, qua ratione susceptū opus q̄ pulcherrimū euadat: cū sit modici hominis pecuniæ in ijs parcere, ac cōputandi & cōparcendi ratio sit ab eo lōge aliena: neq; enim aliter opa ipsa euasura sunt cū dignitate & decore: quinetiam id studendū ac præstandum est, ut illa uisentibus ac cōtēplantibus admirationem pariāt: qd' Virg. quoq;

uult ostendere, cum ait, minaeq; Murorum ingentes aequata q; machina coelo.

In faciendis etiam sumptibus honestatem sequendã esse.

S Vmptus autem ipsi suscipiẽdi sunt honesti gratia, quod ut uirtutibus caeteris sic magnificentiae propositũ esse debet, secus eñ ne opera quidẽ ipsa probari recte possunt: ut cũ Alfonsus decreuit nouis atq; ãplis muris Neapolim cingere, clã tñ id studeret, ut noua uectigalia ratione hac ciuibus imponeret: quae res nõnihil de illius beniuolentia & gloria detraxit. Sed nec laudari q̃uis bone ste suscepta possunt opa si quae in ea conferuntur pecuniae, per rapinas ac ciuiũ iniuriã cõparentur. Robertus princeps Salernitanus cũ magnificã Neapoli domum aedificasset, ad caedendã, cõportãdãq; e Lucania materiã, auare atq; impotenter popularibus suis usus dicit̃. Contra Vrsus Nolanus ea iustitia usus est, ut ne lapis quidẽ unus in Nolanas illas aedes a se inchoatas nisi soluta mercede cõiectus fuerit: tametsi Robertus famã quidem liberalis principis sibi uendicarat. Vrsus aũt astrictior habebatur aedificasse aegregias quasdam domos & uillas. Borsiũ extensem de Ferrariẽsibus audio, quibus familiares quosdã suos donauit. Quis hoc non laudet donãdi tñ atq; aedificãdi causa, non caruit turpitudine, si quidẽ cõciliatos illos ei per florẽ aetatis satis constat.

In faciendis sumptibus sequẽdã esse utilitatẽ etiam publicam. & ornatum retinendum.

V Idere etiam oportet nõ modo ut honesti gratia sumptus suscipiantur, careãtq; iniusticia, uerũ ut in ea cõferãtur opera, quorũ usus tũ utilis ac necessarius uideatur, tũ ratio cur suscepta fuerint, probari iure possit: profundere eñ multã pecuniã, in ijs quae minime opus sit, quaeq; nullius sint usus, hominis est inconsiderati, atq; ingenij parũ compositi. Multa tamen a principibus ciuitatum

de Regibus fiunt, non tam utilitatis atq; commodorum gratia, q̃ ipsius ornatus, unde qui magnificentiæ student, aspectui plurimum consulunt: quãuis & opera quidem ipsa quæ publicæ utilitatis suscepta sint gratia, dum ea sint quæ ad magnificentiam spectent, magnitudinem quoq; præseferre debeant, & speciẽ illam quæ decorem atq; ornatũ referat. Tulere laudem Romanorum quidam principũ e cloacis quarum ut usus solus quæritur, sic nullus exigitur ornatus. Amplitudo tamen ipsa, & excursus spatiosus firmaq; concameratio possunt authorem de magnificentia commendare: et quamq̃ cloacæ quidem ipsæ carent ornatu: non mediocri tamen ornamento sunt urbibus.

Quibus rebus comparetur dignitas.

Vm igitur magnificẽtia in sumptibus magnis illis quidem faciendis uersetur necesse est: hanc ipsam magnitudinem cumprimis sumptuosam esse, etiam cum dignitate, sine qua nec admirationi esse, nec commendari recte potest. Dignitas aũt ipsa rebus his præcipue comparatur, ornatu, amplitudine, materiæ præstãtia, operis perennitate, nam sine artificio, nihil neq; paruum neq; magnũ laudari recte potest. Quod enim caret ornatu ac pusillum est: quodq; uili constat e materia, nullamq; perennitatẽ promittit, magnũ profecto neq; esse potest, neq; haberi iure debet. Et in ornatu quidẽ cũ hic maxime opus cõmendet, modũ excessisse etiã laudabile est, cum uideamus naturã ipsam ornatui ac pulchritudini mirũ in modũ studuisse: quod in amplitudine ubi ea exuperantior fuerit, laudari nõ potest, cũ detrahat operis dignitati, nec authorem operis minus q̃ Architectũ accuset: singulis enĩ in rebus modũ ac mẽsurã inesse par est. In materia quoq; multũ est collocatũ, quæ ubi uilior, ac minus spectata fuerit, detrahit authori, quã ĩ pte mi

nime decet, siquidem in auaritiæ suspitionem eum adducit, quod eo est deterius, quod magnifici proprium est non id uidere aut curare quanti quid ueneat, aut qua uia pecuniæ paretur, sed ut opus quam pulcherrimum euadat. Robertus princeps Salernitanus non mediocriter accusatur, quod in ædibus Neapolitanis multa e lapide ignobili quæ marmor requirerent, fieri passus sit, quod Antonellum filium eius accusantem non semel audiui, cum id se emēdaturum diceret. Perennitati quoq; prospiciendum quam sit, docere illud potest, quod nominis ac famæ perpetuitati generosissimus quisq; præcipue intentus est: cuius etiam cupiditas homini est insita: ad hæc ædificia præsertim publica: quo diuturniora sunt, eo maiorē laudem ædificanti afferunt. Quibus autem rebus perennitas ipsa aut constet, aut comparari possit, deq; his omnibus subtilius differere, aliarum est facultatum, quarum tamen rerum magnificum ipsum, studiosum ac scientem esse oportet, quandoquidem turpe est ignorare quibus rebus ad id perueniendum sit, quod assequi summopere cupias. Et scire quidem, id quod artis propriū est, si est artificis, quanto magis qui uirtutes sectatur qui magnis rebus intentus est rerum ipsarum habere cognitionem decet? nemo enim insciēs agere recte potest. Nec si quid casu aut temere recte successerit, ea laus agentis est. Quocirca magnificū ipsum, & harū rerū studiosum esse decet, & imprimis scire quid se dignū sit. Est aūt Magnifico dignū nō in paruis modicisue, sed in iis quæ & sint & uideantur magna cū dignitate sese gerere.

Rationem dignitatis imprimis habendam esse.

IPsa autem dignitas de qua nunc agimus, nec uno modo cōsideranda est, & pluribus simul rebus cōparatur, nā & authoris personæ ratio habenda est, ac uidēdæ facultates, ne ridiculus fiat, si aut sui maiorūq; obliuiscat, aut operi incepto facultates maxīe impares sint

Decent enim Reges regia,& magnos sumptus facere eius est: cui pecuniæ affatim suppetant. Secus aūt agere quid est aliud ꝙ recta ratione longius deflectere? Belfloriius Siculus homo non indoctus ingenio tamen non satis constanti, cum nonnullam pecuniæ summā sibi comparasset, senex iā magnificam Catinæ domum inchoauit: in cuius iaciendis fundamentis omnem illā summā absumpsit, qua absumpta cum ab incepto destitisset, accusaretur cꝫ a familiari quodā suo, ꝗ tātam molem quæ regias facultates exigeret, uir priuatus & haud magna cū re aggressus esset. At inquit hoc ipsum ago, ut ubi e uita excesserim, magnum quendam me fuisse uirum his e fundamētis posteri suspicentur. Vanū sane ac ridiculum propositum. Videndum est igitur ut sumptus pro facultatibus fiāt: & opus ipsum authorem deceat. Licinius ille tonsor quāuis ditissimus effectus esset, sepulchrumcꝫ eius facultatibus respōderet, ætas tamen illa nihil indignius iudicauit ꝙ ignobilissimum hominem iacere tā regie, unde rei ob indignitate poeta ille: Mormoreo Licinus tumulo iacet. at Cato paruo. Pompeius nullo. credimus esse deos? Et hæc quidem retinendæ dignitatis, quā quibusdam placet appellare decentiam, consideratio prima est. Habenda est etiam operum ratio ut digna ipsa sint. Ac mihi quidē dignitas operum uidetur duplici modo quærenda esse. Altero si quæ opera digna factu ac susceptu sunt, facienda suscipiantur, altero si ubi digna ipsa uisa fuerint, accedat dignitas illa, quam ex amplitudine, materiæ præstantia, ornatu, perennitate, artificiocꝫ cōparari atcꝫ accedere operibus ipsis diximus. Locus etiam ipse ubi quid ædificetur, & tēpora ædificandi cōsideranda sunt, nam & loca & tempora dignitatem afferunt si eorum ratio habeatur cōtra indignitatem ac recte sentientium hominum accusationem pariunt si negligatur, Athenis in arce, Romæ in capitolio, Athenię

ses palladi, Romanus Rex tẽpla Ioui posuit, magna cum dignitate locorũ ipsorum Hannibale rẽ Romanã uexãte, quid fieri potuisset indignius ꝙ̃ ædificandi in urbe Theatri aut sternẽdarũ per Italiã uiarum curam suscipere? quæ quidem non calamitosorum sed fœlicium sunt tẽporũ. siquidẽ in publico luctu iustitium indicitur, non exornatur scena. Videndum etiã nõ solũ ut habeatur ratio facultatum in suscipiẽdis operibus, uerum ut sumptus ipsi, ut quidem fuerint sic etiã appareãt magni, intelligaturq; ut dictũ est cũ uoluptate fieri, & quidẽ tanta, quæ dum operi intendit, dũ pulchritudini atq; ornatui prospicit, indicet despicientiam quasi quandam pecuniarum effundendarum. Tradunt Cosmum Florẽtinum sæpius ad se uocare consuesse fabros operarios, architectos. eosq; blande ac comiter alloqui atq; hortari solitũ nõ solum ut probe uerum ut propere operam nauarent. quid cessarent ac si pecuniæ uellẽt suæ parcere? Ex his potissimũ rebus, atq; in his quærenda ac consideranda mihi dignitas uidetur: & quæ a nonnullis ut dixi decentia uocatur. Vt autem hæc ipsa pariunt dignitatem, sic dignitas undiq; sibi cõstans admirationem. Magni enim sumptus, & opera ipsa magna, eademq; ex egregia & peregrina materia, artificiose, uarie ac decenter ornata, locis æditis imminentia, firmiter & ad ꝑpetuitatẽ posita, non ipsa modo cẽsentur admirabilia uerum authores ipsos admirabiles faciunt, quos æque genus omne hominum laudibus etiã mirificis prosequatur. Quid ꝙ ædificia ipsa ubi eiusmodi fuerint remotissimis e terris homines ad sui spectaculum atq; admirationem trahunt, ac tum poetas tum rerum scriptores ad sui commendationem inuitant.

Quæ sint magnifici uiri opera.

q Væ dũt opera magnificorũ sint propria, distinctius

dicēda sunt: quorum alia publica sunt: alia priuata: publica ut porticus, tēpla, moles in mare iactæ, uiæ stratæ, theatra, pōtes & eiusmodi: alia priuata, ut ædes magnificæ, ut uillæ sumptuosæ, turres, sepulchra. Quo fit ut q magnifici sunt, in illis præcipue uersent operibus quæ diutius sint permansura. Quo enim diuturniora eo præclariora sunt, & eorum quidem usus quo diuturnior eo magis & opera et authores ipsos commendat. Non satis habuit Cæsar exsiccare Pontinam paludem: qua e re mirum in modum uicinis populis cōsuluit, sed per mediā illā strauit uiā pontibus plurimis erectis quo iter in urbem & breuius esset & cōmodius. Quorū uestigia (cū hodie quoq; singulari cū magnificentia pluribus in locis extent) ipsa etiam ruina admiratiōi uidētibus atq; contēplantibus sunt. Imperator Claudius triginta hominum millia undecim annis in ope continuo habuit, dum Fuscinū lacum emittere studet, q finitimos agros sæpenumero inundabat: manēt nunc quoq; uestigia, & beneficiū multis etiā sæculis permanebit. Quid admirabilius inter urbis Romæ monumēta, q̄ tot aquarum ductus, quorū altitudo quibusdā in locis pedū centum nouē fuisse traditur. Proditū est memoriæ Constantinū Augustū quo moles illa Bizantina diuturnior futura esset e littore Baiano, Puteolanum puluerem nauibus comportandū curasse, ut eo calci immixto structura esset solidior, adeo pecuniæ nō pepercit. Apulia, Samniū, Campania, testat magnificentissimos Neruæ ac Traiani sumptus in uijs sternēdis, in pōtibus faciēdis, singulis passuū millibus colūna erecta, qua passuū numerus notabat. Memoria mea multis in locis iter Baianas atq; Puteolanas ruias fistulæ plūbeæ miræ crassitudis inuētæ sūt: in qbus Claudij Augusti nomē scriptū erat. Vestigia ei ipā lateritiæ substructiōis i Sarnēsibus Nolāis atq; Acerrāis finibus ac tū subterrāei specus tū mōtes plibus lo

cis perforati ostendunt a quadraginta millibus passuum cō tinuatū & quidē amplissimū aquarū ductū, qui Neapolim primo, deinde Puteolos, Baias, Cumas, & sparsa ꝑ littus ædificia deriuatus ē. Quid thermas referā a Romanis principibus ædificatas Romæ aut in Baianis Cumanisq; littoribus? quid portus manufactos ut Hostiēsem atq; Pirgēsem? Quid molē illā Iuliam Lucrinū ad lacum? Et ut inquit Virgilius, Tot manu ta manu præruptis oppida saxis. Annibal murorum magnitudine deterritus, mutauit consilium obsidendæ Neapolis, nā Babylonis muri inter illa orbis specta cula referuntur. Refertur ad Marcum Cocceiū (nesciā an is fuerit Marcus cocceius Neruæ Augusti auus, q Romæ aquarum curā habuit, tulitq; maximam Architecturæ laudem) refertur inq̃ ad hunc siue ad alium Cocceium, cripta Neapolitana; sic enim ab accolis uocatur; mirū quidē opus & iter facientibus cōmodum. Extat altera etiā cripta, quæ Seiani dicitur, qua parte Pausilippus mons in mare protenditur. cuius transitus ob ruinas impeditus est. In agro Cumano & secundū Auernum lacū, simili opere duæ in locis nobilissimæ extāt criptæ, quas uetustas magna ex parte cō fecit. Quæ quidem mirum artificium, ingentes sumptus, magnum publici boni studium præseferunt. Inuenio apud bonos authores Carolū Gallorum regem cognomento magnum, Rheni ad Maguntiā ripas ponte iunxisse, qua parte quingentos passus fluminis latitudo patet. Ad urbis magnificentiā & ciuium ac etiam peregrinorum usum plurimum contulere tot porticus tum a priuatis ciuibus, tum a principibus factæ. Nec in urbe solum Roma sed in diuersis Italiæ locis amphiteatra extant q̄uis maiori e parte diruta, quibus ædificandis nullos ætatis nostræ Reges satis cē dicas. Ruinæ Baiani ac Puteolani littoris deterrere ab ædificando locupletissimos quosq; possunt. Aetate nostra Cos-

mus Florentinus imitatus est priscam magnificentiã, tum in condendis templis ac uillis, tum in bybliothecis faciendis, nec solum imitatus, sed ut mihi uidetur is primus reuocauit morem conuertendi priuatas diuitias ad publicũ bonum atq; ad patriæ ornamentum: quem non pauci quãq; minore in re constituti imitari student. Sumptuosissimus fuit in cogendis libris Ptolemæus, statuendaq; Alexãdrina bybliotheca. Tulit Lucullus inter alias splendoris ac magnificentiæ laudes, hanc quoq; comparata numerosa & ornata bybliotheca, quæ cunctis pateret, statutis etiam porticibus ad deambulandum. Parum contentus Augustus templum illud nobilissimum Apollinis in palatio ædificasse & forũ cum æde Martis ultoris, ædemq; tonantis Iouis in Capitolio ac porticum cum latina græcaq; bybliotheca, multa etiã de sua pecunia alieno sub nomine ædificãda curauit: ut porticum basilicamq; sub Lucij & Caij nomine. Item Liuiæ et Octauiæ: ac theatrum Marcelli. Quinetiam ad coercendas Tiberis inundationes, eius alueum non solum repurgauit, sed ripas quoq;, quo liberior cursus esset laxauit. Viã item flaminiam Ariminũ usq; muniuit. Ad hæc ædes sacras uetustate collapsas, aut incendijs absumptas restituit, restitutasq; opulentissimis donis ornauit: siquidem ut Suetonius refert, in Capitolini Iouis cellam, sexdecim millia pondo auri, gẽmasq; ac margaritas quingenties sestertiũ una donatione cõtulert. Quinetiã principes tunc ciuitatis ad magnificentiã hortatus est, in ijs Marcũ Agrippã, a quo conditũ Romæ tẽplum etiã nunc integrũ extat: hæc sunt publicorũ monumentorũ exẽpla, in quæ uidet̃ magnificentia exercenda. Reliquum est ut aliquid etiã de priuatis dicamus: nam & si magnificentia in publicis maxime operibus enitescit tñ tum urbanas ædes, tum uillas magnifice ac p dignitate structas, exornatasq; habere magnificum uolumus, quæ &

urbi sunt ornamento, & domino pariunt auctoritatem: ad hæc qui diuitijs affluat, qui sit e principibus ciuitatis, huic sordida & angusta domus dehonestamento est: uidetur enim indicium esse tum auari tum abiecti animi: parcius tamē propter hunc ipsum Augustū loquimur, quē modicis habitasse ædibus constat grauatum ampla & operosa prætoria quippe quē Suetonius referat diruisse ad solū, ea quæ a Iulia nepte profusius extructa essent. Contra Iulius Cæsar, uillam a se magnis sumptibus in nemorensi ædificatā atq; absolutam, dirui iussit, quod animo suo non plene satisfaceret. Refert Cicero multum cōtulisse auctoritatis & gratiæ inter ciues Caio Octauio quod domū magnificā ædificasset. Ad Cosmi auctoritatem addidere plurimū tum uillæ diuersis in locis ab ipso ædificatæ singulari cū magnificentia, tū domus in qua condenda peruetustū atq; obliteratū iam structuræ morem modumq; reuocauit, qui mihi id uidetur egisse, ut discerēt posteri qua uia ædificarent. Nero Augustus in ijs omnibus fortasse etiam nimius fuit: cuius magnitudo, tātūq; magnificentiæ studium accusādū non est, illud desiderandū potius ut modū in ijs retinuisset. Caius Mecenas tum in alijs multis tulit magnificentiæ laudē tū in turri illa editissima quæ a posteris Mecenatiana dicta est. Perusiæ, Senis, & in alijs quibusdam Italiæ urbibus quæ hodie etiā manēt editissimæ turres præseferre uidētur laudi fuisse datum ægregijs ciuibus quadratā turrim erexisse: qua in rē uidētur mihi de altitudine potissimū, inter se contendisse. Sepulchra inter priuata numeramus opa, quod ea aut unius sunt, aut singularū familiarū, mirū tñ in modū ad urbiū ornatū contulerunt: quæ maiores nostri sacra esse uoluere: ea mirificā quādam uim habent excitandi ad uirtutem & gloriam, præsertim ubi benemeritis posita sunt: tantū tamē potuit iniqtas tēporū & hoīm ipsorū ignauia atq; improbitas, ut in eorū

ruinas ætas superior, tãq̃ instructo milite, ac tormẽtis ere ctis irruerit, adeo p totã italiam passim diruta & prostrata iacent: in quibus quidẽ statuẽdis uidendũ est, ea ut ratio habeatur, qua famæ tum eius cui statuitur, tum eius qui statuit recte consulatur. Mausolei ac Pyramidum fama nisi cũ ipsis litteris non extinguetur. Mos fuit & quidẽ probatissimus extruendorum siue tropheorum siue arcuũ qui hodie triumphales dicũtur: quippe qui essent rerum gestarũ monumenta in quibus quanta magnificẽtia maiores nostri usi fuerint, arcus ipsi docent. Quid admirabilius marmoreis illis colũnis quæ duæ Romæ sunt reliquæ: quæ mihi quidẽ tum ob altitudinem, tum ob sculpturæ elegãtiam ac uarietatem & ob ipsam imprimis raritatem, uidentur non urbi solum sed orbi ipsi ornamento esse posse.

Enumeratio quorundam magnificorum.

q Vãuis autem in his explicandis paulo fuerimus lõgiores, placet tamẽ q̃m de iis operibus quæ magnificorũ sunt disseruimus, quosdam etiã ex ipsorum magnificorũ numero referre, ne suis eos laudibus oino defraudasse uideamur. Pompeius omnes sui temporis hoc genere laudis superauit, structa porticu nobilissima theatroq̃ magnificentissimo. Augustus Cæsar condendis aut instaurandis templis, exornanda urbe omni genere magnificentiæ, adeo excelluit ut iure gloriatus fuerit, urbẽ se marmoream relicturũ, quã lateritiã accepisset. Claudius Cæsar ducenda in Vrbẽ aqua quæ ab eo Claudia dicta est, multisq̃ aliis opibus claruit. Nero Cæsar etiã nimius in toto hoc genere fuit. Domitianus uidetur cũ supioribus Augustis uoluisse de magnificẽtia certare. Traianus ut in nullo genere laudis sic in hoc passus nõ est, se ab aliis superari nisi Hadrianus filius, & patrem, & oẽs qui unq̃ fuere lõgissime ãncessisset: cuius opibus cũ orbis terrarũ magnificatus atq̃ illu

ſtratus eſſet, ipſe in uno tantum Traiani patris templo no-
men ſuũ inſcribi uoluit: nec uero minor fuit Hadrianus in-
ſtaurandis ueterum ædificijs, q̃ nouis a ſe conſtruendis.
Quod exemplũ ſecutus eſt etiam Seuerus Auguſtus, q om
nes ædes publicas quæ uitio temporũ labebantur inſtaura
uit. Inter Græcos autem maximã uidetur laudẽ tuliſſe Athe
nienſis Nicias, nam in pericle non paruũ fuiſſe magnificen
tiæ ſtudiũ ſignificare hoc poteſt, q̃ uocatus a populo in iu-
dicium ob plurimos ædificiorum ſumptus, ſint inquit mihi
ipſi, non populo Atheniẽſi, tanti ſumptus facti, meũq; ope-
ribus ipſis nomẽ inſcribam. Arthemiſia mulierũ omniũ ma
gnificentiſſima merito dici poſſet, ni forte laudẽ hanc inui
dere ei uelit Semiramis Aſſyriorum regina. Aegyptiorum
atq; Aſſyriorũ regum magnificentiam teſtãtur pyramides
E poſterioribus Auguſtis Probus imperator mirũ in modũ
laudatus eſt, q̃ diuerſis in locis pontes, templa, porticus re
gias cõſtruxerit: multorũ fluminum oſtia patefecerit, palu-
deſq; exſiccauerit: quinetiã in ſepeliendo Aradione, quem
ſingulari certamine uicerat, animi magnitudinẽ teſtatus ẽ:
ſtructo ſepulchro cuius latitudo trecentorũ eſſet pedũ. Dio-
cletiana etiã non pauca extant Romæ, atq; in Dalmatia mo
numenta. Theodoſius quoq; inter magnificos principes in
re collocãdus eſt: tametſi capta nuper Conſtãtinopoli, mul-
ta eius monumenta Turcarũ immanitas diruit. Federicus
Siculus, arces, templa, regias etiã plurimas magnificẽtiſſi
me a ſe factas reliquit in Apulia, Calabria, atq; Sicilia Pau
lus ſecundus pontifex Romanus ſplendorẽ quidem maxi-
mum atq; elegantiã pluribus in rebus declarauit: ne ædifi-
candi magnificẽtiã relinquere teſtatã poſſet, ĩmatura mors
effecit. Fuit etiam Nicolaus quintus magnus & ſumptuo-
ſus in paranda bybliotheca, quam ſucceſſor eius Caliſtus,
paucis diebus diſſipauit. De quo Dominicus Capranicus ſa

cerdos

cerdos Cardinalis, cũ intellexisset eũ põtificẽ creatũ a collegio cardinaliũ, ꝙ eius degenerantem cognouisset animum, ꝙ̃ fatue inquit fatui, fatũ creauere. Sistus Põtifex qui Paulo successit: pontem qui ab eo dictus est fecit: uias urbis magna e patre strauit: templa quædam noua ædificauit: uetera instaurauit, nullisq; in exornãda urbe sumptibus pepercit.

Quæ conscribenda sint uiro magnifico.

n E autẽ in ijs præstandis atq; efficiendis aliqua sibi e parte magnificus desit, siue in magnitudine præseferẽda, siue in dignitate retinenda admirationeq; cõparãda, metiri eum & minutatim ut dicũt expendere oportet, quid dijs, quid etiam hominibus debeatur ad hæc aliã tẽplorũ, aliã porticuũ rationẽ esse. Maiores nostri in ponẽdis statuis, quarũ alias equestres alias togatas ponebãt, alias alio habitu declarauere: qui etiã delectus hominũ ipsorum & rerum gestarum in ijs sit habendus. Videndũ etiã quæ sit ciuium aut omnium, aut compluriũ opinio atq; sententia, quid publice probetur. Quæ sit etiam expectatio, ne aut famam parum curasse uideamur aut hominum de nobis opinionem: quod temerarij ac parum pudentis est. Quo fit ut idem hic & magnos & decentes sumptus, etiam in ijs quæad ritus, mores, publicaq; instituta pertinent, facere debeat. quæ pars a magnifico non modo negligenda non est, uerũ etiã diligentissime curanda. Quid enim decentius ꝙ̃ cum dijs immortalibus magnifice agere? In toto genere ueteres tum Romani tum Græci mirumimmodum claruere. Quod ostenderunt tot tantaq; munera Delphos ad Apollinem missa, tot ludi non solum religiose uoti, uerum magnificentissime æditi. Septem illi publicis epulis præfecti, quid nisi summum magnificentiæ studium hac in parte ostendendæ declarauerunt. Quid magistratus illi quorũ pene omnis erat cura publice edendorũ munerũ? Suis temporibus

rex Alfonsus uicit omnes ætatis illius reges, tum in ijs cõparandis atq; exhibendis quæ ad sacrificiorũ apparatũ, & sacerdotum spectarent ornatũ, tum in deorum ac dearũ statuis, quas plurimas, & in ijs duodecim apostolorũ ex argẽto cõflatas habuit: nihil ætas illa aut sacris solennibus, aut publicis ludis ab eo editis uidit magnificentius.

De ludis publicis.

Quoniam autem in ludorũ mentionem incidimus, neq; hæc quidem pars silentio a nobis p̃tereunda ẽ. Ludi ipsi, alij q̃dẽ pietatis gratia suscipiuntur, ut quos Romani uouebant cõsules, ut seculares, ut q̃ hodie in sacris solemnibus Ioannis Baptistæ Florentiæ celebrãtur. Romæ item ac Neapoli, & in plærisq; Italiæ urbibus in honorẽ diuinæ Eucharistiæ. Alij in publicã fiunt ciuiũ gratiã, ut equestres ac scenici, quibus uoluptas spectantiũ ꝓposita est, unde spectacula sunt dicta. Horum etiã e genere sunt uenationes, q̃ in harena exhibeantur, & naumachiæ: in quibus omnibus quod olim Romanorũ studium, q̃ sumptuũ magnitudo fuerit, ex ijs q̃ subijciã exemplis facile intelligatur. Põpeius in spectaculis illis celeberrimis uenationẽ etiã exhibuit ducti in harenã elephãti, horrendũ sane spectaculum, ac leones, quorũ magnus numerus cæsus. Hadrianus mille Athenis feras in stadio, mille etiã natali suo, & gladiatoriũ munus ꝑ sex dies Gordianũ seniorem tanta magnificẽtia fuisse comperio, ut eodẽ tempore, ijsdẽ etiã diebus in omnibus Ethruriæ, Cãpaniæ, atq; Vmbriæ urbibus, Scenicos ac Iuuenales ludos quatriduo dederit. Quid dici aut excogitari in hoc genere magnificẽtius potest? Iulius Cæsar edidit spectacula uarij generis, munus etiã gladiotorium, ac ludos ꝑ singulas etiã urbis regiones, omnium linguarum histrionibus adhibitis, Circenses, uenationes dierum quinque, naumachiã quoq; effosso lacu, in quem deductis triremibus ac

quadriremibus pugnatum est:tanto hoīm ad spectandū cō-
fluxu utq; tecta eos nō caperent:sub tabernaculis agerent.

De donatiuis de cōgiarijs ac etiam de funeribus.

q Vibus e rebus quoniā id efficiāt ut qui magnifici eē
uolūt,nihil prætermittere,aut negligere eorum de
beant,quæ populo placere,& quibus spectandis delectari
ciues senserint,nō erit alienū de triūphis de nuptijs,de fu-
neribus,de cōgiarijs,donatiuisq; aliq̃d dicere,exēplis ꝓpo
sitis quibus quid in ijs deceat,intelligi clarius possit.Con-
giarium populo,donatiuum militi a principibus dabatur, ut
& magnificentiam suam testarētur:& illorum sibi animos
ratione hac conciliarent.Aurelianus Augustus cuius illud
dictum peruulgatum est,populo Romano saturo nihil esse
lætius,ter populo cōgiarium dedit,ad oleum,ac panem,ad
didit etiam porcinam:& tunicas albas manicatas ,item al-
teras tunicas ex Afro atq; Egyptio lino:ad hæc oraria qui-
bus populus uteretur ad fauorem.Alexander Seuerus ter
militibus donatiuum dedit,item populo congiarium:in quo
carnem quoq; distribuit,uix antea præberi solitam. Cæsar
non semel aut plebi epulum ac frumentum,aut militibus do
natiuum.Rex Alexander nouem millibus Macedonum ad
conuiuium uocatis , singulos aurea phiala donauit. Sed
ueniamus ad funera . Inter præclara ueterum instituta
illud imprimis commendatione dignum,quod quorum ui
ta fuisset perspectior , eorum funera tum e priuata, tum e
publica pecunia magnificentius prosequebantur , ludis
etiam editis qui funebres sunt.Hadrianus in ijs spectacu-
lis quæ in honorem Traiani patris edidit,balsama & cro-
cum per theatri gradus diffundi iussit:in honorem etiam
socrus aromatica populo dedit. Senatus , eques , populus,
miles,nihil omisit, quod præstari posse .L. Sillæ funeri ui

deretur. Apparuit nõ minus studiũ (põpa etiã maior fuit) in Iulij atq; Octauij funere. Sed ĩ toto hoc genere illud mihi q̃ optime institutũ uidetˀ, q̃ eloquẽtes uiri adhiberẽtur, qui mortuorum laudes benefactaq; maiorũ, oratiõe sua prosequerentˀ: dignũ sane testimoniũ uirtutis: & ad bñmerẽdũ de hoĩm genere nõ paruũ incitamentũ. Omnis autem funebris honor ad uiuentis pertinet, quid enim aut nihil sentiẽti cõferat, aut nullo modo curãti res humanas siue cum dijs ipsis tranquillitate perfruatur, siue cõtra crucietur apud inferos. Maiorum enim laus hæreditarium bonum est, quippe cum liberi nepotesq; ab illorũ meritis commendari soleant. Itaq; iam inde Athenienſe a Cecrope institutũ fuit, uti de mortui laude in funere prædicaretur inter propinquos. Ad hæc posteriorũ gratitudo celebrandis maiorũ funeribus nõ parũ agnoscitur: quid ꝙ tum his ipsis posteris, tum ciuibus alijs stimulus admouetˀ, quasi quidã ad benemerendum de suis etiam minoribus. Quinetiam ꝙ iniustũ uideretur aduersus mortuos ingrate agere, qui priuatim & publice plurima perpessi essent in uita acerba & grauia: longeq; plurima, eaq; etiam maxima dedissent beneficia, exequias ipsas quæq; inferiæ dictæ sunt, iusta uocauere. Digna sane appellatio: res aũt ipsa dignior, populiq; bene constituti maxime propria. Quid enim ciuibus ipsis aut utilius, aut decentius q̃ in qua urbe suus est uirtuti locus, eos qui genuerint aluerint, instruxerint ut optime meritos honoribus suis ꝓsequi aliosq; e posteritate etiam ipsa, uniuersaq; ciuitate: de ipso deniq; hominũ genere ad hoc ipsum inuitare? hæc eadem ratio benemeritis ciuibus & uiuis & mortuis statuas erexit. ac sepulchra: siquidẽ in bene cõstitutis urbibus publice priuatimq; imaginũ ac sepulchrorũ maximã curã cunctis sæculis uideo fuisse habitã. Sed redeamus ad funera. Hannibal quanq̃ Barbarus atq; immanis Romanos a militibus suis

belli iure cæsos, honore tamē sepulturæ atq; exequiarū uacuos esse noluit: etiā in medio belli ipsius æstu. Probus Augustus Arradionē quē singulari certamine, ut iam dixi, pugnans confecerat magnificentissimo etiam sepulchro honestauit. His exemplis, quibus res suppetit tāto ipsi uehemētius excitari debent, tum ad funera magnifice edenda, tum ad extruēda sepulchra ponēdasq; imagines. An poetæ quoq; nō ipsi in cōmendationē uirtutis atq; illustriū uirorum testantur carminibus & ludos editos in Heroū funeribus, & cōuiuia etiam habita? eoq; ab Heroicis illis temporibus manasse arbitror, quod hodie quoq; compluribus in Italiæ oppidis seruatur, uti illis ipsis funerū diebus ꝓpinqui comparatis epulis in mortui ædes conueniāt ad discumbendū: ne quo genere honoris funus ipsum defraudetur: quod ipm ad eundē etiā Cecropē refertur: humato corpore ac post obductā terrā, postq; satas illic fruges, epulæ ut sequerentur, quas inirent, ut Cicero refert propinqui coronati. Alibi ab ijsdem propinquis epulæ opiparæ cōcinnatæq; tm̄ mittunt, quibus familia ipsa quæ funesta est uescatur, ac dolorem sedet. Humanum sane consolatiōis genus Ferdinandus Rex Neapolitanorum, non Isabellæ solū uxoris, aut Helionoræ filiæ, atq; Hippolitæ nurus funera singulari pompa edidit, uerum & Francisci & Blācæ Mediolanensium Ducibus, Hippolitæ ipsius parentibus: ac Ioanni Aragoniæ Regi patruo. Matthiæ Hūgariæ Regi genero. Federico quoq; Imperatori, q̄ diuersis ac lōginquis ī locis e uita migrauerāt, exequias rara quadā magnificētia, splēdoreq; persoluit. In hūc aūt ipm Ferdinādū Alfonsus filius difficile explicatu est q̄ fuerit etiā effusus cū supra decē ac septē aureorū millia in illius funus effuderit. Quo in gn̄e laudis xp̄iani maxime excellūt qui quotānis bene de religione meritorū hoīm funebres dies religiosissime colunt, memoriæq; eorū diuinā

rem faciunt, aris etiam ac templis dicatis, addita quoq; ludorum editione ac uacatione operum. Toto tamẽ hoc in genere honoris ac gratitudinis illud diligẽter uidendum est, ne obliti generis atq; ordinis uideamur, tãetsi aliquãtulũ ĩ hoc excessisse pietati fortasse cõcedendũ uideatur, eiusq; cui funus fit memoriæ: q̃n ratione alia meritis illius gratia referri nequeat. Iã uero imagines ac magnificũ ipsum sepeliẽdi genus, q̃d aliud q̃ publicũ sunt ac perenne testimoniũ uirtutũ recteq; factorũ eius q̃ excessit e uita? gratitudinisq; eorum ipsorũ qui statuas posuere, aut statuere sepulchra? maximo cũ excitamẽto uiuẽtiũ ad uirtutẽ & gloriam: eiusmodiq; ad honores in uita obituq; adipiscẽdos. Georgius Trapezuntius, rerũ uetustarũ uir abunde studiosus audiẽtibus nobis adolescentes cum essemus non semel rettulit legisse apud bonum authorem, Tomitanos ciues, Ouidio poetæ qui apud eos diem obijsset, collata e publico pecunia propter ingenij nobilitatem, tymbon græco enim uerbo utebatur, magnifice struxisse ante oppidi portã in loco maxime celebri: q̃uis Ouidius & peregrinus esset, & ab Imperatore Romano proscriptus. Cõstat etiã Theodoricum Regẽ quanq̃ Barbarum, Romaniq; euersorẽ imperij: ac Rauẽnæ constituentẽ regni sui sedẽ, Augusti tamen sepulchrũ Romæ instaurandũ curasse. Quid, q̃ uetustissimus mos fuit in honorem amici ac benemeriti cuiuspiam uiri sepulchũ ei statuere, nõ q̃ conditi illic eius essent cineres atq; ossa: sed memoriæ tantum id tributum, illustrandiq; nominis eius gratia. Qua e re contingit eiusdem persæpe uiri: diuersis locis plura etiam sepulchra inueniri. Verum hac in parte quocunq; tete uerteris, tum priuata tum publica permulta sese tibi exempla offerent, quamobrem ad ea quæ dicenda restant transeamus.

De nuptijs.

a C ne partem eam quæ ad nuptias pertinet intactã præteriisse uideamur, si qua in re hoĩes rõnẽ secuti sunt, ut a bestiis plurimũ differrent, imprimis mihi uidẽt in quærẽda prolis socia eã secuti, qua in re palã ostẽderunt quãtũ ipsis a natura inesset pudoris studiũ quãtũ etiã temperãtiæ atq; prudẽtiæ: nã ne ꝓmiscue ut illæ coirẽt hac primũ uia cauere: deinde quæ cuiusq; proles esset hac potissimũ rõne scire se posse arbitrati sunt. Quocirca statuere certas nuptias: quibus & naturæ in quærẽda prole honeste satisfieret, et ciuitates firmius cõstituerẽt, dũ familiæ cognationesq; tota deniq; ciuitas eiusmodi uinculis undaobstringitur. Iure igit̃ nuptiæ & a principibus, & a priuatis hominibus tã antiquis q̃ nostris tpibus magno in honore sũt habitæ: iure in illis celebrãdis singularis quidã splẽdor, & magnificẽtia adhibẽda. Declarauit hoc annis superioribus Neapolitanorũ Rex Ferdinãdus in Hyppolitæ Mariæ nurus, & Alfonsi filij nuptijs qui principes ac populos Italiæ oẽs ad eas ĩuitauit: missi ab ijs oratores, singulari comitate accepti. Ludi pluribus diebus editi, orchestris ac gradibus ad spectãdũ magnis sumptibus dispositis, ijsq; partim purpura ac serico, partim uariato pãno intectis: sequestres concursiones magno apparatu hoĩm atq; equorũ factæ. Epulæ lautissimæ ac largissimæ præbitæ: quibus tamẽ q̃uis nihil defuisse uideretur, lõge tñ spectatiores fuere nuptiæ, quas Alfõsus pater fecit collocata Helionora nepte Federico tertio Germanorũ Imperatori: in q̃bus Imperator ipse cũ oĩ̃i fere Germaniæ nobilitate affuit, cõpluribus itẽ Hispaniæ principibus q̃ Helionorã ex Hispania deduxerũt. his in nuptijs ut alia taceam uenatio exhibita est, quattuor millibus passuũ a Neapoli qui locus a Regibus uenatiõi statutus est. Fixa tentoria in campis secũdũ Anguianam paludẽ fontes e uario uini genere passim ad littus facti, mensæ appara

tæ in quibus supra trigita hominum millia discubuere: huc accedit, q̃p qui spectandi gratia conuenerant, plurimi mortales, onerati esculentis plurimorum dierum domum rediere. Nesciam an sol in hoc magnificentiæ genere quicquam uiderit magnificẽtius. Sed Reges omittamus, quis est e media plebe homũtio qui non aliquo apparatu nuptias celebret? Quo magis uidere oportet eum cui facultates suppetũt, nõ solum ne quo modo sordidum, uerum ut q̃ potest magnificum sese in illis agat. Decet tamen imprimis esse sui ipsius memorem: accusatus est enim Atheniensis Demades quanquam ditissimus q̃p in filij nuptijs regium magis q̃ honesto ciue dignum splendorem adhibuerit.

De triumphis.

t Riumphandi autem ratio tota uidetur hinc suscepta, q̃p uirtuti priuati ciuis honos publice referẽdus esset: aliiq; exemplo ipso incendẽdi ad uirtutem ac gloriam. Traiano etiam post mortem, debitus illi triumphus est redditus. Quocirca triumphalibus in pompis quo uictoris species illustrior appareret, permissæ sunt triumphanti habenæ quo apparatus ipse esset q̃ magnificentissimus, & quidem iure, ut in publica lætitia, ut icolumitate exercitus, ut hoste capto ac cæso, & uictoria per uirtutem parta. Quin etiam permissi ioci liberiores, adeo in iis pompis lætitiæ publicæ indulgebatur. Quæ autem in bello atq; in grauissimis periculis magnitudo animi retenta est eam in eiusmodi pompa non retinere, patiq; ab auaritia uinci, an est aliud q̃ dedecorare uictoriam & altitudinem illam animi comparcendo deiicere. Fuit i triumphis suis magnificus Pompeius: nõ minore magnificentia usus est Cæsar: ne autem seriem triumphantium exequi uelle uidear, placet unius Aureliani triumphum referre, Odenato atq; Zenobia qui sibi Egyptũ occupauerant superatis: & item Tetrico qui Gallias. Ascen

dit igitur Capitolium curribus tribus, argento atq; auro, gemmis item plurimis distinctis: luxu quidẽ Regio quorũ alter ipsius Odenati fuerat. Alterum sibi Zenobia paraue-rat, eo urbem ingressura, quod sibi per insolentiam promi-serat. Tertius a Persarũ Rege dono missus ad eum fuerat. Quarto quoq; curru adhibito qui Gotorũ Regis fuerat, quattuor etiam ceruis currui iunctis: quos sacrificasse Ioui capitolino ex uoto memoriæ proditum est: præcedebant Elephanti uiginti feræ itẽ mansuetæ ducẽtæ, ex Aphrica Egy-ptoq; conuectæ, diuersi admodum generis. Tigrides quat-tuor Cameli pardali: suo quæq; ordine gladiatorum paria octingenta. Deuictæ gentes cum titulis: Goti Alani, Rhoso lani, Sarmatæ, Frãci, Sueui, Vãdali, Germani, Palmireni, Egyptij. Inter hos captiuos mulieres decem quæ uirili habitu pugnantes inter Gotos captæ fuerunt, cum magnus ea-rum numerus cæsus esset in prælijs, easq; ab Amazonibus originem ducere, titulus indicabat. Tetricus ipse ducebatur chlamide coccinea, tunica galbina, brachis Gallicis ĩdutus cũ Tetrico filio quẽ Imperatorem Galliarum declarauerat. Ipsa Zenobia gemmis etiam plurimis insignita, aureis catenis uincta. Coronæ aureæ ciuitatum præferebãtur: præter ipsos etiã captiuos Blemies, Exomitæ, Arabes, Eudemões, Indi, Bactriani, Hiberi, Sarraceni, Persæ cum muneribus quiq; suis incedebant: pompam ipsam illustrabant maxime Senatus populusq; Ro. in ordines distributus: uexillatio-nesq; collegiorum: equites item cataphractij plurimi cũ om-ni exercitu, ut nona hora ex quo ingredi pompa cœpit, uix ipse in capitolium peruenerit. Triumphũ ipsum secuti sunt ludi Scenici, Circenses, uenationes item, Ludiq; gladiato-rũ & naumachia, coronæ ẽt siligineo e pane, populo datæ.

De accipiendis hospitibus.

i N accipiendis etiam hospitibus, cum hospitalitas ipsa iure data sit laudi, magnumq; ciuitati ornamẽtum afferat, nõ solum uidendũ id est ut liberales in eo simus, uerum etiam ut magnifici: quæ res si in priuatis hominibus iure plurimum commendatur, quanto magis in principibus ac Regibus debet splendescere? cum in iis satis non sit si hospitalitas ipsa liberalis fuerit, nisi sit etiam splẽdens atq; magnifica: sed de splẽdore post: nũc de magnificẽtia in qua exercenda ut dignitas illa de qua tã multa dicta sunt retineri possit, persona eius qui hospitio acceptus est, et tua qui acceperis uidenda est. Genus etiã uitæ: ætas quoq; ac tempora diligenter cõsiderãda. Fuit in hac parte Magnificus Rex Alfonsus: quippequi eos q̃ ad se diuertissent, non solum accipiebat liberaliter ac splendide uerũ donis magnificẽtissime prosequebatur pro cuiusq; dignitate nullũ adeo honestandi ac munerandi genus omittens in illis exornandis. Et quoniam in eam partem incidimus quæ ad munera pertinet ac donandi gratiã, eaq; tanquã condimentũ quoddam est magnificentiæ totius. De hac deinceps dicemus.

De muneribus.

p Rincipio munera ipsa, & dante & accipiẽte digna esse debent: quibus quæ gratia inesse potest, si neutrum decuerint? deinde etiam magna. Quid enim magnificum habere possunt ubi pusilla fuerint, q̃uis interdum & pusilla plurimum gratiæ apud eum qui accipit inueniant: quod persona ipsa aut affectus accipientis præstat: pueros.n. ac puellas non tã doni ipsius preciũ mouere solet, q̃ pulchritudo atq; ornatus: & quæ hodie dicitur elegãtia siquidem pocula ex nobilissimo uitro quod nunc cristallinũ uocamus, amplius q̃ argentea puellam delectauerint, & puerum pusillus equus magis q̃ tarentinus. interdum etiã ipsa raritas preciũ facit. dicitur de nimia uoluptate exiliisse

Alfonsus cum Anconitanus Cyriacus, succino eũ donauit quo pansis alis musca includebatur parua imo pusilla sane res, at raritas apud principem qui non tam preciũ, q̃ ipsam raritatem metiebatur, maximam fecit. Nõnunq̃ etiã artificium ipsum cõmendat munera. Quid tam habuit in delitijs idem hic Alfonsus q̃ tabellam Ioannis pictoris? Sũt qui minutissimum uasculum ex ijs quæ porcellanica dicuntur, argenteis atq; aureis etiam precij maioris anteponant. Quæ res efficiunt ut aliquando muneris præstantia, non tam ab ipso precio q̃ a pulchritudine, raritate, elegantia, artificioq; iudicetur: proinde magnitudo illa quæ magnificũ decet, interdum non tam precio censenda est, q̃ his ipsis quibus dicimus commendari solere munera. Dicitur Alexãder Macedo in honorẽ Phaili impigri & fortis atletæ, multas exuuias dono Crotoniatis misisse, quas uidelicet uictoria ipsa magis q̃ precium magnas ac gratas faceret contra ut gemmas unionesq; non magnitudo ea quæ quãtitas dicitur, sed precium ipsum, quædam commendat: adeo munerum magnitudo nunc a precio, nunc a raritate, dignitas autem ab eo potius qui accipit metiẽda est. quarum rerum dilig̃etem æstimatorem magnificum esse decet. Nuper Assiriorũ Rex ad Ferdinandum inter alia munera Camelum pardalũ misit, & asinum quem ex ultimis orientis partibus adductum constat. Quid asino uilius? Ad eum tamen spectandum multi remotissimis e locis uenere. Fecit autem spectabilem res una, q cum esset maculoso pilo uirgatũ corpus ostentabat, diuersicoloribus ac paribus lineis. Fuere in his muneribus res quidem multæ & preciosæ, duo tamen hæc animalia, ut peregrina, ut non ante uisa reddidere donum ipsum etiam spectandum. Facit interdum munerum magnitudinem uarietas ipsa: interdum etiam multitudo, ut cũ Hieron Syracusanus tantã tritici atq; hordei uim, tantum etiã ues

ſtium numerũ romã deferendũ curauit. Aliqñ uolũtas dan tis longe precioſius donũ ipſum efficit, ut cũ in tanta popu li Ro. calamitate, in tot populorũ defectionibus, ordo & po pulus Neapolitanus, quadraginta aureas pateras eidẽ do no miſit. Quis etiam dubitet cui dona mittenẽ, ſi is liberali ac magnifico ſit animo cum eo magnificentius agendum? Si enĩ ubiq; magnificũ decent magna, honeſtum ſane erga magnificos gerere ſeſe ꝙ magnificẽtiſſimũ. Põpeio magno Tigranes rex ſexies millies talẽtũ dono dedit. Videnẽ tum Græciæ principes tum Egypti atq; Aſſiriæ reges in mitten dis ad Apollinẽ muneribus de magnitudine certaſſe. quidã tñ non tam id agere uoluere, ut uiderentur magnifici ꝙ ut erga deũ grati, qualis fuit Ageſilaus ꝗ rebus a ſe fœliciter atq; ſententia geſtis decimæ nomine, plura ꝙ centũ talẽta biennio mittenda deo curauerit. Alfonſus nõ erga alios mo do, uerũ etiã aduerſus milites magnificentia uſus eſt, quos tum auratis loricis ac phaleris tum ſericeis ueſtibus pro cu iuſq; dignitate ornabat, interdũ etiã auro, argentoue inte xtis aut bracteatis. Itaq; eius exercitu nihil illis tẽporibus uiſum eſt ſplendidius. Ferunt Mutiũ Sfortiã cũ aliqñ con ſerturus cum Alfonſo manum eſſet, petentibus militibus ſi gnum quo ab amico hoſtem diſcernerent, reſpõdiſſe, ut quẽ magnifice ornatum ſplendideq; phaleratum uidiſſent, eũ hoſtem putarent. Dona etiam quædã non tam ipſa per ſe ma gna ſunt, ꝙ ꝗ eorũ qui mittunt auctoritas. Maieſtaſq; ma gna efficit ut cum Senatus populuſq; Ro. ſella eburnea, ue ſtibuſq; Senatorijs regem aliquem benemeritum donabat: ipſius enim Senatus ac populi terrarum principis iudiciũ, donum illuſtrabat: eiuſmodi autem dona eo illuſtriora ſunt quo rariora, nec tam petentibus dantur, ꝙ ſponte beneme ritis mittuntur. Omnino autem munerum finis gratuitus eſſe debet, qui ſi uoluptatem aliquam, quæ parum honeſta

ſit reſpectet, nequaq̃ mihi qui finem hunc ſequatur magnificus iudicabitur, ſed uoluptarius quiſpiam. & mercator rerũ earũ quæ ſunt homini cum beluis cõmunes, quo nec melior uideri poteſt qui utilitatem ſecutus magna dat, ut paulo poſt referat maiora: quod in regibus præſertim eſt turpiſſimũ æquorũ animos etiã ſuſpitione auaritiæ: uacuos eſſe decet. quãq̃ ſæculo noſtro uix aliud genus hominũ tam libenter atq; aſſidue mercaturã exercet, qui tamen dum oſtentare uolunt magnificentiam, Hiſtriones Scurras, Tybicines maximis donis proſequũtur. Quin ſi quos benemeritos muneribus aliquando affecerint, non tam uolentes id agũt, q̃ ut ſuſpitionem deuitent auaritiæ, aut aliam ſecuti rationem conſiliũ ſuum celant. In utroq; autem maximum ineſt uitium: nihil eñ fictũ aut fucatum habere uirtus debet: nec ſine delectu recte agi quicq̃ poteſt. Aulus Vitellius dicitur nullo modo nullo delectu habito, nõ ſolum donaſſe ſua, uerum etiam largitus aliena qui mihi diſſipator ac tyrannus ueriuſq̃ magnificus dicendus uidetur. At Hadrianus quẽ tradunt reges omnes uiciſſe munerum magnificentia nihil tale admiſit, nanq; ut fuit in conferẽdis muneribus magnificentiſſimus, ſic alieni continentiſſimus, & in delectu habendo etiam prudentiſſimus. Tacitus Auguſtus columnas centum e lapide Numidico hoſtienſibus dono dedit: quarũ ſingulæ pedũ trium ac uiginti fuiſſe dicuntur: donum lundiq; circunſpectum. Fuit eñ & magnũ, & ipſo atq; Hoſtienſibus dignũ, & finis tum gratuitus, tum rex cuius gratia donum datum eſt q̃ honeſtiſſima: uoluit enim bonus princeps Hoſtienſes muneribus ſuis iuuare in condendo publico opere quod ab illis fuerat inchoatum.

De paſcendis domi beluis.

Eſt etiam quaſi quoddam magnificentiæ ornamentũ paſcere domi, urſos, pardos, leones, multus fuit

Alfonsus in pascendis accipitribus: cuius filius Ferdinandus & patrem & reges omnes de quibus fama est aliqua superare iudicatur nō accipitribus modo sed equis canibusq; pascendis: quos ab extremis etiam terris plurimo ære cōquirit. Nec uero laudandos eos ducimus, qui ut aues ac mansuefactas pecudes pascant, ut spectacula edāt, ut donis plurimos afficiant, ut ædificent eleganter ac magnifice, aut auferunt a quibus etiam minime debent: aut qui amplectendi sunt, eos desertos patiuntur: neq; enim magnificentia uacare debet iustitia: qua seruata non solum in honore & precio habenda est magnificentia: uerum propter præclara opera in admiratione tum ciuium tum peregrinorum, quos uirtutis huius fama trahere in admirationē solet: nam quæ suo in genere magnifica sunt ea quis nō admiretur? præsertim cum magnifici ipsi quidem ita instituti sint, ut quod faciendum susceperint, in eo non solum non parcant pecuniæ, uerum id agant ut obliuisci sumptuum uideantur, dum opus ipsum euadat magnificum atq; excellens in genere suo, ut siqui contendere etiam uoluerint difficiles ad modum partes suscepturi sint: neq; enim facile superari potest, qui ut dignitatem de qua diximus assequatur, sumptuum ipsorū uideatur oblitus: quiq; in magnis operibus maior ipse appareat. efficiaturq; hoc pacto magnificentissimus. Sunt etiam uirtutis huius aliæ species duæ: quarum altera uersatur in ornatu: domesticaq; suppellectile, altera conuiuijs, de quibus statim dicemus.

Finit de magnificentia.

Ioannis Iouiani Pontani ad Charitheum: De splendore.

Prologus.

AD splendentem hominem de splendorē dissererere Charitee dulcissime, etiam si nulla intercedat beniuolētiæ ac familiaritatis gratia, ipsa tamē nō præstari hoc a me debere & hortatur & iubet. quippe cū materia ipsa cōsentiat cū artifice. Ac tametsi familiaris res tua domesticaq; suppellex sit etiā mediocrior, in hac tamen ipsa domesticæ rei mediocritate, splēdidū te quacūq; in parte domesticæ suppellectilis, ornatusq; familiaris, ita præstas ac geris, ut admirari non minus nitorem, q̄ laudare modum ac mensuram in illis tuā, & uelimus & debeamus: præsertim cum hunc ipsum nitorem tanquā natura tibi insitum etiam in ijs quæ solius sunt ingenij ubiq; ac semper præferas. Iure igitur librum tibi hunc de splendore uendicasti, immo & fecisti tuum. In quo quidem (cultum enim atq; elegātiam noui tuam) satis scio multa desiderari a te posse, quæ a me sunt, aut negligenter omissa aut per inscitiā ignorata. Tu uero Charitee quæ tua est lænitas, quodq; in carminibus etiā nostris facis ut si q̄d inertiæ in illis deprehenderis, facilitate id tua indulgenter condones, in hac item disputatione si q̄d aut prætermissum a nobis fuerit, aut forsitan ignoratum, uel spōte id tua, uel rogatus etiam atq; etiam condonabis.

c Vm igitur in apparatu domestico, in cultu atq; ornatu corporis in suppellectile familiari, magni etiā sumptus fiāt, multos enim inuenias q̄bus satis non sit habere aptam & necessariam suppellectilem, nisi ea sit etiam præclara, & multa, in hoc quoq; genere sumptuum peccari potest, dum ijs apparandis, comparandisque, aut pecuniæ nimis quis parcit, aut eam effundit immoderatius. Quocirca medius ille habitus, quæ mediocritas dicitur, etiam in his quærendus est. Quod si maiores no-

stri quem mediocritate hac præditum cernerent eum splen-
didum uocauere, q autem modum prætergrederet initio ele
gantem, nam id nomē olim in malā partem acceptū fuit post
luxuriosum, huic uero aduersum sordidū dixere, pfecto me
diocritas ipsa splendor, exuperantia luxus: defectus uero tū
sordes, tum sordities recte uocabitur. Non inepte autē ma-
gnificentiæ splendor statim subiūgitur, qp et ipse in magnis
uersatur sumptibus, & habet pecuniā commune quidem cū
illa materiā. Sed magnificentia ipsa sumpsit nomē a magni
tudine, uersaturq; in ædificiis, spectaculis, muneribus. At
splendor qp in ornamentis domesticis, in cultu corporis, in
suppellectile, in apparatu rerū diuersarū placet. Inde nomē
a splendendo duxit: atq; ut magnificentia magnis faciēdis,
sic uirtus hæc a splendidis traxit uocabulū. Quinetiā ma-
gnificentia in publicis operibus, & iis quæ diutius pman-
sura sint magis uersatur: cum splēdor priuata potius curet
nec momentanea quædā ac minora negligat. his explicatis
ne ab instituto nostro recessisse uideamur: anteq; de splēdo-
re ipso præcepta tradamus, qui & quales sint sordidi, q eti
am luxuriosi paucis disseremus.

Duo esse sordidorum genera.

Sordidorum duo sunt omnino genera: alii enim uo-
lunt ipsi quidem habere bonā & utilem suppellecti
lem, sed dum eam cōmodā habeant dum parū in illa
comparāda impendāt, ægregiā ac splendentem habere ne-
gligunt. iidem bene uestiūt, nō tamē elegāter aut sumptuo-
se. Alii uero aut habere nullo modo eā curāt, solis nummis
inhiantes: aut si quā habent, ea est perexilis & sordentissi-
ma, quos auaritiæ fecem iure uocaueris. In omni autē uitio
et uirtute, quādo ut dictum est, nec uirtus nec uitium latitu
dine caret, est & plus & minus inuenire. Neq; enim quod
in libro qui est de liberalitate diximus; auari singuli totam

auaritiã sunt complexi. Iccirco luxuriosorũ quoq; qui maxime sunt sordidis contrarij, sua etiã sunt genera: quidam eñ in una aliqua splendoris parte nimis luxuriantur, ut q̃ corpori exornando plus nimio dediti sunt: qua in re nec suam, nec maiorũ dignitatem retinent: obliti etiã ætatis ac tẽporũ item ordinis ex quo ipsi sunt, & ciuitatis in qua hæc agunt: qualem fuisse Caium Cæsarẽ Augustum apud Suetoniũ legimus. qui ne uirili quidẽ, ne dum humano uestitu, calciatuq;, ac cætero habitu usus fuerit: quippe qui ut armillas ac gemmatas penulas, ut cycladas ac cothurnos, ut speculariã caligam, ut deniq; muliebrem soceum taceamus, sæpenumero conspectus fuerit in deorũ habitu nunc aurea barba fulmen tenens, nunc fuscinam aut caduceũ aliquando etiã Veneris habitu in publicũ processerit. Alij tanq̃ equi dissultãtes undiq; diffluunt, atq; in luxum præcipites tanq̃ laxis habenis feruntur, nullo modo patientes se intra girũ rationis ac mensuræ coerceri, uanũ profecto genus hominũ, totũq; in ostentationẽ conuersum, nullam uestẽ Nero Augustus bis induit: piscatus est rete aurato. purpura & cocco funinibus nexis: usus est & soleis mularũ argẽteis. Fuit domus eius non solum auro perlita, sed gemmis atq; unionum conchis distincta, cuius cœnacula tabulis eburneis, ijsq; uersatilibus laqueata fuerint, quo tum flores per fistulas spargi, tum unguenta desuper defluere possent, an hic tibi ex omni parte diffluxisse uidet̃, qui etiã gẽmas ac margaritas, nedũ aurũ atq; argentũ, ludis circẽsibus in populo sparserit? Sũt qui ipsi quidẽ modum retineant, & splendescere domũ suã uideri uelint, id tñ agũt ut auaritiã tegãt: itaq; cõparãt gẽmas, uniones, uasa argentea ut præseferãt splendorẽ: ac dũ nũmos in hæc ipsa conuertũt & abacum instruũt, purgata auaritiæ suspitione splendidi uideri uolunt. hos quis splendidos uocet, cũ eorũ sit ficta persona? qualis fuit Galeacius

Maria dux Mediolanensiũ, qui nuper a Ioanne Andrea Lã pugnano cõfossus est. is enim ad ultimas gemmas clã a se emptas ostentabat ut raras & admodũ preciosas. Sunt qui ærea uasa inaurent, quibus mensas exornent: quæ quidẽ ua nitas est etiam fraudi coniuncta, non splendor. Hi autẽ aua ri cum sint, arte hac, animi uitium celare alios uolunt. Cæte rum a splendore ipso qui sordidi uocantͬ, maxime alieni sunt siquidem luxuriosis & diffluentibus modus tantum abest ac delectus. Et hi quidem ad mediũ reuocari sæpe solent, cũ uitiũ ipm in sordidis nõ secus ac in auaris indies augescat.

Qualem esse deceat uiri splendidi supellectilem.

His dictis ad ea quæ splendidorũ sunt transeamus, ac primo loco de supellectile: deinde de ornamentis deinceps de cultu & ornatu corporis: ultimo de ap paratu dicemus. Supellectilẽ uocamus omne domesticũ in strumentũ, ut uasa, lances, textilia, lectos, & id genus cæte ra, sine quibus cõmode uiui non potest: hæc q̃q̃ homines usus & cõmoditatis gratia sibi comparãt, splendidorum ta men officium est nõ usum aut cõmoditatẽ solã respicere, sed ut ea tum multa domi habeant, quibus etiã cum opus fuerit amici notiq; cõmode uti possint, tum egregia cũ aliqua etiã uel artificis, uel materiæ, uel utriusq; præstãtia: gladiolum enim sordidus ac splendens æque sibi adhibent in mensa. Il lud autem interest q sordidi cultellus est immũdus, & cor neo capulo, at splendidi nitidus, & capulo aut e p̃stanti ma teria, aut affabrefacto. Erit igitur splendidi supellex nitida et multa, ac non solũ pro facultatibus, uerũ etiam pro expe ctatione atq; auctoritate: in quibusquidem aliquãtulum ex cessisse fortasse fuerit non indecorum. Et quoniam senatori am dignitatem ac principis domum decet excellentia quæ dam, erit supellex ipsa nõ solum ut dixi nitida & multa, ue rum etiam rara & excellens. Quæ res efficit, ut splendidũ

oporteat sumptuosum esse: rara enim & excellẽtia maximo ueneunt precio. Fuit liberalis atque magnificus in plurimis Alexander Seuerus, non caruit tamen nota, quod in conuiuijs aurum nescierit, & pocula ipsa quanquam nitida, mediocria tamẽ semper habuerit, cuius exemplum hac in parte ut laudandum nõ est: quippe cum esset Augustus & princeps orbis, sic quoque potest detestandus Varius Heliogabalus, qui aureo uase utebatur ad excipienda corporis exerementa. Idem etiam uideri supremum in modum ridiculus potest, qui gẽmas ab optimis sculptas artificibus in calciamẽtis habuerit, ac si nobilis sculptura cerni posset, quæ in calciamẽtis ferretur. Vide luxum hominis perditissimum. uti autem Romanum principem auratis frenis, atque habenis sericeis, phaleris item bractcatis, splendidum quidẽ est, at soleis mularum equorũue argenteis summæ uanitatis ne dicã diffluẽtis tñ luxuriæ. Quo fit ut supellex ex ipsa ad honestum etiam usum cõparari, a splendido debeat, quippe qui & utetur ea cũ opus fuerit, & ubi ratio suaserit, etiam multa ex ea donabit. In quibus omnibus eam rationem sequetur quæ probari iure possit. Erit etiam supellex ipsa talis quæ habentem non dedeceat: quid enim indignius quam rusticanum hominem bibere gemmato poculo? Illud etiam præstandum est a splendidis ut re ipsa appareat, non sibi soli, sed familiæ quoque, & amicis cognatisque & cũ publicus etiam usus uocauerit, populi usui atque cõmodis comparasse supellectilem. Audio de maioribus natu Philippum Mariam ducem Mediolanensium quodã in cõuiuio statuisse, ne argenteis quadris, sed ligneis tñ nouis, carnes in mẽsa cõuiuis appõerent: ipsas aũt quadras, alias post alias statim mutari, mutatasque abijci iussisse, eaque ratione grandem quandã summam effudisse. Itaque non lignea quadra uili comparata, sed effusio ipsa tantus que numerus reddere eum splendentem potuit. Rex Alfon-

sus & cados,& dolia,et situlas ex argēto habuit,crateres etiā ex auro,toralia & mappas e tela conquisitissima:itaq; eius mensis nihil splendidius:nā de cætero apparatu post dicemus.Talem igitur splendidi hominis supellectilem esse uolumus:cuiusquidē tametsi propriū est curare ut sit multa & peregregia,ignorare tñ debet quanta ea sit,dūmō sit maxima,quæq; rationem habeat facultatum,ac dignitatis. Est enim modici cuiuspiā nō splendidi,quantū sat sit habere supellectilis atq; ornamentorū.Quinetiā laudari admodum solet ubi ad multitudinē raritatēq; supellectilis illud accesserit,ut quæ sunt eiusdem generis,ea sint uario ex opere,artificio atq; materia.Neq; eñ hoc solū exigitur:ut plurima pocula niteāt in abaco,uerum ut uaria eaq; uel aurea uel argētea,uel porcellanica.Itēq; aliæ atq; aliæ formæ:calices itē crateres,gutti,pateræ,carchesia,scyphi:quorū etiā alia uideantur cōparata ad usum atq; ornamētū,alia solius ornamēti atq; elegantiæ gratia,quædam etiā preciū ac magnitudo cōmendet: quædam sola elegantia & raritas,aut artificis manus,aut item laus alia. Sed iā ad ornamenta ueniamus.quādq; et hæc ipa magna e pte supellectile cōtinēt.

De ornamentis.

Rnamenta aūt uocamus ea quæ nō tā 'ad usum cōparata sunt q̄ ad ornatū ac nitorem,ut sunt signa, tabulæ pictæ,aulea,fulcra,eburneæ sellæ, stragula gemmis intertexta,pixides & arculæ ex Arabicis pigmentis,uascula e christallo,& huius generis alia,q̄bus domus pro tempore ornatur & abaci mensæq; instruuntur: delectat autem eorum aspectus,ac domino pariunt auctoritatē, dum multi ut ea uideant,domos ipsas frequentant. Sed ut ipa ornamenta q̄ pōt exigitur ut sint magnifica & uaria, sic ut collocentur suis in locis.aliud aulam decet, aliud gineceum:quinetiam alia sunt ad quottidianū ornatum alia

sepofita ad festos ac solēnes dies. Munditiarum quoq; ac ni telæ quæ splendoris comes est cura in primis uidetur habē da. Quarū Iuliū Cæsarem studiosissimum fuisse constat cū dēq; toreumata signa tabulasq; antiq opis magna cura pe cuniaq; comparasse. Quocirca splendidi uiri domus ob mū du; atq; ornatum ridere semp uidebitur, nec solum domus uerum uniuersa familia præseferet dñi cultum ac nitorē: q ut in mulieribus uenustatem ostendet & elegantiam, sic in uiris cum dignitate ornatum. Testabuntur etiā eq dñi splē dorem, nō solum nitore cutis uerum etiā ornamentis ipsis. Est etiam splendidorū habere domi pmulta, et qdem nitida et culta, q̄ ad aucupiū & uenatum, & ad canes atq; accipi tres pertinēt. Nihil enim horū negligendū est eis. Secutus est auū Alfonsus Ferdinādi filius in excolendis libris, quos non solum multos sed luculenter ornatos habere uoluit: ad quod tum alios quosdā, tū etiam patrē prouocauit: eiusmo di aūt ornamentorū studium ac diligentiam, & ipsam hāc munditiei ac nitoris curā placet appellare luculentiā: & q ea utentur luculentos: qualem fuisse Mitridatē Ponti regē ex hoc ipso iudicari potest, q̄ eo mortuo in regia eius inuen ta fuerint, ad duo millia poculorū ex oniehite lapide, auro perlitorū. phialæ ad hæc permultæ & uasenla mira uarieta te: itē mensæ ac sellæ elegātissime ornatæ: equorū quoq; fre na, & phaleræ, non solum auro, uerūetiam gēmis ac marga ritis artificiosissime uariatæ. quātus etiā fuerit rerum cæ terarum apparatus declarare illu d pōt, q̄ diebus uix trigi ta explieatus ab ijs est qbus ea cura demādata fuit. Quæ q dem oīa ab illo magno studio cōquisita & cōparata fuerant unius ornatus ac splendoris gratia. Ac de ornamētis satis sit hæc dixisse: neq; enim domum splendidi hominis institui mus, sed qualem eum esse uelimus, lineamētis quasi quibus dam inumbramus. Quocirca de apparatu statim dicemus

De apparatu.

Si igitur splendidi hominis nō solum curare ut digna atq; elegantem suppellectilem habeat, domesticisq; ornamentis abundet: sed ꝙ turpe sit imparatum offendi, siue ad priuata, siue ad publica munera, habebit quidem domi apparatum rerum plurimarū, q̄ ipsius lucul̄etiam declarent, ut si hospes aduenerit, præsto sint ea quibus opus fuerit ad illum non comiter tm̄: uerū etiā magnifice accipiendum: si publice edētur ludi, sit domus eius tanq̄ horreum quoddam e quo ministrentur ac suppeditentur ea, quæ theatris, artificibus, pompisq; usui atq; ornamēto esse uidebūtur. deniq; ut pluribus si eodem tempore plures indiguerint, subuenire possit suppellectile atq; appatu suo. Qualis aūt & q̄ multiplex esse apparatus debeat, ostēdit Lucullus in cuius ut ita dixerim armario, ad quinq; millia scenicarum uestium inuēta memorantur. Rex Alfonsus eodem tempore, & regiā in qua habitabat, & tēplum ubi sacra faciebat, & multorū legatorum domos mirifice ornabat, & quidem uario ornamentorū genere, ac nihilominus tanq̄ parum abundaret. Galliam ulteriorem auleis: Syriā gemmis pene spoliauit, ingentibus p̄cijs propositis. Quin etiam artifices ac mercatores corrupit, ne quid præter cætera insigne, nisi soli sibi uenderent. Quo tempore Helionoræ neptis nuptias de quibus diximus celebrauit, diū boni, nō regiā mō suā, non Federici Augusti, nō tot ꝓcerum mō domos, sed pene urbē oēm lucul̄etissime exornauit. Qui etiā miri opis tentoriū secundū Anguianā paludem statuit die uenatōis, quod magni etiā oppidi instar erat: quo die uidere licuit non tentoriū mō ip̄m, sed paludis orā oēm splendere tapetis, auleis, abacis scenis e frondibus, e pānis, e uarijs ēt textis. Docuit igit̄ Alfonsus qualē splēdidi regis domū esse deceat, & qualē quātūq; appatū habere: cuius exē

plum pro facultate ac dignitate sua qui sequetur eum iure ut splendidũ commendabimus.

De cultu atq; ornatu corporis.

E cultu autem ac uestitu, & caetero ornatu corporis prima haec ratio habenda est, ut in regibus uestitus atq; ornatus omnis retineat etiam Maiestatẽ (Augustos enim decẽt Augusta) in uiris pro aetate atq; authoritate dignitatem. In iuuenibus nitorem elegantiamq;, quae tamen minime muliebris uideatur. In puellis uenustatem & comptum. In matronis decus quoddam matronale. Quod autem iure accusat Martialis non bene olere eũ qui semper bene oleat, idem nos in uestitu atq; ornatu accusandum ducimus si nihil unq̃ de cultu atq; ornatu remittat. Sordes tñ et illuuies nũq̃ est probãda. Vidẽda etiã sũt tpa, considerandusq; status ciuitatis, & fortuna cognatorũ ut seruari hac ĩ parte decorũ ualeat neq; cũ nuptiales ornatus decẽt funera, aut pullatae uestes Hymeneũ. Dicere aũt de genere uestitus, & qualis ornatus quẽ deceat, nõ est institutiõis ad me opis ad haec indies mutatur: non erat eiusdẽ palmata cuius toga: trabeae regũ fuere. Quocirca alius magistratuũ ac regũ, alius priuati hoĩs ornatus esse debet, diebus praesertim solẽnibus Caius Germanici filius Augustus, nũc in speculatoria caliga, nũc in habitu Veneris sese populo uidẽdũ p̃buit. Praesedit certamini ĩ studio Domitianus Caesar, crepidatus, purpureaq; amictus toga Graecanica, capite gestãs coronã aureã cũ effigie Iouis, Iunonis, Ac Mineruae, assidente. Diali & collegio flaminũ dialiũ sacerdotũ, quid indecentius, ne dicam detestabilius? ut aũt nihil molle effoeminatumq;, sic nihil in ornatu corporis, decet moderãtẽ populos, quod arguere possit ip̃m humanae cõditiõis oblitum. Splẽdor generosum p̃sefert animũ: mollities effoeminatum usurpare deorũ habitũ summam tũ stultitiam tum insolen-

tiã indicat. Sed nec est splendidi pati ueterascere secũ uestes neq; cũ ueteramenta possunt splẽdescere. Quocirca antequam nitorem amittant, eas conuertet in liberalitatẽ: donabitq; ijs familiares notos, benemeritos, nõnũq; ẽt pegrinos.

De habendis gemmis ac margaritis

Nte Alfonsum Regem. Dux

a Bituricensis in cõquirendis & coemẽdis omnis generis gẽmis atq; unionibus præluxit cæteris tẽporis sui principibus Fama splẽdoris eius per orbem terrarũ erat diuulgata. Quicquid ex hoc genere ubiq; præstãs inueniebatur, ad eũ deferebat a mercatoribus nunq; precio pepercit dũ res digna precio uideretur. hoc mortuo nũq; quieuit Alfonsus donec eã laudẽ ad se transtulit, præstãtissimis quibusq; gemmis lapillisq; ab se emptis. Quinetiam cũ aliquãdo compertũ haberet insignes quasdam gẽmas uenales non esse, magna pecunia ut eas uidere posset redemit. Paulus secundus Põtifex Maximus uisus est hac in parte, gloriæ horũ inuidisse, & quãuis id agere se ostẽderet, ut in põtificios ornatus ac tẽplorũ ornamẽta splẽdorem hũc suum cõferret, iudicatus tamẽ est supra pontificis grauitatẽ huic rei indulsisse. Gemmarũ igitur atq; unionum & omnis generis lapillorũ cõparatio maximã uidetur splẽdoris gratiã afferre, tametsi hoc in genere nisi qui admodũ diues fuerit splẽdescere nequeat cum nõ satis sit habere pauculas gẽmas quãquã præstãtes nisi multæ simul ac uariæ habeantur. Atq; ut purpura sericũq; splendidi hominis uestitum cõmendat, sic gemmæ lapilliq;, tũ nõnulla corporis ornamẽta, tũ domesticos quosdam apparatus, nec eos solum apparatus qui ad uiros ac mulieres spectant. uerũ etiã qui ad supplicia & ornatus deorum immortaliũ. Quidã tamẽ quamquã liberales ac magnifici, qualem Syracusanũ fuisse Dionem legimus non gemmas modo habere neglexerũt, sed in ornatu ac uestitu

corporis splendorē hunc omnino abiecerunt: ut qui popularibus ac ciuibus suis hac in parte modici potius ac continentes uideri uellēt q̄ splēdidi: quorū cōsiliū tametsi nō improbamus, tamen in diuitijs atq; in mgna opulentia sordescere principem ciuitatis indignum ducimus.

De hortis ac uillis.

q Vem etiā hortos habere uolumus in quibus exerceri deambulationes, & cōuiuia fieri pro tempore possint. Erunt autē horti hi ex peregrinis & egregijs arbusculis artificiose decēterq; dispositi. in quibus e myrto, busto, citro, rore marino topiariū opus potissimū cōmēdatur: neq; enī quæ parco ac lucroso patrisfamiliæ, eadem spendido homini hortorū ratio esse debet. Cōferūt etiā mirū in modū ad splendorem ipsum uillæ, non illæ quidē rusticano ex opere, sed urbano & magnifico: oportet enim non urbe solum, uerum etiā rure splendescere nitidi hominis suppellectilem ne si quando secedendum fuerit ab urbanis negocijs tāquā e luce in tenebras migrasse uideatur. Quoniam autem etiā in secessu oblectamenta quæruntur animiq; relaxationes tū sibi, tum comitibus, & ijs qui uescendi gratia, aut alia de causa ad eum diuerterint, ne offendatur uir splendidus imparatus: uiuaria sibi ante comparabit, & item cohortes pauonum fasianorum perdicum, auiumq; aliarū, quinetiam retia & canes ad uenandum, & si qua sunt alia quæ honesta uoluptate afficere animum & recreare languētem possint. Idem familiam suam non solū bene & laute pascet, sed multos ut dici solet ciues peregrinosq; participes quadræ suæ habebit, atque ut argenteas lances ius hesternum dedecet, sic quottidianam brassicam principis uiri olla recusat. Itaq; ut mensa eius argento & auro, sic splēdescere epulis debet. Quasquidem conuiuis, & ijs qui ad cœnā adhibiti fuerint potius q̄ sibi parasse appareat: in quibus tamen ut cæteris

in rebus tenendus modus est:ne uideamur ad uoluptatem
corporis referre omnia:aliud est enim splēdidum esse, aliud
comedonem,cum nonunquam splendidi officium sit inter
lectissimas dapes,olusculo & pisciculis contentū esse:quod
ut probandum est dum non fiat ob auaritiam,sic aliquando
comiter,quinetiam aliquando lautius secum egisse,dandum
est splendori:quod Lucius Lucullus docuit:nā cum dixisset
ei dispensator:quid sumptuoso tibi opus conuiuio,cum so-
lus sis cœnaturus:q̄d inquit Lucullus ex te audio?an igno-
ras apud Lucullum hodie,cœnaturum esse Lucullum?neq;
enim dedecet qui aliis frequētissime splendescat,splendesce
re aliquando & sibi:cum uideamus etiam in optime consti
tutis urbibus,certis diebus permissum esse domi quēq; suæ
lautius ac diffluentius cœnare:ac largioribus epulis fami-
liam pascere.quid uero in eam partem quæ ad conuiuia per-
tinet,non temere incidimus,de hac ipsa re postquā ea quæ
de splēdore necessaria uisa sunt diximus deīceps disserimus

Finit de Splendore.

Iannis Iouiani Pontani Ad Ioan-
nem Pardum De Conuiuentia.

Prologus.

TAmetsi Ioannes Parde hominem homi-
ni natura conciliat,ad hanc tamen natu
ræ conciliationem, duæ cumprimis res
mihi uidentur plurimum conferre,eorū
dem scilicet studiorum societas consuetu
doq; conuiuendi.Inter ipsa uero artium
atque ingeniorū studia quæ diuersi ad-
modum sunt generis cum eadem natura sciendi atq; intelli-
gendi cupiditatem in hominum animis uel maximam inge-

nerdauerit, nō temere fortasse dixerim, bonarum artium studium, rerūq; naturæ cognitionis, primas merito partes tenere: quippe quæ ad animum maxime spectent, cuius in hominum actionibus late imperium ad maxima quæque pertineat. Conuiuendi autem consuetudinem & eam quæ familiaritas dicitur. Iure quidem secundas ferre non est cur addubitem. Cum uita ipsa usuśq; uiuendi qui tātopere communis est, uel ad paucissimos in tāta multitudine tā arcte etiā restringatur. unde apud Scythas potissimū conuictus ipse religiosissimus habetur, ac per cōuictum iurare sacrum & sanctum est. Quamobrem cum utroq; hoc conciliationis genere mecum ipse coniunctus sis admodum, merito quidem de conuiuendi ratione differens disertionē eam tibi inscripsi Parde iucundissime. Qua in re & studiorum eorundem societati, & uiuendi consuetudini satis mihi fecisse non iniuria uideor, dum ad familiarem de familiaritate conuiuendi, ad bonarum uero artium studiosum de ipsis sciendi atq; intelligendi studijs scribo. Nam & de conuiuendo ratio quæritur, quando uehementer quoq; peccari in hoc nec una potest uia. Quocirca disertionem hanc ita leges, ut & communia in ea recognoscas studia, nec a conuictus nostri consuetudine recedas. Quin potius ad ipsam magis ac magis retinendam legendo excitere. Cum ea maximā iucundissimamq; cum philosophia coniunctionem habeat, utq; utraq; hac philosophandi ratione cōiunctissime inter nos uiuamus, & una uixisse, ac philosophatos simul nos esse testatum posteris relinquamus, siqui fortassę nostra hæc legere non recusabunt.

Vum igitur alij quidē genus hoc cōuictus omnino c fugiāt, qualē fuisse Athenienſem Periclē legimus, quē a cœnarū ac cōuiuiorum apparatibus cōsuetudi

neq; sic abhorruisse traditum est ut ne apud amicũ unquã cœnauerit, præter q̃ apud Auritolemun nuptiarum die, licet ipse admodum liberalis esset, ac suis opibus plurimos sustentaret: alij uero contra nimij in hoc inueniantur, ut nati ad ingluuiem tantum uideri possint. Est etiã in hoc genere mediocritatem inuenire. nãq; ut fugere conuictum uitiosum est, cu; non solum natura, uerum etiam amicitia, hanc uitæ cœnarũq; cõsuetudinẽ postulet: quem maiores nostri cõuictum a conuiuendo deduxere, sic omnem uitam in epularum apparatibus exercere, in q̃sq; rem familiarem profundere summopere reprehendendum est. Quid enim aliud bestiarum similes tantopere nos efficit, q̃ palatum & gula, popinæq; ipsius studium? quia uero tum uitia hæc, tũ ipsa mediocritas apud nostros hodie noĩbus carent, tentabimus proprie q̃ fieri poterit, nouis ea noĩbus appellare, ne innominata relinquamus. Defectũ igitur ipsum nunq̃ cõuiuendi appellabimus inconuiuentiã, ut inconstantiã, incontinentiãq; q̃ a cõuictu ipso prorsus abhorreat. Quod uitium plærũq; ab auaritia ortum ducit quæ ubiq; sordida est: q̃q̃ & auari quãdoq; splẽdidiores uideri uolũt in cõuiuijs, ut auaritiam dissimulẽt: nõnunquã etiã a quadã animi tristitia & studio solitudinis uitiũ ipsum gignit. Ipsius aũt exuperantiæ atq; excessus nomẽ erit comessabilitas. Nã uoracitas & ingluuies ad corpus magis referuntur, suntq; homini cum beluis cões. ipsa uero comessabilitas q̃ animum labe sua inficiat ac perdat, solius est hominis: hoc enim uitio ac labe infecti qui sunt, curare id solum uidẽtur, ut comedant neq; cõuiuia exerceent conuiuendi gratia, sed

comessandi, dumq; assidue ac liberaliter potent, dũ uentrem impleãt, dũ palato indulgeant, cæterorũ obliuiscũtur omniũ. Varius Heliogabalus de quo etiã supra dixi: familiari cuidã suo, uti tẽperaret cõsulẽti, uideretq; ne aliqñ

res familiaris defutura esset. Quid inquit dij boni melius q̃ ut ipse mihi atq; uxori hæres sim meæ. Sed aiaduertite quæso hoīs ingluuiē, ac palatum nō modo intēperatissimū: sed luxū etiā perditissimū, nunq̃ minus centum sestertijs cœnauit, hoc est triginta argēti libris, nōnunq̃ tribus milli bus cœnatus est: sexcētorū strutionū capita multis in cœnis exhibuit, ut conuiuæ cerebellis illorū uescerentur. Ad mare cū diuersaretur piscē nunq̃ edit: cū a mari lōgius, oīa e ma ri. Quinetiā nō conuiuas modo uerū rusticos in cœnaculū intromissos luporū ac murenarū lactibus pauit. Tenuit & hūc morē, ut quibusdam in cœnis, solis fasianis uesceret: ex eaq; aui sola dapes oēs concinnari, ac missus uniuersos e fa sianis esse uellet, alibi oīa ex eadē una pecude: nōnūq̃ e so lis pomis, aut lacte: aliquādo ex mellitis oīa, adeo totū se in hāc unā rem cōuerterat. nō lōge dissimilis Varij huius fuit Galienus Augustus cuius unū hoc dictū declarare potest fuisse illū in hoc uitio perditissimū, nā cum relatū ei esset po pulum Romanum indigne ferre q̃ Valerianus pater eius apud Parthos seruiret conuersus ad astātes. Ecquid nā ha bemus inquit quod prandeamus, o uocem maxime abominā dam. Idem cum se uoluptatibus immersisset quærētibus nō nullis q̃ Egyptus rebellasset. An inquit sine lino Egyptio esse non possumus? Ipsa autem exuperantia non una tantū rōne potest in cōuiuijs cōtingere, in quibus tametsi exigun tur fercula, uaria, multa, opipara, lauta, tamē quis Antonij & Cleopatræ perditissimos sumptus non accuset? Quis im manissimam Caij gulam ferat? quē trāquillus affirmat ne potinis sumptibus omnium prodigorū ingenia superasse, cō mētū etiā nouū balnearū usum, ac potētissima ciborū ac cœ narū genera, ut qui calidis frigidisq; unguentis lauaretur, preciosissimas etiam margaritas aceto liquefactas sorbilla ret, cōuiuijs etiā ex auro panes atq; obsonia apponeret. Syl

la superfluens adeo in apparandis cœnis fuit, ut uinũ etiã quadragenarium populo exhibuerit: quinetiam in cõdimentis omnis generis ac dapibus ministrandis, ita redundauerit ut post exaturatum populum magnam reliquiarum uim deijci in flumen iusserit: hoc quidem perdere est, potiusq̃ abundanter accipere. Aulus Vitellius epulas trifariam semper, interdum & quadrifariam partitus est. in ientacula: prandia, cœnas & comessationes: quibus omnibus ut satis esse posset, sæpius euomebat. Eodem quoq; die aliud alij indicebat: ita ut singuli apparatus minus quadringenis millibus nũmum staret nemini. In cœna illa famosissima quam frater ei dedit, apposita dicuntur duo millia lectissimorum piscium, septem auium. Allata etiam patina immẽsæ magnitudinis, eaq; referta scaurorum iecinoribus fasianorum ac pauonum cereballis, linguis phœnicopterum, murenarum etiã lactibus quas illinc a Carpathio mari, hinc a freto Gaditano triremibus aduehendas curauerat. Ad hãc gulæ profunditatem accedebat etiam ingluuies atq; intempestiuitas cum persæpe inter sacrificandum e foco pene rapta manderet, & iter faciens e popinis, fumantia obsonia nonnunquã etiam pridiana atq; semesa auidissime uoraret. Nero a medio die ad mediam noctem protrahebat epulas, cum interim calidis piscinis sæpius etiam niuatis æstate foueretur. Interdum præclusa naumachia, nonnunquam Martio in campo, aut circo maximo cœnitabat inter scortorũ ambubaiarũq; ministeria. Itaq; non uno modo in hoc exuperantiæ genere peccatur: cuius moderatrix erit conuiualitas illa quidem ut sordis inimica, sic nequaquam profusa et perdita quam etiã conuiuentia non inhoneste quis uocauerit deq; ea sic quidẽ nobis præcipiendum uidetur.

Diuersa esse conuiuiorum genera.

De conuiuentia.

Conuiuia igitur in quibus cõiuialitas uersatur, alia conuiuendi gratia, atq; inter paucos cũ quadã familiaritate ac uictus suauitate fiunt: alia tũ ut multorũ simul gratia comparetur, ut cũ populo epulũ paratur, tum ut ciuili consuetudini satis fiat: ut cũ in nuptiis cognati familiaresq; ac noti adhibentur ad cœnam. Nonnũq; etiã instituuntur conuiuia, ut splendori tantũ ipsi fiat satis, qualia sunt Regum ac principũ conuiuia in hortis ac locis amœnioribus. Aliquando ut hoc honoris atq; hospitalitatis genere tum alios tũ peregre aduenictes prosequamur, quod etiã apud Virgilium Eolus innuit cum ait. Tu das epulis accũbere diuum: quorum quidem generũ uir splẽdidus ac cõuiualis nullũ repudiabit: nã etsi splendor ipse & hæc de qua dissserimus conuiualitas per se honesta & laudabilis est ac gratuita esse debet, tamen ex hac etiam laude comparare sibi beniuolẽtiam plurimorum tum ciuium tum externorum, est non solum conuitatis uerum etiam prudentiæ. Cũ autem splendidi uiri mensa, non debeat esse sola, neq; enim maiores nostri triclinia temere statuere, uidetur ab eo maxime primum genus conuictus exercendum: itaq; notos, familiares & in quibus inest aliqua ingenii uis, ac uirtutis opinio, ad mensam illam ordinariam, quæ nunquam est sordida singulis fere diebus nunc hos nunc illos adhibebit. ipsa uero mensa talis semper erit, ut etiam repente oblatos, plures eodem tẽpore possit honeste accipere. Crassus ille diues quãuis admodum frugi esset in uictu. Consueuit tamen plures in cœna secum habere, & eos quidem e media plebe: maluisssem etiam e nobilitate, tamen quis non illum merito plurimum laudet. Iacobus Caldora singulis diebus dum in castris ageret fortissimum quẽq; nunc hunc nũc illum uocabat ad mensam: res sane Imperatore digna. In hoc genere conuictus, tametsi splendescere semper debet con-

la superfluens adeo in apparandis cœnis fuit, ut uinũ etiã quadragenarium populo exhibuerit: quinetiam in cõdimentis omnis generis ac dapibus ministrandis, ita redundauerit ut post exaturatum populum magnam reliquiarum uim deijci in flumen iusserit: hoc quidem perdere est, potiusq̃ abundanter accipere. Aulus Vitellius epulas trifariam semper, interdum & quadrifariam partitus est. in ientacula: prandia, cœnas & comessationes: quibus omnibus ut satis esse posset, sæpius euomebat. Eodem quoq; die aliud alij indicebat: ita ut singuli apparatus minus quadringenis millibus nũmum staret nemini. In cœna illa famosissima quam frater ei dedit, apposita dicuntur duo millia lectissimorum piscium, septem auium. Allata etiam patina immẽsæ magnitudinis, eaq; referta scaurorum iecinoribus fasianorum ac pauonum cereballis, linguis phœnicopterum, murenarum etiã lactibus quas illinc a Carpathio mari, hinc a freto Gaditano triremibus aduehendas curauerat. Ad hãc gulæ profunditatem accedebat etiam ingluuies atq; intempestiuitas cum persæpe inter sacrificandum e foco pene rapta manderet, & iter faciens e popinis, fumantia obsonia nonnunquã etiam pridiana atq; semesa auidissime uoraret. Nero a medio die ad mediam noctem protrahebat epulas, cum interim calidis piscinis sæpius etiam niuatis æstate foueretur. Interdum præclusa naumachia, nonnunquam Martio in campo, aut circo maximo cœnitabat inter scortorũ ambubaiarũq; ministeria. Itaq; non uno modo in hoc exuperantiæ genere peccatur: cuius moderatrix erit conuiualitas illa quidem ut sordis inimica, sic nequaquam profusa et perdita quam etiã conuiuentia non inhoneste quis uocauerit deq; ea sic quidẽ nobis præcipiendum uidetur.

Diuersa esse conuiuiorum genera.

c Onuiuia igitur in quibus cõiuialitas uersatur, alia conuiuendi gratia, atq; inter paucos cũ quadã familiaritate ac uictus suauitate fiunt: alia tũ ut multorũ simul gratia comparetur, ut cũ populo epulũ paratur, tum ut ciuili consuetudini satis fiat: ut cũ in nuptijs cognati familiaresq; ac noti adhibentur ad cœnam. Nonnũq; etiã instituuntur conuiuia, ut splendori tantũ ipsi fiat satis, qualia sunt Regum ac principũ conuiuia in hortis ac locis amœnioribus. Aliquando ut hoc honoris atq; hospitalitatis genere tum alios tũ peregre aduenictes prosequamur, quod etiã apud Virgilium Eolus innuit cum ait. Tu das epulis accũbere diuum: quorum quidem generũ uir splẽdidus ac cõiuialis nullũ repudiabit: nã etsi splendor ipse & hæc de qua dissermus conuiualitas per se honesta & laudabilis est ac gratuita esse debet, tamen ex hac etiam laude comparare sibi beniuolẽtiam plurimorum tum ciuium tum externorum, est non solum comitatis uerum etiam prudentiæ. Cũ autem splendidi uiri mensa, non debeat esse sola, neq; enim maiores nostri triclinia temere statuere, uidetur ab eo maxime primum genus conuictus exercendum: itaq; notos, familiares & in quibus inest aliqua ingenij uis, ac uirtutis opinio, ad mensam illam ordinariam, quæ nunquam est sordida singulis fere diebus nunc hos nunc illos adhibebit. ipsa uero mensa talis semper erit, ut etiam repente oblatos, plures eodem tẽpore possit honeste accipere. Crassus ille diues quãuis admodum frugi esset in uictu. Consueuit tamen plures in cœna secum habere, & eos quidem e media plebe: maluissem etiam e nobilitate, tamen quis non illum merito plurimum laudet. Iacobus Caldora singulis diebus dum in castris ageret fortissimum quẽq; nunc hunc nũc illum uocabat ad mensam: res sane Imperatore digna. In hoc genere conuictus, tametsi splendescere semper debet con-

uiualis uiri mensa, tamen si quædam fuerint popularia, & minus ut ita dixerim apparata, repræhendendũ non est dũ tamen quandam præseferant familiarẽ negligentiam, tametsi negligentia illa quidem non est, sed remissior quædam cura ex familiaritate & assuetudine conuiuendi profecta. Ornabit autem & ut ita dixerim hilarabit cœnam uultus placidus & sermones admodum familiares ac iucundi: quales eiusmodi mensa uidetur exigere: quod Titus Vespasiani filius secutus est: cuius conuiuia non profusa sed iucunditatis plena fuisse referuntur Augustus quoq; maiore comitate q̃ sumptu conuiuia exercuit: nam & tacentes pronocabat, & triuiales ludos interponebat e circo: frequentissime etiam aretalogos. Quocirca non pauci in hoc peccant, qui tristitiam, ac supercilium ferunt ad pocula. Vnde recte sane Virgilius Bacchum in conuiuijs adesse uoluit, lætitiæ datorem. Quinetiam priscorum mos fuit audire ad mensam laudes magnorum uirorum. Rex Alfonsus statim post prãdiũ, uel Antonium Panhormitam uel e doctis aliquẽ audiebat, ut qui dignũ iudicaret, animum quoq; cibo suo, post pastum corporis reficiendum esse. Quoniam autem hac in parte diligentiores esse uolumus, cuiusmodi cõuictus nobis placeãt quales etiam esse debeant, satis dictum sit. Nam quibus e cõuiuijs gratia multorum ac ciuium beniuolentia quæritur in ijs epularũ copia maior exigitur, & splẽdor ipse ad abundantiã maxime referẽdus est: quinetiã si aliquid de lautela remissum fuerit, neq; enim facile ĩ tãta copia retineri ea omnino potest, cõcedendũ uidetur dũ ut hispani dicunt mensa ipsa farta sit: cũ, populi saturitas ijs conuiuijs proposita sit: eaq; sola tantis sumptibus quærat: qui uero utrũq; seruauerit, ut laute ut opulenter populũ accipiat, munus ꝑfecto suum omni e parte implesse uideri poterit: quod quidẽ præstitit Petrus Geuara Comes Arianensis, cum uxoris nuptias

Ariani

Ariani celebrasset, dies enim octo nõ populares mõ suos, sed finitimos qui ad nuptias uocati uenerant, ita accepit, ut nihil uisum fuerit in eo genere opulentius, fuitq; opulẽtiæ ad mixta lautities. Et qa principes quoq; multi cõuenerãt, certatũ est etiã, ut neq; ciborũ conquisitio & cõcinnatio, neq; apparatus domesticus uinceret a copia. Itaq; fuere omnia ad modũ condita, lauta, opipara, cõquisita. Illud rarũ quod sine strepitu & turbis: quod uideri etiam mirũ potuit, in tanto hoĩm cõuẽtu & uarietate. Institutũ etiã fuit regũ Neapolitanorũ annis singulis, statis qbusdã diebus parare nobilitati epulũ, ad ædem Mariæ coronatæ adhibitis etiã pstãtissimis matronis. quod ab Alfonso summo cũ splendore seruatũ meminimus: mirũ q̃ hæc res nobiliũ animos conciliaret: qn etiã populariũ: cũ ex eius cõuiuij appatu reliquisq; liberalissime distributis urbs ipsa saturaretur. Quæ quidẽ consuetudo perinde ut alia quædam digna exempla omnino est intermissa. His igitur in cõuiuijs siue ut uerius dicam epulationibus quoniam multitudo q̃ potest uoluptate afficienda est, adhibendi etiam sunt qui artes tractent ludicras. utpote condimentum quoddam epulationis: uenter enim plenus ut dici solet, tum uidere, tum audire aliquid cupit. Q̃d oblectet & sensus animumq; deliniat.

Non esse repugnandum consuetudini in conuiuijs.

u Elle autem repugnare consuetudini, quæ etiam a præstantibus uiris teneatur, nõ solum est turpe, uerum etiã hac in parte summæ auaritiæ dari potest. Quocirca & consuetudini satisfaciendum est in conuiuijs exhibendis, & is splendor retinendus, ut aut superiores alijs simus, aut saltem pares. Quod enim multi & fere oẽs faciunt annitendum est ut pro facultatibus dignitateq; cũ laude & decore fiat. Raræ sunt in unaquaq; fere domo nuptiæ. Quo igit̃ rariores eo in his splẽdidiores eẽ debemus.

Ac tametsi inter cognatos ac familiares res agitur, licet nu ptiæ ipæ nonnunquam publice celebrentur ut Regũ ac Principum, tamen nec ipsa familiaritas detrahere debet de splendore, nec in nostra aut liberorũ causa, cum sit dies ipse nuptiarum celeberrimus, sordidi ac restricti esse debemus. Ad hæc exemplo etiam nostro magis excitare alios ad honesta, quam retrahere consentaneum uidetur. Solent etiam nuptiales epulæ quoniam ut dixi dies ille celeberrimus est, parere in populo infamiam inter agnatos affinesque contemptum atque odiũ, si quibus facultates abunde sunt, contractiores in eis fuerint. Quocirca cum primis curãdum est, ut opipare, large, laute splendideque agantur atque ministrentur omnia maxime tamen consulendum est copiæ, quoniam ea maxime ab auaritiæ suspitione liberat: in ijs præsertim cõuiuijs. At in conuictibus & familiarioribus cœnis dum elegantiæ lautitiæque, dum maius quoddam appareat comitatis studiũ si nõ omnia diffluenter aggerantur, frequentia tamen ipsa affert excusationem, ut dici recte possit. sat quidem large, si sæpe & laute.

De conuiuijs splendoris gratia susceptis.

a AT cum solius splendoris gratia cõuiuia parantur, tunc nõ modo remittendũ aut omittendũ nihil est, uerũ etiã habenæ ipsæ liberius laxandæ sunt: neque passibus ut dici solet plenioribus accedendũ, sed currendũ potius. Explicandus tunc est domesticus apparatus: onerãdi auro atque argento Abaci & plutei: cœnationes exornandæ, sternenda pauimenta & ita quidem omĩa disponenda, ut quod ait Horatius domus ipsa rideat: his accedat ministrorum egregius ac liberalis ornatus, quorum ea sit institutio ut res ad nutũ geri uideantur. quid enim ineõcinnius quam in conuiuijs obstrepenter administrari. De epulis autẽ uniuerso que apparatu, illud hac in parte præcipi a nobis in uniuer

ſum poteſt ut certare inuicem uideantur oīa, ut nec apparatus domeſticus uincat dapum abundantiā, nec abundantia lautelā: aut elegātiā: nec ſat fuerit cōtentum eſſe patrijs ac uernaculis rebus, niſi pegre quoq; multa uideantur apportata: ut etiā rerum ſtudioſa quædā uarietas cernaẗ, & elaborata cōquiſitio atq; cura non tamē ut Vitelliana illa patina & Gaditana Carpatiaq; piſcatio laudāda unq; ſit. Miſſus ipſi requiruntur tum multi, tum rerū uariarum. Varietas enim multum adiungit lautelæ: paritq; magnam inter cœnandū gratiam: neq; abſq; miſſuū multitudine abundātia, & ſplendor facile cernitur. Vbiq; tñ ſuus modus retinēdus eſt: neq; cm̄ affectatio præſertim ubi nimia fuerit, ulla in re ꝓbāda eſt, quā quis laudet in cōuiuijs, ſi ne in deorū quidē cultu, a bonis ac ꝓbatis uiris admittiẗ? Quid eñi ſupſtitione dānatius? Recte ēt ac ſplēdide inſtitutū uideẗ: ut ꝓcedētibus ferculis tubæ tibiæq; prægredianẗ, quæ cōuiuas aſtātesq; oblectēt cantibus & ſignū dent incedentiū ferculorū, ut uoluptati etiā ipſi ordo uideaẗ adiūctus: q ſi defuerit interturbari atq; cōfundi neceſſe ē omnia. Ordini quoq; illud accedet, ut aſtantiū ac miniſtrorū ea diſciplina ſit, quæ conuiuiorū eſt propria: abſint non modo dicta, uerū etiā geſtus, q triſtitiam aut turbationem afferre habeant aliquam Quae re mihi uidetur introductum, ut his in cōuiuijs adhiberentur muſici, qui non ſolum oblectarent cantu, uerum ut dum aſtantes ad ſe audiendos trahunt, ſilentium parerent, atque e ſilentio tranquillitatem. Quorum omnium regula ratioq; in diſpenſatoris atque aulæ magiſtri prudentia curaq; potiſſimum repoſita eſſe uidetur

De ſecunda menſa.

Secunda menſa magnum affert conuiuijs ſplendorem, cui mihi uideẗ magnope intēdendū, nāq; ut optimo cuiq; poetæ ultimus actus magnæ eſt cu

ræ,sic ab ijs qui conuiuia parãt secunda mensa diligẽter ui denda est.Ex inuento Succaro,quod ad uarios conuersum est usus,magna conuiuijs ac cœnis,accessio facta est, eaq; elegans ac magnifica.multa enim inde non ad gustum solũ conficiuntur,uerũ ad oculatorum ac spectãtium uoluptatẽ: ut ea quæ cõferuntur in cõmessatiunculis quas hodie collationes uocant quibus ꝗ magnificentiæ locus in ijs sit principes ipsos studere magnopere uideo:eiusq; rei initium cœpit ab Alfonso cuius in hac ut in cæteris splendoris partibus magnum studium fuisse cognouimus.Ioannes Vrsinus abbas Farfarensis,profectũ Romã ad Sixtũ Pontificẽ Ferdinandum Regẽ,atq; inde ad se in Agrũ Tiburtinũ diuertentẽ,ita accepit,ut ex omni parte iudicari potuerit,& splẽdidorum lautissimus & lautorũ splẽdidissimus:singulis in domibus eis ꝗ Regẽ comitati sunt apparatus sumptuosissimi elegantissimiq; instructi sunt.In quadriuijs & publicis quibusdam oppidi locis mensæ positæ epularũ oĩs generis. Quincũ horreũ quasi quoddã statutũ fuit,e quo oĩa oĩbus tũ cocta tũ cruda large pberent.Vt autẽ de mensa regia, deq; ferculis ac missilibus taceã,unũ mihi memoratu dignũ uidetur,ꝗ ante ædes in propatulo tanq̃ tropheum quoddam uenatorium positum fuit,in quo affixæ pendebant capræ dammæ, cerui, apri, lepores, cuniculi, quorum ea quidem copia fuit,ut ipse hernicorum siluæ tot ferarum uix altrices fuisse uiderentur,quas tamen ille perpaucis diebus aut uenatu comparauerat,aut seruatas in sæptis ad hos usus aluerat:quem morem seruari a splendidissimis quibusq; & hic ipse ætate nostra,& sua Luculus docuit.Certabat cum hoc uenatitio apparatu,pauonũ,perdicũ atq; altiliũ copia, auiũq; lectissimarum,ut id conuiuium iure illustre dici possit. Vt autem Syllanæ in fluuiũ deiectiones lautissimorum cibo

rum, uehemētissime uidentur improbandæ, sic illud exigē dum est ut post cœnā multa supsint, ac non modo postq̃ cœnatum est reliquiæ ipsæ, sed ex ipsa mensa atq; e culina epulæ intactæ ad amicos mittant̄: quæq; etiā a ministris dispensentur iter eos q̃ spectatum uenerint. Cœnas illas Neronianas & uoluptarias quibus scorta adhibētur, laudent Epicurei, & intēperantes. Accubuit Augustus sub Apollinis imagine secretā ad mensam. Accubuere simul dij numero duodecim ciuitate etiā laborante ob annonæ difficultatem. Quocirca maledictis ita discerptus ē a populo Romano, ut Apollo tortor palā inclamaretur, eumq; cum dijs frumētu; omne comedisse dictitarent. Quinetiā notissimis uersibus proscissus est. Cum primum istorum cōduxit mēsa choragū Sexq; deos uidit Mallia, sexq; deas. Impia dū phœbi Cæsar mendacia ludit. Dū noua diuorū cœnat adulteria. Oia se a terris tunc numina declinarunt. Fugit & auratos Iupiter ipse thronos. Quocirca splēdoris atq; cōuiualitatis studium, recedere ab honesto nō debet. Quo deserto laudari nihil recte potest in aliqua hominum uitæ parte.

De conuiuijs honoris gratia susceptis.

q Væ aūt cœnæ honoris gratia parātur, quales eē deceat, docuit nuper Ferdinādi filius Alfonsus in eo conuiuio quod Caroli Burgundiorū Ducis oratoribus exhibuit, in quo nihil nō modo defuisse, sed ne desiderari quidē potuisse ab ijs qui affuere iudicatum est. post plurimos rerū uariarū missus tātūq; apparatū, post suauissimos cantus, post secundam mensam longe splendidissimā intro ducti mimi, editūq; ad lychnos spectaculū tandem magnificentissima illa comessatiuncula quā collationem hodie uocari dixi plurimis ferculis allata est. ac deinde inter astantes diffusa & passim etiam iactata, ut omnibus ex ea esse liceret. Vltimo donati oratores splendidissimis muneribus.

Qui & quales adhibendi sint conuiuae.

Visse in toto hoc genere diffusissimum (neq; eni di f cam splendidissimũ) Marcũ Antoniũ, longe etiam luxu diffluentiorẽ Cleopatrã, memoriae traditũ est. Quorũ coenas cuiuis in prõptu est legere. Inprimis aũt uidendum est q adhibeant & quot de numero apud Priscos quaesitũ est, cũ nec pauciores tribus, nec plures nouẽ adhiberi placeret. Attulit aliquando magnã laudẽ Alfonso huic, q litteratos quicunq; Neapoli p id tẽpus essent, in hortos ad coenam uocauerit, lautissimeq; acceperit. Sane in hoc genere laudis etiã delectus suus habendus est, nãq; ubi ad cõuictum, pẽrtim frequẽtius uocati fuerint indigni hoĩes, absq; infamiae nota fieri uix potest. Arguit eñi morũ similitudo et eorũdẽ uitiorũ studiũ. Aetate nostra Galli dicunt cõuiualita ti admodũ dare operã. Quos quis nõ laudet, dum id faciant cum delectu: tamen nescio quo modo Galli habiti sunt hac in parte aliquanto intẽperantiores, q nõ tã splendori seruiant q̃ gulae conuictus, tamen ipse q̃ sit laudandus Scythae docent, ut dixi, quibus per conuictum iurare mos est. Quibus igitur facultates suppeditant, frequẽs haec & pene quottidiana cõuiuẽdi ratio si delectus adiũgat magnã & laudẽ & beniuolẽtiã cõciliare inter ciues solet: quae si in iis qui priuatã & ciuilẽ agũt uitã tã est laudabilis q̃ certe est: quãto laudabilior est in principibus & dynastis. Quo in genere Lucius Lucullus primas partes tulisse uideri iure põt, qui domũ suã ita instituerit, ut cũ uideret pp̃ter cõuiuarũ diuersitatẽ, nõ unã cõuiuiorũ rationẽ sequẽdã esse diuersa coenacula statuerit, definito singulis p̃cio & apparatu: siquidẽ in Apolline, qd̃ coenaculi nomẽ erat, quinquaginta millibus coenari consueuit. Habebat etiam cuncta adeo apparata ut satis esset admonere dispensatorẽ de coenaculo ubi esset conuiuendum, ac de conuiualitate quidẽ dictum sit hactenus.

De obedientia.

a Bsoluta est ut arbitror ea pars morũ: quæ pecuniã tanq̃ materiã sibi subiectam habet. Diximus eñi de liberalitate, & ei aduersãtibus uitijs: cui accessit etiã de beneficẽtia disputatio post de magnificẽtia, & qui & quales essent tũ modici tum uentosi disseruimus. Deinceps de splẽdore, de sorde, de luxu, postremo de mediocritate quæ in cõuiuijs uersaretur. Reliquum est ut cum ante de obediẽtia libris quinq̃ explicauerimus, de fortitudine duobus, ad alias morũ partes explicandas studiũ nostrũ conuertatur: ne quã tum in nobis ipsis fuerit atq̃ occupationes ipsæ nostræ tulerint, alicui defuisse philosophiæ parti uideamur.

Finit De Conuiuentia.

Ioãnis Iouiani Põtani ad Robertũ Sãseuerinũ Principẽ Salernitanũ. In Libros Obediẽtiæ Proemium Incipit fœliciter.

Hortante te, immo & iubente Princeps Roberte, ut quos de obedientia scripsissem libros, tandẽ aliq̃n ederem: perdifficile uisum est exhortationẽ aut parũ sequi tuam, aut non obtemperare uolũtati. Equidem edendis his abstinebã: non q̃ non libenter ultimam eis manũ imponerẽ: sed quia ĩtelligebã q̃bus ipse me obtrectatiõibus exponerẽ, sciebãq̃ tutius apd' neminẽ, q̃ in qua nati domo essent habitaturos. Etenim considerabam eos qui nunc philosophãtur, genus hoc dicendi (quanq̃ peruetus ipsum quidẽ & philosophorũ propriũ) oĩno improbare: aridas quasdã nimisq̃ ieiunas, ac parũ iucundas auditoribus dissertiones sectantis: quas aut ipsi soli legant, aut pauci admodum eorum similes: ut mihi quidem uideãtur nõ tam docere uelle q̃ litigare: nec ita studere, ut obscuras, atq̃ abditas res aperiant: q̃ inculcare atq̃ deijcere de gradu uelle suo philosophiam. Sed decet pene a situ uindicare conantẽ illã, minime

prodire timendo,hortante te Roberte maxime:cuius inge-
nium cum suspiciant omnes,ego certe admirari nunq̃ satis
illud possum:q̃ unus pene omnium qui uiuunt Principum
studijs his delectare.Nam & historia nunq̃ tibi cadit e ma
nibus:& philosophiã ita sequeris,ut dubiũ sit an studendo
illi cognitione & doctrina:an agendo quæ præcipit,uirtute
ac moribus plus proficias.Cuius prudens iudiciũ:& si ubi
q̃ probãdũ est.illa certe cũ primis me monit sñia,qua iudi-
casti nec philosophiã infantẽ esse debere:nec eloquentiã sine
rerũ ubertate,& pondere:quarũ esset philosophia inuẽtrix
& magistra.Sequẽdãq; & in hoc ut in plærisq; maxime na
turã esse:quæ in omnibus pcreãdis magnã habuisset orna-
tus decorisq̃ rationẽ . Quod si qua in re utilis ac necessa-
ria esset eloquentia,ut certe est in rebus plurimis,tũc eã ma
xime requiri debere:cũ de uirtute ageretur,cõprimendisq̃
affectibus:q̃nquidẽ hoc opus hic labor esset:ut poeta inquit.
Et uero si duobus his rõne atq; oratione a brutis maxime
differimus,seiungendæ & si nunq̃ alias,tũc multo minus
uidentur esse cũ animi informãtur: & quibus potissimum
modis cõpescatur appetitus:qui cõmunis nobis cũ ipsis illis
brutis est,rõ ipsa docet.Quãobrẽ egregiã istã tuã,ac maxi-
me ueram sentẽtiã pbantes,iure illos contẽnimus,quibus
nos alio fortasse in tẽpore respõdebimus.Accipe igit libros
hos nõ ut munus a me aliquod te putes accipere,sed ut qui
de his iudiciũ sis laturus.Quẽ enim iustiorem ac sanctiorẽ
iudicem de moribus,deq; hominũ uita dicenti mihi dari po
stulem,q̃ te?qui cũ diuersos populos summa cum æquabili-
tate moderare atq; iustitia,tibi ipse sic imperes:ut cum in
alios omne liberalitatis genus exerceas,minime tute tibi in
dulgeas:quiq; in beneficentia primus cum sis : aut nemini
certe secundus,temperantia,continentiaq; facile exuperes
omnes.Etenim si eius in qua uersatus diu quisq; est arte,

optimus iudex est: ac si recte moratos, beneq̃ institutos non eos dicimus: qui qualis quidue sit uirtus nouerit: uerũ qui secũdũ eã uiuat. Quis certiorẽ ac ueriorẽ de moribus ferre põt sniam, q̃ q diutius in illis exercitatus cũ summa ẽt laude atq̃ admiratione fuerit? quiq̃ nõ dicendo, aut intelligendo, magisq̃ prudenter, fortiter, iuste, moderateq̃ agẽdo uirtutẽ fuerit assecutus? De his igitur iudicabis non alia rõne, q̃ cum inter populares tuos in dicendo iure soles: atq̃ eo accuratius, qđ tua ista iuris dicũdi rõ q̃q̃ ad multos ptinet, ad paucos tñ ptinere uidebitur, si cũ his cõtuleris, quorum ad omnes spectet utilitas. De re enim omniũ agitur: cum de recte instituendis ciuibus: deq̃ animorũ informatione agit̃. Quos si probaueris, dignosq̃ iudicaueris, qui in lucem ueniant, tantum ne grauere cum alijs: tum uel in primis Antonello optimæ spei filio præbere legendos.

Incipit Liber primus.

OMnis uetus nouaq̃ philosophia & oĩs diuina atq̃ humana lex ĩ hoc uno maxime laborat: & tota nitit̃: ut motus animi rõni pareãt: ne ueluti ĩcustoditi, & passim uagãtes liberius exultẽt. Vbi eñi appetitus a rõne digressus lõgius a signis processerit, imperiũ, moderatiõisq̃ eius oblitus atq̃ ĩpatiẽs, pceps eo fertur unde regrediendi raro sit potestas. Nã cũ uolũtatẽ secũ ipse rapiat: necesse est ut turpia, atq̃ iniqua, & agant̃ & eligant̃ a nobis. Declarãt hoc affectus ipsi nostri, ubi uehemẽtiores fuerint: & actiões ab honestate recedentes. Quod philosophiæ pceptis, legibusq̃ obtemperantes animi motus inordinatos, atq̃ incompositos cohiberẽt hoĩes: & sub rõnis iugũ mitterent: nec libido profecto: nec fortuna in rebus dñaretur humanis: & mortale genus liberũ magis atq̃ quietũ ageret. Quãobrem magna

quædā uirtus:& ꝑcipuū hoīs bonū est obediētia. Cuius utilitas ac uis tā late quidē pateat: ut nullū nō mō grauius uitæ genus: sed ne minimæ quidem actiones: quæ tñ honestatē sequantur, eius uacent officiis: sine qua nec stare hominum societas possit, nec amicitia, aut coniunctio ulla. Nam cū natura ipsa iusserit hoīem cœtus colere, & cōseruare: ne solivagus, & ueluti belua passim erraret: nullæ sine obedientia coire ciuitates initio poterant: & postq̄ coiere frustra quidē leges latæ, creatiq; Magistratus essent, si illis minime fuisset obtemperatū. Et quanq̄ participes rationis ipsi sumus: male tñ nobiscū ageretur, si rōnē cōtinentes appetitū sequeremur, obedientia abiecta. Cuius præcipuū munus est rōnis colendæ, uoluntatisq; cōciliandæ. Quæ res efficit, ut cū maxime utilis sit mortaliū generi, omni sit studio amplectanda: a qua & doceātur hoīes queādmodū cū uirtute, cū natura, cū deo agi oporteat: & sine ea oīno nesciāt quō parentibus, Magistratibus, Regibusq; parendū sit: aut quatenus obsequēdū. Quod si huius tā eximiæ uirtutis excellētiā intueri altius uelimus, & cōtēplari, profecto uidebimus ipsorū etiā elemētorū cōpagē: & cœli errantiūq; stellarū cursus, ac motus uarios: nisi suis parerent legibus constare sibi nequaq̄ posse: cū ne sensus quidē, ac rōnis expertia (ut eorū propria sit obedientia, quæ rōne utant̄) absq; eius possint consistere beneficio & munere. Est enī obtēperandi uis quædā rebus insita, qua singula quidē sibi inuicē cedant: ac naturaliter pareant. Has igitur tantas obediētiæ uires cōsideranti mihi digna res uisa est, quæ mandare ī litteris, & illustraretur a me oratione: ne quæ imprimis utilis: & necessaria philosophiæ pars est: neglecta ea, atq; inculta iaceret. De qua & si quidam nō ignobiles authores carptim, ac pauca quædam scripta reliquere: totā tamē cōplexus est nemo. Atq; illi quidem qui de hac re ꝑcepere, uisi sunt aut ignorasse quātū uir

tus hæc posset:aut ea solum attigisse:quæ cum populo erant communia.Placet igitur primum ostendere:quæ sit eius definitio,& quæ partes:quo apertius intelligatur quid sit,de quo disputetur. Quod antequam præstem paulo altius repetenda quædam sunt:ne aliquid in obscuro relinquatur. Quibus explicatis,aditum sibi ad cætera faciet oratio.

Obedientiam solius hominis esse propriam.

a Nimaliũ duo sunt omnino genera:unũ illorũ,quæ licet sentiãt & suos habeant appetitus:rõne tamen carent.Eorũ alterũ:quæ quod rõne p̃dita sunt:rõnalia dicuntur a nostris.Horũ duorũ generũ prius illud obedientia caret.Quippe quæ in his quæ rõnis sint expertia,nõ magis est,q̃ iustitia,bñficẽtia,pietas,fides.Quãq̃ Maro noster dicit.Fundit humo uictũ facilẽ iustissima tellus.Sed concessum sit poetis & iocari,& lasciuire:quod eorum est facultatis:ijs autẽ qui ueritatẽ aut solum,aut maxime sequũtur,eadẽ licentia non est.Muta enĩ animalia:& quibus nec mens,nec consilium est,humanis carent,& uirtutibus & uitijs.Sed quid agas?uocabulorum inopia laboratur.Deum irasci,misereri,angi,turbari,furere: & quod languentis, ac defecti labore corporis est,& cessare & desciere dicimus. Quocirca minus admirari debemus:cũ iratum mare,cœlũ clæmens:apes Rẽpublicã habere:& futuris casibus prospicere,dixisse priscos legimus:aut cum iura,magistratusq; legunt:sanctumq; Senatum.Nam & si in beluis quædam sint similitudines:& quasi uestigia humanorum affectuum,uirtutes tamen & uitia propria sunt hominum. Obedientia igitur de qua his mihi libris explicandum est(nam quæ de angelis:demonibusq; differuntur:ea consideranda theologis relinquo)propria est hominis:quæ quoniam duplex est:cur ita sit,ostendendum est:dicendumq; de iustitia aliquid ex qua obedientia ipsa deriuatur.

Vt iustitiæ sic obedientiæ duplex genus esse.

e St aūt iustitia habitus animi: per quem & agimus, & uolumus quæ iusta sunt. Et cū iustus is sit: qui nihil plus, minusue appetat q̃ oportet: aut decet: sitq; idem & æqui: & legum obseruantissimus, iustum quoq; eandem hanc rationē sequetur. Nam & quod æquū, erit iustū: & q̄d secundum leges. Etenim oīa, quæ legibus aut iubentur: aut uetantur, licet ea tū ad continentiā: tū ad fortitudinē: ac uirtutes alias nos instituant, arceantq; a uitijs, tñ quæ a legibus præcipiuntur iusta dicēda sunt. Hostē nanq; a populatione prohibere: murū defendere: uersari in acie: non desererelocū: non uertere terga: non abijcere arma, fortis quidem sunt. Alieno aūt thalamo iniuriam non facere: neminē conuicijs incessere: minimeq; esse petulantē: tēperati sunt hæc: et contmētis hoīs: quæ tñ ut iusta iubenē legibus: uetantur ut iniusta. Vt enim a uitijs, ac turpitudine quacūq; ciues contineant, ita quidē præcipiunt, ac statuunt: ut uirtutum omniū rationē habeant: ꝓspiciantq; cōmuni omniū utilitati, & recte informandis animis. mirū quidē in modum cōferentes, et ad adipiscendā, & ad conseruandā fœlicitatē: & quæ sunt partes eius, ac munera in ipso hoīm cœtu ciuiliq; societate. Est igitur iustitia quædā: non uirtutis quidē pars sed quæ tū uirtutes cæteras, tū sibi cognominē iustitiā cōtineat, perfecta quidē: atq; ut Peripatetici dicunt, tota & integra uirtus, quā qui sit assecutus: is non modo utatur ea in seipsum sed erga cæteros oēs, nec in rebus tantū proprijs: uerū etiā alienis & publicis. Quippe qui aget ea quæ tū ciuibus atq; uniuersæ Reipublicæ conducant, tū Principi, cuius arbitrio ipsa Respublica gubernetur, iure quidē & uir et ciuis optimus, q̄n uirtus, actionesq; eius, quod maximū ac pulcherrimū est ad cōem ciuiū & Reipublicæ utilitatem late spectēt. Ex hac maxima & uirtutū omnium excellentissima iustitia

ortum docuit obedientia illa, ad quã pertinet obseruatio præceptorum & institutorũ omnium quibus leges nituntur: et uirtutes ipsæ continentur. Nam de quacunq; uitæ institutione, ac uirtute præcipiatur aliquid: id ipsa amplectitur ac curat. Est & altera iustitia huic de qua dixi cognominis: pars quidem eius. Cuius proprium munus est, cuiq; quod suum sit reddere: non in pecunijs modo: sed in honoribus, magistratibus, præmijs. Ad hanc eandem quoq; pertinet tum monstrare quid sequi, ac seruare teneamur in emendis, uendendis, & mutandis rebus: tum docere quid deo ac patriæ quid parentibus, cognatis, amicis, ciuibus, peregrinisq; debeamus: & a quibus in uita cauere: ne furta, rapinas, incendia, parricidiaue patremus: neu quem contumelijs, uerberibusq; afficiamus, neminiq; uim afferamus. Nam non modo quod suum est cuiq; reddit: sed cauet ne quid oĩno fiat, quod sit contra sanctam societatẽ. Ex hac itẽ iustitia trahit originem altera illa obedientia, cuius officia seruanda sunt ab illis, qui eorũ parere imperijs uolũt, quibus ipsi subiecti atq; obnoxij sunt. Ac prioris quidem generis definitio hæc est. Obedientia est habitus parendi præceptis omnibus quæ a ratione profisciscantur. Hæc aũt de qua posterius dixi hactenus definitur: ut sit habitus parendi præceptis illorũ, atq; imperijs: quibus lege, iureq; parere teneamur: & ut pareamus recta dictet ratio. Earũ partes & recte fortasse quispiã esse dixerit pietatem, cultũ, obseruantiam, reuerẽtiam, submissionem: hisq; aduersari ea quæ sub inobedientia constituta sunt, impietatem, contemptũ, contumaciam, irrisionẽ, elationem. Sed mihi placuit aliam potius differendis his sequi rationem: ne aut nouæ formandæ sint uoces, aut si utar communibus, parum proprie locutus esse uidear.

Vnde ortum habeat obedientia.

c Vm autem obedientiæ origo quærēda sit, & magni etiam philosophi tradant, iustitiam quādam esse hominis erga seipsum: ex quo fonte iustitiæ manent ciuilis officia: nimirum & obediētia quædam est cuiusq; in se, quæ appetendi uim, rationi subijciat: atq; ex hoc initio profecta facile postea suadeat & legibus & principibus parendū esse: nam & amor ille per quē natura duce quisq; seipsum amat: amandi alterius causa est, amicitiæq; ineundæ.

Quibus in rebus obedientia uersetur.

i N hoc autem obedientia uersatur ut præceptis obediat, faciatq; īperata. Præcepta sunt aut naturalia, aut humana: ut leges ipsæ. His accedunt & diuina, quæ inter naturalia numerare quidam malunt: quæ imperantur, proficiscuntur ab his, quorū ius potestasq; in nobis est. Verum ne magis q̄ res exigit soliciti de uerbis uideamur, & præcepta & iussa, & instituta: & ubi quid aliud simile ceciderit, usurpare non dubitabimus, dum res eadem sit: licet uerba sint diuersa. Contingit tamen sæpissime nulla præcepti ratione habita id agere quempiam quod recte quidem, & cum laude agatur, licet actiones eæ, in quibus ratio imperat, appetitus obtemperat, & si aperta uacant obediētia, tamen occulta nulllo modo uacent. His igitur explicatis ad ea quæ sequuntur transeamus.

De principijs obedientiæ.

p Rincipio natura ipsa generi hominum consulens, alterum conciliauit alteri ad uitæ inter ipsos societatem, & cœtus celebrationem. Et cum initio in agris agerent, paulatim ratione ipsa impellente domos sibi fecerūt ad æstus, ad frigora, et alia incommoda arcenda: donec oppida quoq; habere cœperunt. Quibus cōditis cum ea quæ inter ipsos erat uitæ communitas: nec stare diu nec crescere posse

uideretur absq; communibus institutis: leges sanxerũt: quibus parere uniuersa ciuitas deberet. Ac repetenti mihi, & animo inquirenti conditarum legum causam: uidẽtur principio leges latæ non tam necessitate (quæ enim illis temporibus, & in tanta rerum inopia improbitas, malitiaq; esse poterat hominibus pro uictu & uestitu: & ijs quidem e glande, ac ferarum tergoribus solum laborantibus) q̃ futurarũ rerum prospicientia quadam: quo uidelicet humanus animus parere legibus assuetus, crescente rerum copia cupiditati modum statueret: quẽ egredi nefas putaret. Vnde pœnæ postea adiectæ. ut quos ratio non posset, metus contineret. Et cum antiquissimæ legum sint, quæ latæ dicuntur a Mose: quem tamen post humanarum rerũ principia multis etiam sæculis fuisse constat, quædam ab illo sic statuuntur, ut facile sit iudicatu: non tam cõmentatũ esse Mosen quales essent leges, quas ferret, q̃ quemadmodũ uteretur ciuitate q̃ maxime obedientiæ. Filiũ inquit non audientẽ parẽtibus, populus lapidibus cedito. Hæc quidẽ pœna etiã si manũ in parentes iniecisset, iniquior uideri potuit. In animaduertẽdis enim criminibus, inspiciendum imprimis est: ne pœna maior sit culpa: tantaq; quispiam pœna afficiendus est, quã tam æquitas, humanitasq; patitur. Quod tamen ab illo statutũ est, quo & malũ (ut ipse ait) e medio pelleretur (iudicauit enim inobediẽtiam ciuitatis pestem esse) & cæteri deterrerentur exemplo. Alibi quoq;. Qui elatus superbia sacerdotis imperio: iudicisue decreto parere contempserit: is morte pœnam luito. Sunt & alia multa in illius tabulis. Quid illa lege durius non a barbaris: sed a romanis humanissima gente: & lata, & seruata constanter? Miles qui extra ordinem cũ hoste manum conseruit, securi percutiatur. Quid fugienti facere peius hostis potuisset: q̃ ut gladio eum enecaret? Quorum quidẽ omnium causa fuit, aut sola, aut maxi-

ma, hæc de quā disputo obedientia: cuius magnitudinē, utilitatem, addo & decus, nemo unquā admirari satis queat. Salomon iudæorum Rex: qui ex his quæ reliquit scripta, sapiens agnominatus est, q̄q̄ incultioribus uerbis: recte tamen, ac magnifice de obedientia sentiēs. Vir inquit obediēs loquetur uictorias: & melior est obedientia, q̄ uictimæ: & auscultare maius, q̄ offerre adipem arietum. Quid? quod tanquam dux ea sit ad sapientiam assequendam. Concupisti inquit sapientiam, serua mandata Cauet etiam deus apud Mosen, ne primi illi homines ligno uescantur: non q̄ noxiū illud esset: nullam enim nocētem ipse stirpem genuerat: sed ut habere se dominum intelligerent demererique studerēt illum præceptis eius obtemperando: & ab eo q̄ licet nec malum quidem per se: nec natura nocēs esset: tamen quia uetitum abstinendo, beniuolentiam domini obsequio sibi compararent. Christus quoque: ut ad hanc nos potissimum uirtutē inuitaret. E cœlo inquit descendi: non ut meam ipse uoluntatē faciā: sed eius qui misit me patris. Quāobrē affirmare nō dubitē in quo uera: & stabilis est obediētia, adesse ei plurimū: & ad hanc, & ad futurā uitā bene, beateque degendā.

De præceptis quæ ad primum obedientiæ genus pertinēt.

Q Voniā aūt obedientia ut dictū est in tenēdis præceptis uertitur: duplicemque eam fecimus, primo loco dicendū uidet de præceptis his quæ ad primū illud obediētiæ genus pertinent: quæ ortū habet (ut dixi) a maxima, & uirtutū omniū excellētissima iustitia. Nam de secūdo genere obediētiæ, sequētibus libris abunde disputabitur. Præcepta igit alia priora sunt, ac latiora: alia ut posteriora & sic et cōtractiora. Sed mihi de prioris obediētiæ præceptis libro hoc dicēti placuit, quædā primo loco tanq̄ in fronte cōstituere: cætera ut quæque sors tulerit: collocabuntur, aut nullo, aut

certe q̄ minimo delectu habito:nihil.n.referre duxi. Primū igitur & omniū hominū cōmune præceptum est,rationi ut pareamus:eamq; ducem,ac moderatricem sequamur in uita omni:& in dictis,ac factis quibusq;. Qui em̄ rationē ita abijcit:ut cōtra eā nitat̄,speretq; sine illa posse se recte aliquid,& cum laude agere,is dignus est q iure inter beluas numeret̄.nā cum rationē abijciat,id abijcit cuius gratia homines a beluis differūt,& cæteris animātibus præstāt. Recte etiā p̄cipitur:ut locis,negocijs,temporibus,ac personis quas gerimus,nos accōmodemus:nec cōcedamus poetis,ut materiæ seruiant:nos uero in uita agenda,& rebus gerendis, rationi hæc ipsa præcipiēti repugnemus.Etenim cum ars oīs præceptis constet,sequaturq; rationem, nullus eē artifex bonus poterit,qui quæ facit,nec moderatur,nec artis suæ præcepta seruat.Itaq; nō aqua,non igni ut aiunt in pluribus utimur q̄ obedientia.Nā terrā primo arare: mox iterum, ac tertio uertere:deinde serere: occare: sarrire:artis eius præcepta sunt.Ars uero rōnem sequitur:quæ docet obsequi tēporibus,regionibus,seminibus:quæ q̄q̄ sensu'et rōne carent,impellēte tn̄ obtēperandi ui illa:quā rōnis expertibus insitā esse dixi parent naturæ: quæ & ipsa seruit deo.Cui ut Cicero ēt ait:& mūdus hic paret:& maria:terraq; obediūt.Age:quid in re militari tā necessariū est, aut duces ipsi a milite prius exigūt,q̄ ut eū habeāt q̄ maxime obedientē.Declarant hoc & tubarum cantus:& signa: & quottidiana fere ducum edicta: & quod sæpissime quæ capitalia non sunt:tamen quia nullum dari inobedientiæ locū uolunt,habent ea pro capitalibus: cum sciant maximas aliqn̄ copias fuisse fusas paucorū militū culpa contra edictū agentiū.Prædones quoq;,& q piratæ dicunt̄,q̄q̄ iniustissimi sunt ipsi q̄dē:& ab oī fere uirtute lōge absunt unā tamen obedientiam mirifice amplectuntur: cuius tantū apud

eos studium est, ut signis agant pleraq; : atq; ex ipso sibilo remiges intelligant facere quid quenq; oporteat.

De quibusdam generibus & praeceptis rationis.

T quoniam totus hic sermo futurus est de obedientia: quã solius hominis esse dixi, isq; ex omnibus animantibus unus est rationis particeps quam seq; & ad quam se adiungere in cunctis debet. Dicendum etiam de his uidetur quae ratio ipsa iubeat: quã quidem partem attingam magis q̃ explicabo: ne si singula persequar, modũ excedat oratio. Sunt igitur rationis praecepta illa quidẽ ut nullus animi motus: nullaq; nostra actio, aut electio recedat ab honestate: eosq; nos instituamus, ut nihil nisi quod honestũ et iustum sit, aut appetamus, aut agamus. Cogitatiões quoq; ipsae coercendae sunt. Etenim qui eas sic euagari permiserit, ut quod in obscenis fit attrectationibus, blande illis mollit erq; indulgeat, difficile nimirum est, sola hunc mẽtis agitatione contentum esse, ut non opera perficiat, quod longa est cogitatione meditatus. Nam etsi consentiunt omnes motus primos, et titillationes illas, quae tum uisis, tum auditis excitantur, non esse iuris nostri: tamen si motus eos: & imprimis dulcia sensuum delinimenta, frequens ac blanda comitetur mentis agitatio, non modo nostri non erunt iuris, sed quod detestabilissimum est, sui nos iuris efficient, improbitatis, impietatis, & scelerum plurimorum reos. Quod si damnati in iudicijs etiam leuis cõtumaciae poenas luimus plectimurq; a praetoribus, & magistratibus, quibus nos affecturus est supplicijs deus: qui cogitationum quoq; nostrarum rationẽ est exacturus? Vbi legibus suis, quae perpetuae quidem sunt, repugnantes fuisse conuicerit. Et quomã duo plurimum in nobis possunt, ratio & appetitus, atque altera nos doceat quid uerum, aut falsum sit, & quid probare aut improbare debeamus. Alter uero q̃ quisq; sequatur: &

à quo declinet, recte etiam præcipitur, ut ratio imperet: appetitus se obedientem præbeat. Cui præcepto qui paruerit (parere autem omnes debent) ea sibi eliget, atq; proponet: quæ prudentis uiri esse propria intellexerit.

De prudentiæ officiĩs.

s Vnt autem prudẽtiæ munera: ut tum nobis: tũ amicis ciuibusque & cæteris aliĳs recte consulere utiliterq; debeamus: eaq; quæ utilia futura sunt, publice priuatimq; prospiciamus, iusta tamen honestaq; non deserentes. Ac tametsi non omnibus concessum sit uersari in magna Republi. aut moderari populos, & in paruis tamen oppidis: & in re familiari: & in his in quibus ipsi uersamur: quæq; ingeniĳ nostri fuerint, licitum sit prudentiæ seruare præcepta: quod & uillici assequuntur, ne dum mercatores. Nulla enim res siue parua & angusta siue magna & ampla, absque prudentia non modo non augeri & crescere, sed ne breue quidem tempus salua esse potest. Quisquis igitur in his se exercuerit: quæ ad se pertinent: suæq; curæ, & officiĳ esse intellexerit, ab institutis prudentiæ minime recessisse censendus est. Nam cum prudentis intersit rebus suis prospicere: sibiq; & bene, & ex usu consulere, hoc efficere nequaquam poterit, qui ad ea quæ sui officiĳ non erunt, operam suam conferet. Quæ præcepta qui seruare, & parere eis contempserit: is nec ciuis bonus, nec paterfamilias frugi esse poterit: sibi, patriæ, liberis, ciuibusque inutilis: nihil sane, nec acute, prospiciens, nec cum ratione sequens, aut deliberans cum consilio, fraudibus hominum, & fortunæ ictibus semper expositus. Quique & incognita pro cognitis habeat, & illis sic assentiatur, ut tanquam cæcus uadensque per itinera salebrosa, & ignota, ad passus singu-

los erret, labatur, offendat, cōcidat, in omni re & familiari & ciuili. Quod si ridere solemus eos, qui incōpertū aliquid pro comperto afferunt: aut si ex his quæ iecerint, principiis struere aliqd tētēt, qđ ex illis oriri minime possit, qbus illū sibilis eiiciemus e prudentiū ciuium numero, qui sic peccauerit: ut non solum ignoret quid agendum sit, uerum id ꝓbet, ac sequatur quod sit uel maxime improbandū, tanquam agendis rebus omnino cōtrariū. Sunt tamen nonnulli qui acute quidem perspiciant, & quid in agendo sit aut tenendum, aut abiiciendū plane & intelligāt & disputent. Vbi uero usus uenerit destituti cōsilio, & tanquam manci incōsulte oīa & temere agant. Cum quibus male agitur siquidē nō in cognitione, & perspicientia, sed ut Cicero inquit, uirtutis laus omnis in actione consistit. Cū autem actiones ipās nostras quasi magistra quædam prudētia præmōstret & corrigat: doceatq; quid in agēdo seruare ipsi debeamus: & a quo cauere (quod est uirtutis huius ꝓpriū) Hæc qui aspernabitur & audire parum uolet, is non modo prudens non erit: sed ne iustus quidem, aut temperatus ullo esse modo poterit. Verum de iustitia, & temperantia postea. Nunc breuiter, quid in conseruandis fortitudinis, & constantiæ muneribus ratio ipsa præcipiat, explicabo.

De prudentiæ constantia atq; muneribus.

PRæcipit aūt imprimis: ut mortem, quæ quidem pulcherrima futura sit non modo nō timeamus, uerū læti ad eam alacresq; accedamus animo magno, & res humanas contemnente adeuntes pericula, quæ illam uideantur allatura. Nam cum fortibus uiris propositum sit, ut decus assequantur: sitq; hic quidam fortitudini constitutus finis. Ad hæc cum abiectissimus quisq; turpissimam uitam honestæ morti anteponat, quis dubitet magnum illud quidem, & admiratiōis plenum fore, quod e mortis contē

ptione compararentur? quam mortales arbitrent esse malorũ omniũ maxime formidolosum. Fallitur aũt quisquis praeclarum fortis nomẽ uendicasse cẽseat, aut hũc, quẽ nec terrae motus exterreat: nec item alia quae ingeniũ hominis, uiresq́ excedant. Aut illum qui anteq́ periculũ adeat, & tuba signũ dederit, nihil non minitabundus ac ferox audeat. Nam cum fortis sit uiri, mortem magis contemnere, q́ uitam odisse, fortem eum esse statuo: qui quia hominẽ se esse meminerit, timeat quidẽ: tamẽ non ut homuntio aliquis: aut muliercula, sed q́ uiro conueniat. Quippe qui in subeundis periculis neq́ deseretur a ratione neq́ abijciet animum: minimeq́ cedet laboribus: aut succumbet ęrumnis. Quin ubi in discrimen uentũ fuerit, ita in acie periculisq́ uersabitur, ut mortem oppetat, anteq́ destituat dño. Quibus uero laudibus efferenda fortitudo sit: & quãtis prosequenda meritis, christiani maxime declarant. Eũ enim qui pro religione: pro deo ac sacris uitam amiserit inter diuos referunt, & illius tanquam numini, aras ac templa dedicãt. Huic enim ipsi christiano pro aris, ac focis in pugnã eunti, mirũ est, q́ nihil omnino desit: immo q́ plene assint omnia, quae ad fortitudinem pertineant. Neq́ enim aut pudore, aut metu aliquo pugnã ciet: neq́ sibi aut desperat subitis improuisisq́ casibus perturbatus: aut ita fidit, ut persuasum habeat nihil omnino sibi timendũ esse: non hic dolore cõmotus, aut offensione aliqua in hostẽ fertur: nõ fretus uiribus aut militari disciplina aduersariũ prouocat, nõ ut praeda onustus redeat, uitam obiectat periculis: sed animo sedato, uolens, sciensq́: & ut ait Horatius, in seipso totus teres, atq́ rotundus certamẽ init, mortis adeo securus: ut nõ modo summũ decus: sed summã, uerãq́ beatitudinẽ se credat adepturũ: atq́ inter diuos futurum: quibus cũ, aeuo fruatur sempiterno. Recte etiam monemur, ut animo magno & elato externa despiciamus: ad-

uersaq̃ ita feramus: & ea quæ laboris atq; acerbitatis plena sæpe multa contingunt in hominũ uita: ut nõ mõ non succũbamus illis: sed uiribus etiã maioribus cõtra ea nitamur. præstãdũ quoq; ut inuictos nos aduersus corporis uoluptates geramus. Etenim qui dominandum eis se permiserit, licet hostẽ sæpius uicerit, & albis equis capitoliũ ascẽderit, in magnis tamen uiris non est habendus. Qua in re illud iudicandũ est turpissimũ, quod nõnulli ut eas adipiscantur, imperitæ multitudinis errore ducti non tantum grauissimos labores suscipere: sed uitam etiam ipsam offerre, parati sint: qui mihi nihilo plus agere uidentur, q̃ ut cũ labore ac periculo turpissimi euadãt. Quod imprimis ratio ipsa uetat: & tanquam ex eminenti suggestu nos alloquens cohortatur, atq; confirmat: ut contra inhonesta, indecoraq; fortiter dimicemus: & ita stemus in acie, ut discedamus e pugna superiores: quos his armis ac telis, assecuturi sumus, si quæ uulgus maxime admiratur & expetit, ea tanq̃ momentanea despiciamus: & quasi uenenis imbuta, repellamus a nobis. Ne uincamini inq̃t cupiditate diuitiarũ: quæ fortis uos facere minime possunt. At improbos, flagitiosos, detestabiles possũt: neq; certabitis ut pecunias q̃ maximas possideatis solũ arcæ explẽdæ intenti, sed ut nõ egeatis: iisq; abũdetis quæ uobis, liberisq; uestris, familiæ, cognatis, amicis, ad uictũ: ad cultũ, & usus uitæ alios necessaria uisa fuerint: scientes illũ esse diuitiis finẽ cõstitutum: ut recte eis atq; honeste possessor utat̃. Cauebitis eñi ne opes potẽtiãq; cõuertatis ad uim afferendã, iniuriãq; faciendã. Neq; eñi q faciũt: sed qui propulsant iniuriã, magni & præstãtis sunt animi: nec pro honoribus, Magistratibus, imperiis ita cõtendere uelitis & digladiari, ut aut honestas deseratur: aut nõ interdũ depoẽndi plus ualeat, q̃ accipiẽdi ratio: quod uiri fortis est, uereq; magnanimi: non in honoribus, aut Magistratibus

decus illud positum indicantis: pro quo præstantibus uiris omnis solet esse contentio. sed in honestate & pulchritudine animi: qui non ad opinionem uulgi, sed ad conscientiam seq; suaq; ipse referens, non uideri quidẽ: sed esse talis uult. Scit enim nihil fictum, nihil fucatum posse cum fortitudine conuenire, in qua sint stabilia & firma omnia: contra in illis leuia & caduca. Cauere etiam studiosissime oportet, ne secũdis elati: & rerum copia effluentes, in luxuriam, superbiã, impotentiãq; dilabimini: quæ uitia fortibus uiris omni sunt studio fugienda: quippe quibus illud propositum esse semp debet: ut nullis animi perturbationibus, affectibusq; uincãtur. Quid enim turpius, q̃ quem aduersa nequiit fortuna frangere, eum frangat secunda? aut qui morti, quæ cum decore futura sit non cesserit: cedat iræ, libidini, inclementiæ, crudelitati? Hæc præcepta seruantẽ, licet fortiter, uiriliterq; & uiuere & mori. Contra uero aduersantem eis, abiecte, in constãter, effœminate. Ac de fortitudinis institutis, quibus parere, et quæ seruare debeant, qui excellere inter homines uolunt: quam excellentiam sine hac de qua disputo obedientia, assequi nullus poterit. Satis hic dictum sit.

De temperantiæ muneribus.

n Vnc de temperantia, quam profecto in uoluptatibus, & doloribus esse statuo, q̃q̃ nec omnibus quidẽ: nec eodẽ modo, ut peripateticis recte placet. Neq; eñi intẽperãs aut is est, qui publice, priuatimue detrimẽto accepto dolet: aut amicorũ ægrefert orbitates. Quo dolore qui sit affectus, longissime absit a turpitudine atq; intemperantia. Sed nec ille qui bene de Repu. meritus, tanq̃ uirtutum suarum præmium sit aliquod consecutus, uoluptatem capit ex honoribus, Magistratibus: aliisq; publicis fungẽdis muneribus: eæ nanq; uoluptates non corpus: sed animum po

tius afficiunt. Quocirca cum in iis quæ corporis solum uolu ptates sunt, uersari temperantiam uelint, uidetur temperatus is esse, qui in uoluptatibus. quæ tactione potissimum gignuntur, ipse sibi temperet nec solum temperet, sed ubi uel carendum illis, uel abstinēdum fuerit, æquo id ferat animo: cui etiam abstinentia ipsa iucunda sit. At intēperato & uoluptatum harum abstinentia grauis est: & earum carentia ægritudinem affert: atq; in capiēdis illis, nullus nec modus adest: nec mensura. Quod intemperantiæ uitiū cum abiecti, & degenerantis sit animi, recte præcipitur nobis, ut eas omnino uoluptates fugiamus: quas qui sequatur, is ut ait Cicero nomine tantum homo, re autē belua sit: cuius propriū est corpori inseruire: & iis solum uoluptatibus, quas tum e pastu, tum e ueneris quærit rebus. Turpissimum enim genus est hominū illorum, qui in uentrē proiecti ac libidinem, ueluti sues cœno sordibusq; uolutantur. Licet autē difficile admodum sit cōtemnere uoluptatem natura nobis insitam, Cuius etiam uis tam late pateat: ut actionū, affectuūq; nostrorū sit comes, sequaturq; uel illa quæ agēda eligimus (cū honesta, & utilia iucundi speciē præseferant) eo tn̄ magis cōtemni a nobis debet, quo laudabilius est rē natura insitā: & ut ait Aristoteles nobiscum a pueris una educatā, reprimere, & cōtinere. Nam qui eam sic abiecerit, ut quasi radicitus euulserit, is mihi naturæ hominis uidet̄ oblitus: aut humana esse cōditione maior: ut qui aqua & herbis in solitudine uitam ducūt, rerū ueneris omnino inscii: quales fuisse anachoritas plurimos, & ipsum illum Ioannē baptistā memoriæ proditum est. Verum cū uoluptatis cōmune quidem nomen sit: & uoluptas ipsa semper nec ubiq; sit turpis, non omnes corporis sensuumq; uoluptates imtemperantes nos efficient: ut dū lyra delinimur: laboremq; solamur cantu: aut naribus admouemus flosculos: seu in lecti aliquas, Gen

tilisue picturas egregias cõuersi, in spectandis illis oculos pascimus: & tanquã ipsi reficimur. Quis autẽ quamuis durus & acer uoluptatis cõtemptor, non moueat ubi in aliquẽ facetũ & urbanũ hominẽ inciderit? Vide quod non sit hoc uitiosum, quod urbanitas uirtus est: & iocus nulli nõ hominũ aliquando cõcessus: cũ etiam uideamus de deo, ac religione differentes in templis, uti eo: quem tamen neque multum neque petulantẽ oportet esse: sed libero homine dignũ. Age quẽ suauissimi poetarum uersus mouerint, hunc ne nos intemperantiæ accusabimus? An eum potius quem cognouerimus ueneris resolutum illecebris: aut palato seruientẽ? Hũc enĩ quod uoluptates hæ communes sint cum beluis: illarũ similem dicemus, Homerum secuti, qui Vlyssis socios Circæ carminibus id est fœdissimis uoluptatis delinimẽtis in porcos dixit fuisse conuersos. Quanquam uehementer etiam reprehendendi sunt, qui tum unguentorum, tum epularum capiuntur odoribus: quod his earum rerum memoria reuocetur quarum ipsi cupiditate nimia teneantur. Quibus enim intemperantiæ stimulis credibile est illum agi: qui inter odores positus, totũ se fieri nasum optet? ut est apud Catulum, tametsi iocetur ille: ac facetus uideri studeat. Quique adhibitus in cœnam obstupefactus potu, atque pastu, quæratur de natura, quod tam breue homini guttur dederit. Satis compertum habeo Barcellonæ in Hispania paucis ante annis Beltrandum cognomine Ferrerium in uenere expirasse. Legi & Gallum Equitem Romanum eodem intemperantiæ ac mortis genere e uita excessisse.

Coercendas esse cupiditates.

I Gitur ut ab iis cauere uitiis possimus: in quæ faciles prolabimur, ipsa nos ad ea rapiente natura, recte præcipiũtur hæc: ut cupiditates illas: quas e nostris

quidã cõcupiſcentias uocare maluerũt: coerceamus. Coer-
cent aũt abſtinendo & tẽperãdo. Quippe quarũ natura ſit
uſu ipſo magis magiſq; incẽdi, & luxuriare: eo uero ceſſan
te remitti, atq; extingui. Quo magis eñ ueneri palatoq; cõ
cedit, & curæ plus impẽdit: hoc amplius titillãtis illius uo
luptatis appetitio creſcit infinita, & inſatiabilis. Et quia ni
hil eſt tam ſeruile, & abiectũ q̃ uoluptatibus eſſe deditum
illas maxime uoluptates coercere conabimur: quæ ꝑtim cõ-
munes, ꝑtim ꝓpriæ dicunt a philoſophis: quas ſi eruere ne
quierimus (qđ eñ firmius hæret & radices naturales ha-
bet euelli uix põt) pullulãtes certe, & in ꝓceriores ramos
exeũtes amputabimus, boni agricolæ exẽplo: q ramos inuti
les, nimiſq; laſciuiẽtes deputat: atq; ut Maro inquit. Luxu-
riem ſegetũ tenera depaſcit in herba. Quãobrẽ cibo & po-
tu ſic utemur, ut reficiamur qdẽ illis: non impleamur: deq;
ſtatu hoīs eiiciamur: ne dicendũ ſit qđ Terentianus ille. Vi
cit me uinũ quod bibi. Sed hic ꝙ ebriũ ſe eſſe ſentiebat, mi-
nus fortaſſe uituperandus eſt. Illos uero qs ferat, qui inter
ipas epulas ea agunt, quæ dictu quidem turpia, atq; obſce-
na ſunt. Quoſdam non delectant niſi exquiſitiſſimi, & quæ
ſiti trãs maria cibi: ac magno empti, quorum fœlicitas hæc
eſt, potando, ſcortando, epulando, rem cenſumq; abſumere:
quales fuiſſe Montanum, atq; Apicium legimus. quid ille
quam ſtudioſus palati fuiſſe credendus eſt: & gulæ ſemper
ſeruiens, ut quidem fuit: qui ſemel aſpectu littus dicebat
echinni? Huiuſmodi homines neceſſe eſt indies intempera
tiores fieri, cum quotidiana libidini ſuæ irritamentis his fo
menta præbeant. Quid de uſu ueneris loquar: & appetitu:
qui tantas ſibi uires capere interdum ſoleat: ut neq; ſexus
neq; cognationis diſcrimen haberi ullum permittat? Biblis
inquit poeta Sulmonenſis in exemplo eſt: ut amẽt conceſſa
puellæ: Biblis Apollinei correpta cupidine fratris. Et quo-

niam nō tātū est auctoritatis in fabula. Nuper Ioannes Armeniacensis ex Galliarū regulis sororē suā, iisdē ortam parentibus duxit uxorē. Ferunt brutios pastores pecudibus, equabusq; misceri solitos. Sed hæc non absq; rubore referri possunt: et licet repræhendātur a nemine, p se ipsa ostendūt q sint turpia, & flagitiosa, declarantq; quanta sit intēperantiæ uis ad postremam etiā immanitatē. Verum ut quas dixi cupiditates coercere possimus præceptis iis parendum nobis est: quæ quidem iubent, ut neq; turpibus obscenisq; gaudeamus: neq; si honesta sit lætandi causa, ita efferamur gaudio, ut gestire uideamur. In altero enim præscribenda lex est: in altero modus retinendus: ut non modo non capiamur uoluptate rerum earum quæ inhonestæ sint, & indignæ homine: sed ut modum quoq; in illis retineamus: quarum delectatione honesta moueamur: & gaudio affici liceat: rursusque ut oblatis uoluptatibus abstineamus: atque ubi subductæ illæ fuerint, æquo id feramus animo. Voluptas enim tum absens, tum erepta per uim incredibiles solet dolores excitare. Videre licet apud Homerum quo animi furore: quaque impotentia ob ereptam sibi uirginem, Achilles rapiatur. Alchosimarcus ille plautinus de nimio dolore amorisque impatientia audi quibus clamoribus caueam impleat. Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum. Hanc ego coniecturam domi facio, ne foris quæram: qui omnes homines supero, atque antecedo cruciabilitatibus animi iactor, crucior, agitor, stimulor, uersor in amoris rota miser, & quæ sequūtur. Et tanq̄ parū hoc esset, ubi eius, quā amabat copiā fieri sibi desperat, gladiū stringens in quem incumberet. Accipe me ait ad te mors amicū, & beniuolum. Intellexit poeta solere dolores hos q proxime ad insaniam progredi, ubi parū fuissent cōpressi. Ex his igitur satis apparet appetitum libidi-

nis, si dolori indulgeat, augeri adeo, ut mentem ipsam e suo statu persæpe deijciat, Quaobrem si temperantes esse uolumus, obediētiæ memores huiusmodi appetitus subijciamus rationi: nec (quod puerorum est) imperare nobis illos sinamus. Ipsisq; uoluptatibus cum offerentur, aut abstinebimus: aut in capiēdis illis modū certe retinebimus. Turpibus uero, et quibus minime debemus, nullo pacto delectabimur: nec si honesta lætabimur causa, modū abijciemus: neq; etiā frāgemur dolore, ubi quibus frui cōsueuerimus uoluptatibus carēdum nobis fuerit: sed illorū potius uicē, qui sic affecti fuerint, miserabimur. Cupiditatibus uero hactenus afficiemur: ut cū maxime tū mediocriter moueamur: atq; ad ea tantum cupienda, quæ cur cupiant ratio nos docuerit. Temporis quoq; memores esse oportet: et personæ, quā gerimus. Demū in uoluptatibus cūctis illud maxime obseruabimus, ut neq; ualitudini noceant: neq; aduersentur honestati habeaturq; facultatum ratio. Quæ præcepta seruātes, & intra præscriptū obediētiæ persistētes: nimirū tēperati erimus fruemurq; uoluptatibus ijs, quæ temperātis sunt propriæ. Eæ autem sunt cum mediocritate, & raræ. Nanq; & uoluptatem commendat rarior usus.

De continentia.

t Emperantiæ finitima est continētia: nam & ipsa in eisdē existit uoluptatibus: latior tā est continentiæ campus: cui & ira materiā suppeditat: & pecuniæ, honorisq; studiū: qui enim uehementius irati excandescūt, aut de re amplianda, magistratuq; fungendo adeo soliciti sunt, ut uicti cupiditatibus moderatiōis honestatisq; metas pertransseāt: hos quoq; incontinentes uocamus. Differt etiā ab intēperato incontinens, q ille cum iudicet uoluptatibus indulgendū semper esse: easq; sibi & pponat, & eligat sequendas, nec sniam mutat iudicio suo falsus: nec incepti pœ

nitet. hic uero nec ignorat fœda se facere: nec electione peccat, sed nimia cupiditate præceps rapitur: ut cum ait apud Nasonē Medea. Video meliora, proboq;, Deteriora sequor. Vnde & pœnitudinis plena incontinētia dicitur. Igitur cōtinentia cum recto utatur iudicio: nec in turpium cognitiōe fallatur: quæ quidē ipsa improbet, ac damnet, soli rationi intendens: ad eāq; usq; se accomodās, recte nobis ab hac ipsa ratione præcipitur, ut rerū earū quæ uoluptatē gignunt primo delectum habeamus: deinde uitemus excessum. Delectus autem tum probe habebitur, cū ea e quibus uoluptates procreantur: secernemus: quorum ut Aristoteles tradit alia necessaria sunt, ut cibus: potus: uestitus: quæq; ad corpus tm̄ pertinent, de quibus supra disserui, cū de tēperantia dicerē. Alia quæ tametsi necessa ipsa non sunt, expetenda tn̄ uidentur, ut domus magnifica, & in ea supellex egregia: ut prædia, tum rustica, tū urbana: ut multitudo clientium, ut opes in ciuitate, ut honores, ut tituli, & quæ alia uel numerantur in bonis, uel certe media sunt. Hoc igitur delectu habito danda est in primis opa ne comparandis, atq; utendis illis modū deseramus. Nam ut Horatius ait, Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui, Vltra q̄ satis est, uirtutem si petat ipsam. Horum igitur omniū, quorū excessus tantum improbantur, una hæc regula est, ne quid nimis. Iure aūt Salmoneus fulmine ictus a poetis dicitur diuū sibi dū poscit honores. Quid illo dictu improbius? lucri bonus odor e re qualibet. Alexāder tot regū, & nationū uictor, a fœdissima incōtinentia non uno modo uincitur. Nā dū e deorum uult se natū semine, matrem Olympiadē ut impudicā accusat: philippi patris ueluti abiecti homūtionis pudet: & Iouē libidine captum de nitidissimo cœli loco in immundissimas terrarū sordes trahit, hoc ipso incōtinentior, ac detestabilior, q̄ dum Iouis se filiū mētitur, scortis, ac uino infra inquinatissimos

deijcitur.Est & alia continentiæ laus, quod cũ propriũ constantiæ munus sit, dolori resistere, & æquo aio illũ ferre: quasi parũ hoc sit, contenta non est doloris ista tolerantia, nisi & eũ uincat, ut eo magis constantiæ præferẽda sit: quo pulchrius est uictorẽ e pugna discedere, quàm uictũ. Quãobrem ut cõtinentes ipsi simus, uoluptates cohibendæ sunt: doloresque superandi: imprimis excutienda mollities: quam & pannus bombicinus urit. Quod ut facilius assequamur, Cicero audiendus est: a quo quia multa de temperantia, cõtinentiaque disseruntur: placuit eadẽ illa paucis referre. Præcipiuntur autem hæc maxime ut in oĩbus dictis, factisque animũ a perturbatiõibus liberũ habeamus: ne libidine, aut metu aliquo commoueamur: aut uoluptate nimia gestiamus: neue in sermonibus, aut cupiditas: aut pigritia: aut ignauia: aut aliquid tale appareat: imprimisque ne falsa præsertim de nobis prædicemus. Ludo quoque, ac ioco sic utendum: sed tum cum grauibus serijsque rebus satisfecerimus, ut illiberalitas, petulãtia, obscœnitas oĩs absit iocantibus. In ludis etiam is modus retineatur: ne nimis profundentes omnia, aut elati, in turpitudinem aliquã dilabamur. In ornatu quoque, & corporis motu, ac statu studendũ esse: ut ab omni quod abhorret ab oculorũ approbatione fugiamus: sequendũ esse maxime rerum ordinẽ & tẽporũ oportunitatẽ. Ab ijsque artificijs, & quæstibus cauẽdum: qui improbẽtur: & illiberales habeant, ac sordidi. Dãdã etiã imprimis operã, ne contra uniuersam naturã contendamus: ea tñ cõseruata, propriã sequamur: exquiramusque in oĩbus quid sit illud quod deceat. Atque hæc quidẽ a Cicerone in hanc fere sñiam præcepta tradũtur. Christiani uero oẽm etiã usum ueneris: præterquàm si cũ legitima uxore res habeatur: dãnãt. thoro quoque geniali modũ statuũt: cæteros coitus ita condẽnant: ut inter septem illa peccata: quæ mortalia dicunt numerẽt res ueneris. a uitio quoque palati,

ac uentris: quod nunc gulā nominant, tantopere abhorrēt: ut non modo temperanter uesci iubeāt, phibeantq; comessationes, & intēperata conuiuia: sed nec oē cibi genus utendū permittāt, uelintq; diebus, ac tpibus statutis abstineri carne, ac semel ꝗdem die, & parce esse. Omnis etiā sermonis, ꝗ aut mollitiē, aut cupiditatē, aut turpitudinē habeat aliquā, rōnē reddēdā, pœnāq; luendā censent. Verū ego dum plura persequor lōgius pgressus sum, ꝙ pmiserā. Quāobrē finē his statuo, ad alia diuertēs: quæ dicenda relinquuntur.

Seruandas esse leges.

i. Imprimis aūt uersari obedientiam in seruandis legibus illud plane docet quod initio dixi, leges ipsas eo pertinere, ac respectare, ut secundū omnem uirtutem uiuāt a ciuibus. Quāobrem cū de uirtutum ipsarum præceptis, si non plurima (quod disputationis huius non erat) sed pauca quædam ex tanta copia, carptim, atq; ut magis necessaria uisa sunt, dixerim, quia, & res ipsa, & ordo præceptionis huius postulat, de legibus quoq; aliquid dicam. Sunt autem leges aliæ naturales, aliæ humanæ, quædā & diuinæ. Naturales eædē semp sunt, & ubiq; gentiū nunꝗ; enim naturale illud mutaī præscriptum, ut uitā, corpusq; tueamur oēs, declinemusq; ea quæ uideantur nocitura, aut ut plē appetamus, siue ut nunꝗ manum ipsi nobis consciscamus. Nā & Cato, qui libertatis, ut dicunt causa: & mortales alij, in quorū numero & philosophi, qui ex uitæ contemptione mortem sibi attulisse memorant: naturæ legibus parū mihi uidentur obtēperasse: ꝗꝗ; & Cato, & quos dici nō earent defensoribus. Iubet etiā hæc ipsa natura, ut uitā, corpusq; tueri: sic neminē offendere: imo etiā cū possis pdesse: mœrentē cōsolari: qui feraī a torrente, ubi possis opē ferre: uiam percontanti monstrare. non phibere lumen accendi de lumine: non arcere sitientē a pfluente. Hæc quoq; naturali lege ho

minũ generi præscripta sunt, quæ seruare oẽs debent: quorũ qui contẽptor fuerit, is cõscientiam suam iudicem si fecerit, haud uereor quin ea iudice seipsum dãnet timeatq; illius flagellũ, quem ne cogitationes quidem ullæ nostræ latere possunt. Quærere itẽ quæ sit natura summi boni: quæ rerũ aliarũ. unde nascantur singula: qui cœli motus, & stellarum: quis ordo in rebus, & quæ mẽsura: quid uirtus sit, & an alia sit maior alia: hæc quoq; a natura iubemur. Quisq; tamen pro captu, atq; ingenio suo: nã imprimis natura ipsa hominis hoc præcipit: quippe quæ infixit animis nostris, ut scire, & nosse cupiamus. Cuius rei maximũ hoc, & certissimũ inditium est: q̃ etiã illa quæ nihil neq; uoluptatis, neq; utilitatis sint allatura scire ipsi cupimus: laboramusq; ut intelligamus ac sciamus illa, quæ sciri intelligiq; posse diffidimus: quæq; oĩbus ante nos sæculis incognita latuerint; atq; ubi cognita fuerint aut oĩno nihil: aut certe parum sint laudi additura. Sunt tñ ex his quæ naturæ continẽtur legibus quædam homini cũ beluis communia: ut prolẽ cupere: ut pastum quærere: tẽpestatesq; uitare, & æstus. Sed nos metiri non decet quid, aut quousq; cõmune sit homini cũ bestijs, sed quid sit quod natura ipsa præcipit. Nã & illa quæ communia sũt aliter nobis, atq; illis præscripta sunt. Beluæ nãq; peccare non possunt, homines uero possunt: atq; utinã tantum possent, dũ ne sponte uellent.

De legibus diuinis.

d Iuinarũ legũ Aliæ ad deũ. Aliæ ad hoĩes referunt.

Ad deũ ut ea quæ iubẽtur a xp̃o: quæq; per Mosen credũtur a deo iudæis præcepta: qualia sunt: quæ decẽ mandata dicunt. Deũ unũ colito Sabbatũ ab ope cessato, & sanctũ habeto. Parentes ueneratov, & quæ reliqua sunt. Sunt tñ apud Mosen permulta, quibus nõ modo xp̃ianorũ, uerũ etiã romanorũ leges aduersent. Sed illa iudæis p̃cepta sint,

nos nostris

nos nostris legibus pareamus, quorũ xp̃s est author, alia ita sãtiũtur, ut qui secus egerit, reus sit. Alia magis uidẽt admonere & hortari, quã cogere, quale illud est. Vendito quæ habes oĩa, & largitor pauperibus, Præcepta igitur eo studio, diligentia, & opera seruanda sunt, ut ne digitum quidem, ut dici solet, ab eis excedatur. Quæ uero admonẽt cõsilijq; rõnẽ habẽt, ea ita sequemur, ut sciamus nostri esse arbitrij, quousq; placeat obsequi. Ad hoĩes aũt referuntur illa, quæ a sacerdotibus, & põtificibus decreta sunt. Quorum nonnulla præcipiuntur omnibus, ut confiteri peccata sacerdoti, & piaculum pœnitendo agere, quædã quibusdã, ut quæ sacerdotibus tãtum. Sũt ẽt quæ credere iubeamur ut deum e deo genitum, & uirgine incorrupta natũ. Alia quæ pro certo sperare atq; expectare debeamus, ut aĩas rediturus in sua corpora, & die suo deũ illas ad tribunal citaturũ. Alia quæ agere. ut tẽpla adire, sacrificijs adesse: sacerdotibus, & egenis stipẽ offerre, a plurimis nõ modo iubemur continere: sed coercemur ẽt pœna proposita. Nã qui sacerdotẽ percusserit, hũc e templis, atq; hoĩum cõsuetudine leges eijciunt: & sacris arcent: quodq; aqua & igni interdictum illi sit. uetant sermonem cum eo seri: aliquidq; oĩno contrahi. Ad hæc cogimur ad uenerationẽ: ad cultum. Sunt ẽt quæ & si lex credi, atq; expectari iubeat: tamẽ nõ iterſit dũ credãtur, quõ ea credantur. Cogimur enim credere animas ubi solutæ fuerint corporibus, suo quodã tempore ad illa reuersuras. foreq; ut tunc reuiuiscamus oẽs. Reuiuiscamus aũt adolescentes, ne an ætatis, qua quisq; mortuus est: de quo quæstio est: arbitrij nostri ẽ, ĩ alterutrã uelimus opinionem concedere: habent enim opiniones hæ authores suos, graues certe & eruditos hoĩes. Sunt & alia quæ constãtissime quidẽ teneri: oĩq; e parte credi oporteat: ac si quis secus sibi persuaserit, deq; his modo aliquo dubitauerit, hæ

beatur in hereticorum, ac perditorum hominũm numero: atq; ea necesse sit ut & ꝓfitearis: & ubi usus euenerit asserendis illis digladiere: atque emoriare priusq̃ abneges.

De legibus humanis.

Humanæ leges dictæ sunt: quod earum authores homines in cõmunẽ illas utilitatem, ac recte uiuendi usum tulerint: eaq; scripto sanciũt: quãq̃ & interdum consuetudo uim habet legis. Ex his ciuile ius emanauit: quo populi, natiõesq; temperanẽ. Est & municipale ius: quod singulæ ciuitates priuatim sibi statuerũt: & item gẽtiũ inde dictũ: ꝙ gentiũ in id uoluntates consenserint. Quã obrem & iura ipsa seruanda sunt: & legibus parendũ est: ut cum ad cœtus colendos: societatemq; retinendam nati simus, munus impleamus nostrũ. Et quoniam hæc omnia nõ tam discenda præcipimus, q̃ statuimus seruanda, placuit quod in bene constitutis sit urbibus latas leges conscribere: easq; referre in tabulis: quod nec Plato in republica illa sua facere dubitauit: nec qui eum imitatus est Cicero.

Quarundam legum constitutio.

Appetitum rationi subijciunto: eaque & dux, et moderatrix esto: ritus patrios pie seruanto: legibus parento: temporibus obsequuntor: personam loscumque obseruanto. Animi motus cohibento, ab honestate ne facessant. Iusta expetunto, atque agunto. Mentem a prauis cogitationibus cohibento: consulunto recte. Prospiciunto caute. Notis artibus operam danto. Vires ingeniumque metiuntor. Mortem decori posthabento. Despiciunto externa. Aduersa ferunto constanter, ac ferendo superanto ea. Turpia atque indecora omnia cauento. Diuitias, Magistratus, honores, ne admirantor, neue illorum ergo fœda agunto. Iniuriam ne inferunto: sed propellunto eam. Superbiam abijciunto. Doloribus ne cedunto: neue uo

luptatibus corporis ſinunto eapi:ſed illas temperanto,atq; cohibento.Animum exeolunto:& perturbationibus liberū habento.In cunctis retinēto modum.Si quis aduerſus hæc fecerit ue ſenſerit ue: huic deus iratus eſto.ne illius manes quieſcunto.

Finit liber primus.

Incipit liber ſecundus.

E Ioue inquit Socrates apud Platonem philoſophi ſunt& reges: mihi q̄de; a Ioue.i.deo nō reges mō & philoſophi ſed optimi q̄q; uiri uidenť eſſe. Nā cū ab illo q̄ eſt & maximū:& uerū,& pfectū bonum cætera emanēt bona oia: nec iuſtitia profecto,mec uirtus ulla: quæ uera animi bona ſunt,abſq; illo ſummo,& conſummato bono in cuiuſpia; uenire poſſeſſionē poſſunt. Ac tametſi malorum fere omniū ipſi nobis & cām præbeamus,& materiā:nulluſq; nec maior,nec pernitioſior nobis ſit hoſtis, q̄ appetitio,& opinio noſtra:quæ ſæpenumero obliqua & falſa eſt, bonorum tamen origo & cauſa eſt a deo:a quo & ratio:bonum autem ſeiungi a ratione nequit. At malum cū ſit tum auerſio,tum ſeceſſio, deflexuſq; a ratiōe, ſequatur q; opinionem quæ dux e, & author incerta:a deo utiq; nō erit.Et cum ratio ſecundum naturam ſit:malum autem a ratione ſemper abhorreat:& ab illius ſpacio,curriculoque longe deflectat: erit & malum contra naturam. Quocirca cum uirtutes ,ut dixi,uera animi bona ſint, & firma poſſeſſio,quanquam ne ipſæ quidem natura nobis inſunt: ſed uſu,actioneq; comparantur noſtra:uitia quæ his aduerſantur,& mala erunt:& quodammodo contra naturam erūt. Omniū uero uitiorū peſſimū ac deterrimum eſt illud quod

aduersus naturã maxime nititur:& a rõne q̃ lõgissime abit Nititur aũt aduersus naturã illud maxime quod est contra uniuersam humani generis cõmunitatẽ:ac rectorẽ eius. Id aũt est iniustitia. Manifestum est igitur iustitiã quæ huic ad uersatur, maximã esse uirtutũ oĩum, & humano generi ma xime conducentẽ. Nã cũ sit uniuersum genus hominũ quasi una quædã ciuitas: cuius hæ quas incolimus urbes sint uelu ti partes quædam: ipsæq; constent domibus, ac familijs: do mus uero hoĩbus: primũ docet iustitia, quales ipsi erga pa rentes, uxores, liberos, nepotes esse debeamus: deinde in cæ teros cognatos, ac necessarios: qui domos sibi alias cõstitue runt: & cũ una, ut Cicero ait domus eos nõ caperet, tanq̃ in colonias exierũt: tũ erga uicinos tribules, & ciues alios: itemq; & hospites, & peregrinos: admonẽs nos hominum nõ modo eiusdẽ gentis, nationis, linguæ, uerũ & illorũ qui extremas quoq; terras incolant. Et q̃m huius quem dixi uni uersi cœtus hominũ rector est & moderator deus: imprimis iubet, ut eius memores, primos illi, ac maximos honores tri buamus: pietatemq; colamus, ac religionem. Sed nos Rober te de iustitia illa quã totã esse uirtutẽ diximus: superiore li bro satis explicauimus: & quantũ uisum est necessariũ dis seruimus. Restat nunc dicendũ de iustitia hac, quæ pars est eius. Cuius cũ proprium sit, cuiq; quod suum est reddere, declaratur nobis, eius officia ad alios potissimum pertinere: ipsamq; in cõmune niti: ac late ad plurimorum res cõferre. Nã qui uoluptates cõtempserit: aut liberorũ orbitatẽ æquo aĩo tulerit: is quidẽ sibi ipse temperatus & cõstans est. Hoc q; eius factũ ad alios minime pertinet: nihil fere aut publicã aut priuatorũ ciuiũ utilitatem adiuuans: præterq̃ si exẽplo ipso profuerit. At qui nec opũ in ciuitate nec authoritatis in senatu: nec agri inter uicinos: nec pecuniarum inter eos quibus cum contrahit uendicare sibi plus uoluerit q̃ quod

sit suum:is & erga alios uirtute utitur,atq; in cõmune cõ-
sulit:quando ciuibus alijs qui suus cuiq; locus est integrũ
relinquit.eadem trutina,pariq; mẽsura & sibi & alijs me-
tiens:ut recte mihi dixisse uideatur:quicunq; dixerit cæte-
ras uirtutes fere oẽs,utentis proprias esse:iustitiã aũt com
munem,& publicam.Quamobrẽ iustitiæ huius uidetur ꝓ
pria esse ea mẽsura,quæ plus & minus distingnit inter ho
mines:ut ex æquo,cuiq; distribuatur:caneaturq; ab iniquo.
Cum aũt non in honoribus,aut pecunijs solũ:uerũ etiam in
emendis,uendendis,& cõmutandis rebus:quæ quidẽ spon
te ipsi nostra facimus,hoc ipsum plus,& minus quæratur.
Quinetiam in illis quæ inuitis nobis fiunt: ut cũ aut surri-
piuntur nobis nostra:aut uis affertur aliqua, uidetur iusti
tiæ huius duplex esse diuisio.Est em̃ una eius species:cuius
propriũ est curare,& cauere ne in creãdis Magistratibus:
conferendis honoribus:reddendis præmijs:ciuilibusue mu
neribus partiendis:neue in dispẽsandis ærarij pecunijs:re
busq; item alijs,quæ diuidendæ,ac distribuendæ sunt inter
ciues:aliquid plus minusue fiat,q̃; quod æquum, iustumq;
uideatur:est enim eorum omniũ dispẽsatrix optima. Altera
uero quæ in faciendis cõmercijs:& contrahẽdis rebus: ijs-
demq; & metiendis, & corrigendis uersatur: quales sunt
emptiones,uenditiones,mutua,deposita,& quæ sunt gene
ris eiusdem:quæ uoluntaria dicũtur:& in quibus pacto cõ-
uenitur.Ad hanc quoq; pertinent & ea , q̃ in inuitos ꝑtim
clam,partim aperta ui patrantur:ut furtum,cõpilatio, uer
beratio,rapina:quæ iuris prudẽtes maleficia uocant.Igitur
cum horum omniũ ad iustitiam cura pertineat: uidetur pro
prium eius muuus esse metiri singula:& tanq̃ appensa in
scapulo examinare.ut iusti æquiq;:itemq; & iuris & legũ,
ac boni partes in ciuitate tueatur:reijciatq; ac castiget quæ
uideantur his contraria. Nam iniusta iniquaq; prohibebit:

repellet iniurias: & in eos qui nocentes sunt animaduertet, ne quid omnino cõtra leges, cõtraq; bonũ fiat uel á ciuibus: uel a peregrinis. Verũ cũ non sit præceptionis huius subtilius hæc nunc quærere: & ad alia festinet oratio, restat eñ illo de genere obediẽtiæ dicendũ: quæ ab hac ducit originẽ (nam de principe, maximaq; obediẽtia superiore libro, si nõ plene: pro re tamen satis dictũ est) iactis fundamentis quæ opert huic cõstruẽdo necessaria uisa sunt: tandẽ ad nostra ueniamus. Perinde igitur ut iustitiæ officia conferri debent a parẽtibus i liberos: a maritis i uxores: ab heris in seruos: itẽ q̃ a rebus in subiectos homines: a magistratibus quoq; in priuatos ciues: & a ducibus in milites, nec nõ & a pontificibus aduersus sacerdotes: ita & ab his oĩbus exhibenda est in illos obseruantia, & obedientia. De qua ordine quidem, ac pro suscepta materia disputabimus.

Laudes obedientiæ.

Liberos parentibus obtẽperare debere, qui neget, certe arbitror esse neminẽ. Cũ eñ nos genuerint: educauerint: instruxerint: conferantq; quantũ in ipsis est, omnia ad uictũ, cultumq;: & alios uitæ usus necessaria: innumerabilesq; labores sponte suscipiant ad res comparandas, nõ modo ne egeamus in uita ipsorũ: sed post mortem ut his etiã affluamus, quam pro tot tantisq; beneficijs referre eis gratiam possemus non haberemus: nisi nobis obedientia illam sufficeret. Quis igitur digne laudare eam poterit quæ ne erga illos quibus maxime debemus ingrati simus, sola efficit: præstatq; uti ex sese, quasi perenni quodam fonte perpetua manent officia: quæ qui non hauriat, his indignus uita hac, ut certe est, merito uideri potest.

Patri quam matri liberos magis debere.

q Vanq; autem quæri solet, matri ne an patri plura debeamus, primæ tamen partes patri cōceduntur: & propter naturæ excellentiā: & propter magnitudinē atq; ubertatem beneficiorum. Nam q; matres filios decimum ferant mensem, & cum uitæ emitantur periculo, naturæ hoc est, ppagationi cōsulentis, nō muliebris electionis: quod in bestijs apparet. Et tamen licet primæ partes in re patri cædant, hoc imprimis exigere ipse a natis debet, ut illam, q; se magis uereantur: utq; ad illius nutū præsto sint semper. Et quoniā molles sunt earum animi: & ad iram: ac dolorem faciliores: atq; ut Terētianis utar uerbis, grauiter aduertunt, quæ non reris, danda est a liberis opera: ut uel libentius earum obire iussa uideantur, & reuerētius cum eis agere. Sunt enim officia quædam, quæ optandum sit a patribus: ut in matres prius, ac studiosius conferantur a liberis.

Quæ sint cū obedientia coniungenda: quæ etiā uitāda.

e T quoniam obedientia has secum habere debet comites, diligentiā, & attētionē: duo imprimis obseruanda sunt a liberis: unū, ut & statim, & studiose imperata faciāt: alterum: ut nō semp expectēt, dū a parentibus, qđ factu opus sit, iubeatur: sed illud aio, & cogitatiōe præcipiāt. Quædā eni satis nō fuerit, si cōfestim ubi a parētibus iussa sunt, liberi exequātur: nā nec sp expectādū hoc est: & ubi tempus postulare uisum fuerit, sponte efficiūda sunt ab eis. Ferdinandū Neapolitanorum regē (quē obediētiæ in patrē uerū exemplū esse oēs quidem consentiūt) narrantem audiui sæpius nullā se patre uiuo, neq; maiorem illis, neq; parem cepisse uoluptatibus, quas ipse caperet, cū patris cōsilium cogitatione præuisum opera anticipasset: cōtra nihil sibi neq; grauius, neq; existimatiōe sua indignius solitum accidere, q; cū maiorum rerum occupatione impe

ditus, patri adesse nõ poterat, etiã ad minima quæq; ministeria, singulisq; momentis. Tertiũ est ut animo uolente: & uultu ipso libẽtiã (ut Plautino utar uerbo) præseferente pareatur: cauendũq; imprimis, ne aut negligentes, aut inuiti facere aliquid uideamur: neue accedamus ad imperata faciẽda ueluti hæsitantes: quiq; nullã prius cogitationẽ. aut curam adhibuisse iudicemur. Pariunt hæc odiũ, reddũtq; operam ingratam. Horũ triũ fundamentũ est amor: præstat ẽni amor tum hæc tum alia multa: quæ nõ modo negligẽda non sunt: sed uel summa cura seruanda ab illis, qui obedientes, officiosiq; in parentes filij esse uolunt. Nã ubi uerus amor abfuerit: necesse est: absit etiã reuerẽtia, pietas, cultus. Quibus remotis uera esse obedientia nullo modo potest. Oportet in cunctis quoq; officijs prudentiam adhibere: ordinem seruare: & modum retinere. Nam cũ sit prudentia dux quædã actionum nostrarũ: ac sine ea nihil, neq; recte, neq; cũ consilio uideri possit factum: sitq; ordo, & rerum, & temporis dispensator optimus. Remota prudentia, ordineq; contẽpto frustra nititur filius, aliud nihil agẽs q̃ ut patri imprudẽs, minimeq; cõpositus appareat. Gratũ autẽ patri uix aliquid esse potest quod proficiscatur a filio, absq; prudẽtia, & ordine. Porro quod gratum nõ est, gignit ex se fastidiũ, cõtẽptũ, odium. Fastidio autem & odio esse, atq; contemptui, uidetur obediẽtiæ ipsi uel multũ aduersari: cuius studiũ ẽ uelle patri q̃ maxime placere, mirificeq; ab illo amari: & in precio esse. Nã modũ abijcere, quæ est mensura tenens regulã inter parum & nimiũ, hominis est, aut deficientis in cunctis, aut gaudentis excessu. Vtrumq; aũt maxime uitiosum est: & de nimio quidẽ nunc uerba facimus non q̃ peccare quis possit nimiũ parendo patri: nemo enim in hoc excedit. immo ut est apud Plautum. Nũquã nimis curare possunt parentẽ filiæ. Sed de eo dicimus nimio, quod modũ in agẽdo deserit: quod

cauendũ imprimis est:quamuis nonnũquã,& in quibusdam excessus ipse sit mediũ. Sunt & parẽtes ipsi morosi aliquã do:ut qui nihil nisi quod imperatũ sit,fieri a liberis uelint: nullamq; ipsi in præcipiendo legem seruent,aut temporis, aut loci:quod durũ,& difficile admodũ est.Tamen quoniam in difficilibus (quod etiã prouerbio docemur) uirtus perspicitur:erit filij officiũ patris ingeniũ probe nosse: & callere illius mores:ad quæ noscenda adhibebit studiũ,& diligentiam:obseruabitq; illius uultũ,tanquã dari expectãs signũ. Paternæ quoq; intempestiuitati,ut hoc utar uerbo,patientia medebitur:nihil aut durũ,aut intẽpestiuũ ducens,quod pater iubeat:& quamuis ita sit,æquo tamen animo:& uolenti aget illud.Recte igitur hoc,atq; ex usu:sed & alia multa sæpe dicere te Roberte memini : fidelissimam obedientiæ ministram esse patientiam.Contra uero sunt,quos delectet ante occupatũ officiũ,quin ipsi ut filios habeant parentiores arte quadã adhibita,cum maxime imperãt:tum minime uideri uolũt imperare:quod ubi filius norit(nosse autẽ plane debet:nisi omnino ignauus , & hebes fuerit)nunquã committet,ut officiũ suũ a patre desideretur.Quo tamẽ maxime cauenda sunt:alterum ne nimis festinet & quasi præcipitet operam:alterũ ne quid agat,licet spectare uideatur ad obedientiã,quod illius offendat animũ,quod ne accidat eo maiore attentione procurãdum est:q; huiusmodi homines dolere grauius solent:& offensionẽ animi nõ modo uerbis nõ declarare:sed uultu etiã tegere.Et tamẽ quia id necesse est aliquando accidere(nemo enĩ tam prudens,& cautus est, ut non interdum labatur,& peccet)studebit filius,aut ipse coram supplex:aut per alium impetrare a patre ueniam:fatebiturque peccasse se quidẽ:& dicet admissum nõ offendendi studio:sed imprudentia:& opinione sua se esse deceptũ. Vera enim obedientia etiam in peccato perspicitur : cuius

tanta uis est,ut pro magno peccato paululum supplicij satis sit patri:ut ait Terentius:ac tum multo magis,cum preces sequetur opera,quæ declaret animi pœnitentiam.Sunt etiã qui amorem in filios dissimulent:& quãuis grata sint quæ ab illis in se conferãtur:minus id ostendant:idq; quæ eo cõsilio ne filij reddantur aut neglıgentiores dum amari se nimium a patribus intellıgũt:aut ınsolentiores,dũ sua omnia grata illis esse sentiunt. Quamobrẽ oporet non deterreri propterea ab officio:aut animo minus liberali moremgerere Sed consulet seipsum filius:& ubi recte,& cum ratione a se factum intelliget,iudicio suo contentus non expectabit a patre laudem:quam scit ab illo nõ inuideri sibi alicuius peccati causa:sed consilio & arte præteriri.Quinimo magis,ac magis animum tunc eriget,& contẽdet opera:ut obtemperantis omni e parte munus impleat filij.Quamobrem iure magna obedientiæ uidetur esse pars,patris ingenium nosse. Et quoniam de nimia indulgentia nasci solet contemptus ut quottidie uidemus,imprimis,cauere oportet ne patris lænitas:& probata semper illi studia nostra,reuerẽtiam minuant:imitandiq; sunt strenui.& fortes milites:qui quanto magis laudari ab Imperatore operam suam uident:tanto alacrius imperata faciũt,seq; periculis obiectãt.Histrio quo magis probari se intelligit a spectatoribus:hoc amplius populo ut placeat contendit.Ergo quod miles duci,non præstabit filius patri?& quod Histrio in re ludicra omni arte studet:id negliget filius in re maxime graui? Incredibiles enim excitare iras,solet lænitas ista ubi se contemptui esse uidet:hinc illæ graues iacturæ in tabulis & in legãdo,& in instituendo.Debet igitur tanto propensior in patrem esse filij uoluntas:& eo acrius moris gerendi studiũ,quanto illius in se facilitatem,ac beniuolentiam experitur indies maiorem,Est etiam magnopere uitãda ineptitudo:plurimũ

enim detrahit gratiæ: atque ubi maior fuerit, parit etiam despectum. Sunt tamẽ quidam partim ita in loquendo insulsi: partim adeo in agendo inepti, ut nulla possint arte corrigi. Horum studiũ illud erit ut ne appareant ineptissimi: & in quo natura destituti, & manci sunt, saltem uoluntate id pẽsare uideantur. Tantum enim in uoluntate ipsa solet esse positum: ut quod ineptum sit, efficiat sæpenumero nõ ineptũ: præstetque ut non semper exigatur a nobis illud, in quo a natura deserimur.

Obedientiam nõ debere a metu aut utilitate proficisci.

Et cũ duo maxime liberos uideri possint impellere, cur obsequantur parẽtibus: metus & utilitas. Illũ ego filium mirũ in modum probauerim, qui patri sit obsequẽs non metus causa, uel utilitatis spe: sed quia patrẽ amet: & officiũ suũ facere per se studeat: quales noui aliquos q patres habẽt tũ sũma facilitate præditos: tũ extrema rei familiaris inopia laborantes: quos nec timeãt, cũ sciant illos nescire irasci: nec ab eis expectant quippiam: cum nihil possideant. Sed tamen cum difficile dictu sit, liberos patrẽ non debere metuere, eum liberis metum cõcedemus, qui sit minime seruilis, ducatque ortũ ab amore, & reuerentia, quãquam & pueri, & adolescentes necesse est, ut flagellũ aliquando timeãt, & pædagogi sentiant ferulas. Est etiã ætas illa meticulosa, & probatum in puero signum, metus. Quod uero ad utilitatem attinet, nolim ego dari mihi filium: quẽ obsequendi mihi moueat utilitas: sed qui tum cum pareat, intelligat seipsum maxime sibi prodesse: & rebus suis optime consultum ire. Debet enim utilitas sequi officium: nõ officiũ seruire utilitati: quãuis nonnunquã & parentes ipsi, ut natos habeant ad audiendum faciliores: mercedem ꝓponãt aliquam. Etenim in parentes officiosum esse utilitatis tan-

tum gratia: mercenarij est magis ꝙ filij: nec expetitæ mortis suspitione caret. Siculi illi fratres amphinomus, & anapius, euadere pedum pernicitate flammas poterant, relictis parentibus: & succedere auitis bonis, adepturi ex illorum morte sine infamia ulla patrimonium: immo cum utilitate etiã multa: quæ nulla quidẽ erat e uita. Erant enim parẽtes ipsi in ultima senectute constituti: & annis graues, atq; inutiles; quos tñ ceruicibus impositos ꝑ medios seuiẽtis æthnæ ignes tulerunt adolesceẽtuli, nõ utilitatis spe aliqua: uerum cum maximo uitæ discrimine: & summi in parentes ipsos amoris, pietatisq; testimonio. Et ꝙꝙ minus est authoritatis in fabula, Aeneas tñ ille qui apud Virgiliũ Anchisen patrem humeris suis ꝑ hostiũ tela, cõflagrantiũq; domorum incendia & ruinas portat, docet amandos esse parẽtes, non utilitatis præcipue causa: sed ut naturæ pareat, hoc ipsum iubenti: & deo imprimis. Cuius iussu dant tela locum, flãmæq; recedũt. Paucis ante annis iuuenis quidam cuius nomen excidit Lyparis, Neapolim profectus, ut patrem a prædone redimeret, sponte se in seruitutem dedidit: patreq; in libertatem restituto, qui erat iam senior, ipse remo addictus mansit in potestate prædonis. Quænã hic erat iuueni utilitas? immo quod non potius damnum? immo quid ad hãc pietatem addi possit, profecto nihil est. Quamobrẽ uenerandi colendiq; parentes sunt: non ut lucremur: quod mercẽnariorum, & fœneratorum est (quãuis nullum sit hoc ipso lucro uberius) sed ut & naturæ, & deo pareamus: postꝙ excepta patria primus honos, & præcipuus cultus debitus est parentibus.

Obedientiæ studium augendum semper esse.

u Idendum quoq; ut crescat cũ ætate simul: & augeatur obedientia. Nam ut sit inobedientia semper detestabilis: detestabilior tñ est in iuuene: ꝙ in adolescente: &

in hoc q̄ in puero: in quo propter ætatem non datur tm̄ loci contumaciæ: & peccatum ipsum facilius promeretur ueniā.

Senectuti & ægritudini obedientius satisfaciendū.

Egris quoq;, q̄ ualentibus, & senio confectis, q̄ in
a media ætate constitutis obsequēdum studiosius est. Quo tēpore non ipsis modo parentibus: sed morbo quoq;, & ætati multa tribuēda sunt. Nam ætas, & morbus multa per se iubent: & tū præcipue pietas oportet uim suā ut ostendat: quæ quidē imperet, ut liberi persuasum habeāt sibi se plane non satisfecisse, quāuis satisfecerint parētibus. Adolescēs apprime nobilis cum e graui quodam uiro quæreret: qua potissimum ratione & patri, & sibi parēdo, atq; obsequēdo satisfaceret. Virtutem inquit si colas: cui quide ditus esset, illum & parentibus, & sibi, et cæteris omnibus mirifice satisfacere.

An obediendum ubiq; sit parentibus.

Dmonuit locus hic quæri debere, faciēda ne sint oīa
a quæ parentes iubeant. Quis autem dubitet faciēda non esse si fuerint turpia: cum etiam quæ contra honestatem non sint, fieri aliquando non oporteat, nec si ea nō fecerit filius, inobediens sit. Nanq; ut in cælibatu uiuat: aut ut monachum profiteatur: hortari quidem filium pater potest: cogere non potest: quæ si ab inuito fieri uelit: iusta esse desinunt: cum in his humano etiam generi fiat iniuria. quæ res efficit ut qui impuberes parētum suasu initiati fuissent: ubi sui iuris facti sint, & per ætatem licet sæpenumero religioni renuncient: quod est lege permissum, cautūq;. In his enim, ut in multis aliis naturæ iura paternis anteponenda sunt. Igitur si quæ fieri cum honestate possunt aliquando facienda non sunt: quæ nec ab inuitis exigere parentes debēt, quanto minus illa, quæ aut turpia ipsa sunt: aut sine turpitudine fieri nequeunt? Quærenti aliquando mihi a Ferdi

nando, num patri fuisset obtemperaturus: turpe aliquid & impium imperanti. Alfonsum nihil tale fuisse unquam imperaturum respondit. Vide quam prudenter, & patrem nihil indecorum fuisse iussurũ cum diceret, declarauit: & se minime fuisse facturum: quidni non fecisset improba, qui quod facere sine turpitudine posset: aliquando tamen recusarit? Erat Alfonso imprimis charus Petrus quidam cognomẽto Cases: is quod Rege, & facillimo, & indulgentissimo utebatur, elatior factus, cœpit ob leuissimas causas irasci Ferdinando, clam primo: post uero & palam donec & maledictis & opprobrijs (erat enim suapte natura conuiciator) ausus est illum incessere: nullisque tandem contumelijs parcere: & ad ultima deliramenta ferri. Ferdinãdus ea æquo animo ferre: & ingenium hominis magis miserari, quam maledicta curare. Hæc Alfonso renuntiata cũ essent. Petrusque quamquam sæpe monitus, nihilominus linguæ nihil temperaret: uocato ad se filio, iussit id de Petro supplicium sumeret, quod & per legem liceret, & ipse uellet. Huic paterno imperio quamquam honesto, & legitimo: tantum tamen abfuit ut pareret Ferdinandus: ut ira lænita in gratiam patris, Petrũ fuerit reuocare conatus. Quid autem Alfonso hæc imperãti responderit: dignum est quod prodatur posteris, mandeturque memoriæ Ego inquit pater optime nihil unquã neque pluris feci: neque me filio tuo dignius esse duxi, quã ut tuæ semper obsequar uoluntati: iussisque tuis ita paream: ut nihil requiri in me ipso a te possit: quod ad uerã pertineat obediẽtiã. Quam quidẽ laudẽ tãtopere assequi cupio: ut pietatis erga te meæ hoc præcipuum testimonium traditũ iri monumentis uelim. Sed quod pace dictũ sit tua: quale hoc futurum est exẽplum si (quamquam per leges licet: & a te iussum est) iram in illos exerceo, quos tibi charissimos esse sciam? Absit a Ferdinandi pietate culpa hæc, quin meæ partes sũt, familiares, atque aliis

nos tuos beneficẽtia prosequi:& amore complecti. Quod ut opera cõprobaret, commendatũ Alfonso Petrum ipse in amicitiam suã recepit:& ex eo familiarissime usus est: atq; hodie utitur. Hoc igitur exẽplo docemur, etiã si honesta sint, quæ a patre iubentur: tamen facienda nõ semper esse: cauendũq; ab ijs, quæ sine dedecore, atq; infamia fieri nequeant: nam qui turpe aliquid, ac flagitiosum filio imperat: in eo pater nõ est. Quãuis autem Plautus ut personæ seruiat in fabula, moneat faciundum id esse a liberis quod parẽtes imperant, tamen ne aberrare nos a uero pateretur, haud multo post aliã inducit personã: quæ cũ patrem initio aduersantem in suam tãdem traduxisset sentẽtiã: dicit. Nunc places, cum recte monstras: nunc tibi auscultabimus. Quo dicto declarauit patri inique improbeq; monstranti non esse auscultãdũ: cũ si obediẽtia ipsa loqui posset, illud ante oĩa uetitura esset: ne quid inhonestũ unquã sui causa faceremus. Quamobrẽ obediẽtis est filij, in his obedientem non esse. At illorũ quæ habentur sordida alia lex est. Tanta enim obediẽtiæ uis est: ut eadẽ illa persæpe efficiat liberalia; præsertim cũ quæ iter sordida numerantur, nõ omnia sint contra honestatem. Nã cũ sordidũ, ac seruile ministeriũ sit, equum defricare: sellaq; insternere: ne patritio quidem adolescenti turpe fuerit, ubi aut iussum fuerit: aut tẽpus id, resq; tulerit, patri equũ exornare, cũ apud Homerũ Andromacha:& pauisse, & pexisse, mariti equũ legatur. Ad hæc præstabit in sordidis quibusdam obsequi, q̃ detrectãdo illa præseferre inobediẽtis speciem. Aetatis etiã ratio habeda est. Quædã eñi si efficiantur ab adolescentulo qualia imperata sunt. non debet id ei ætati uerti uitio: quãuis turpe fortasse esset si eadem illa fierẽt ab eo, qui esset iam natu grãdior. At quædam licet sordida ipsa sint, ante tamen q̃ imperentur, aggrediunda sunt. ut officia ea quæ in ægrotos: ac languentis parentes, uel diligẽtis-

ſime conferenda ſunt a liberis. Quæ quidē cum ualentes illi, ſuæq; ſpontis ſunt, miniſterio ſolū ancillarum, ac ſeruulorum egent. Atq; ut locus hic fieret aliquanto illuſtrior, placuit & ueterum hac eadem de re philoſophorum opiniones ponere.

Antiquorum philoſophorum opiniones.

q Væri enim ab ijs ſolitum eſt: nunquid oīa patrum iuſſa facienda eſſent. Quāuis nōnulli nihil neceſſe eſſe patri obſequi arbitrati ſunt: ꝙ quæ pater imperaret: ea aut æqua eſſent: aut iniqua. Si æqua, nō ꝙ ille imperaret: ſed quod ea fieri ius eſſet, faciēda eſſe. Sin iniqua, fieri nō oportere: quia nequaq̄ liceret. Sed hæc qui aſſeuerent: ij mihi uidentur nullū rerū humanarū delectū: nullā ortus educationis: inſtitutionis ſuæ habere rationē. A quibus diſſentiētes alij cōtrariā protulere ſententiā: uidelicet oīa quæ pater imperaſſet: ea fieri oportere. Sꝫ hæc ſententia ſi nō uerior eſt q̄ ſuperior: lōge certe improbior, ac deteſtabilior uidetur, nullū patriæ, nullū religioni, aut honeſtati ius relinquēs. Quippe ubi pater ipſe iuſſerit, patria prodēda eſt, hoſti uxoris uēdenda, pudicitia: & ornamenta deorum immortaliū ſtatim detrahenda templis ſunt. Eorū igitur uera ſententia eſt: de rebus hominū maxime accōmodata: qui nunc parendum patris imperio: nūc nihil omnino parendum eſſe cēſent: nec in ijs ſolum quæ iuſta, aut iniuſta per ſe ſunt, uerum & in ijs, quæ media dicūtur. Etenim cauſam orare: uxorem ducere, licet nec in bonis, nec in malis numerētur, neq; ipſa per ſe aut honeſta ſint, aut turpia: efficiūtur tñ ſtatim inhoneſta, ſi aut Catilinæ patrociniū ſuſcipiatur: aut Thays ducatur ī matrimonium. Quamobrem nec ſi pater imperet, defendendus uidetur, qui regnum in libera ciuitate occupare conatus eſt: nec uxor ducēda infamis. Quæ quāquā ita ſe habēt, inſpiciendum tamen eſt, quid ferant rerum uarietates, ac

tẽpora quorũ magna uis est,ad res in omni uitæ ꝑte agẽdas

An irato patri respondere liberi debeant.

m Agnã quoq; uim hẽt ad obedientiã uerecundia & moderatio.Nã cũ prudentis & moderati sit nihil audere,cuius sit postea pudendũ.Quid esse potest impudentius,ꝙ̃ erga parentes cõtumacẽ se,atq; insolentem gerere?aut in quo lõgius a moderatiõe recedet?Quãobrem dubitari potest,an irato patri,& obiurgãti respõdere filius unq̃ debeat.Atq; ut uerecũdi,moderãtisq; propriũ esse uideatur nihil omnino respõdere:tamẽ salua etiã lege uerecũdiæ,& moderationis,placet quærere,an sit cõtra obedientiam respõdere illi:& maledicta diluere.Nimirum qui grãmatici ferulæ nõ irascitur:& increpantẽ præceptorem fert:& quoniã magna est præceptoris authoritas:qui ciuem aliquẽ,de quo magna sit opinio grauitatis,ac cõtinẽtiæ,recte,meritoq; castigantem moleste nõ fert,is aut nõ feret iratum patrẽ:aut corripiẽtẽ grauabi.Quid si iniuste,ac falso præterq; modum:aut coram quibus parũ decuerit,pater eum accusauerit:acriusq; succenserit,nunquid tacebit?cum uideri possit non pro se:sed pro ueritate dicturus:& iusticiam,potius ꝙ̃ se defensurus?Magna sunt parentum iura:ac maiora multo,ꝙ̃ ut ipsi uideri debeant in obiurgãdis liberis modum abiecisse.Nam & si eorum qui audiunt:& in quorum conspectu hæc agantur iudicio,uideri forte possunt a modo recessisse:non debet tamẽ idem esse iudicium liberorum.At iniurij sunt patres:& uehementiores etiam ꝙ̃ res postulat. Postulet autem res ut libet,uerecundia certe,& in parentes reuerentia,uult,iubetq;,ut ne quippiam liberi aut iniurium esse ducant:aut immoderatius , quod a parentibus in se dicatur:præsertim ubi ad optimam spectet animorum institutionẽ,recteq; uiuendi usum.Nam-quod tu mihi aut locum parum idoneum,aut testes minime adhibẽdos obijcis.

Vbi, aut quaenam obedientia ista fuerit, si caritura est testibus? nec ois ei locus aptus uideatur, in quo ius suum pater exerceat? Vera eni obedietia nō quaerit latebras: quas taetsi aliquando non fugitat, semp tn ipsa laetat testibus: & in apto esse officium suū, q in obscuro mauult. Potest tamē aut loci aut temporis, aut necessitatis uis esse tāta (humanae eni res uices habent) quinetiā continget liberos ipsos gerere psonam aliquam: ut licitū sit aliquid referre contra, ac nihilo minus quoniā obedientia plurimas habet cautiones, aut nō idcirco debeant: quia liceat: aut si & debuerint, illud certe uiderint, ne modo aliquo praeseferant grauari se, atq aegre ferre paternā reprehensionē: sed aut rem, aut tempus, aut psonam tueri, q seipsos ostendent, aut necessitatis utentur patrocinio. Falsa uero quae obijcient refutare liberius poterunt. Vbiq; tn uidendum ne pietatis: obedientiaeq praetereantur fines: qui angusti quidē sunt, diligentissimeq custodiendi. Et qnuis liberi ipsi sciant partis suas illorum etiā audiunt iudicio potiores esse, memores tamē esse debent, filios esse se: illos uero parentes: nulliusq; rei maiores se, atq acriores patronos esse debere: q in patres obediētiae: nihilq magis ab illis desiderari: q ut filios habeant q reuerentissimos. Excandescunt tamē ipsi nonnunq, & adeo incenduntur ira, ut inclamitationibus parum contenti, uerbera expediāt. Quo casu tacitum decet filium e paterno cōspectu abire, nullum praeseferentem doloris indiciū: ut qui non patrē fugiat: sed patris excandescentiā: uereaturq; nō illius flagellū: sed ne quid uictus ira pater praeter modum agat, supraq; q deceat. Poterit tamen ira tali e causa concepta esse, ut obuoluendum sit illius genibus, qnuis irati, et flagellum uibrantis, ne dum secedendo placare illum credit, magis, magisq incendat. Vtinam autem ne uel regna ipsa, & nostris, & patrum nostrorum temporibus euersa,

excandescentia

& prostrata essent filiorum impatientia, dum parentum ferre iracundiam nolũt. Hæc enim pestis intra regios penates perniciosius debaccari consueuit.

An obediendum sit patri uetanti ne matri mos geratur.

Atefactus est, ut arbitror, locus eorum, quæ cauere, aut seruare, in exquirendis obedientiæ officijs liberi debeant. Nam & incidunt persæpe discrimina, cum dubitetur, obediendum ne sit. Ac tametsi ex ijs quæ dicta sunt facile possit intelligi quousque parendum sit: placet tamen adhuc quærere, audiendus ne pater sit, ubi is uetuerit, quãuis honesta præcipiẽtis matris imperata fieri: q locus ẽ sane difficilis, & lubricus, egetq; ĩspectione non parua: & in utrãq; partẽ dici multa possunt: nã et honestũ matris imperiũ faciendũ uidetur: & pater contẽnendus, aut prouocãdus in irã non est: a quo tam multa, & accipiant quotidie, & expectẽtur bñficia. Quocirca cũ satis constet patri q̃ matri liberos magis esse obnoxios, patris potius iusso uideẽ obsequendũ: rursus cum pater iniustus sit, si quod matri debetur a filio, reddi ꝓhibeat: mater uero & iusta, et honesta imperet, quis nõ spreta iniustitia officio suo fungaẽ in matrem? cum uideri possit patri: qui iniurius sit sine turpitudine, & infamia obtemperari nequire. Hæc igitur, & alia huiusmodi reddunt animum incertum, hæsitantemque in utram potius sententiam eundum sit. Quam obrem multa simul considerare, metirique oportet: nam & si quæ a matre imperantur honesta per se sunt: tamen si pater aliam sequatur rationem, quod uideantur illa cognatis, necessarijsque ualde nocitura: quod sint cessura malo exemplo in ciuitate (multa enim honesta nunc uidentur, quorum alias aliud erit iudicium) nimirũ mater audiẽda non erit: nõ tamen aperte contẽnenda: sed blãdis potius

comiter uerbis: ac comiter, uerecũdeq; adeunda a filio: & quoad po test sine acerbitate dissuadenda, id ne exigat, quod iure nõ placeat patri: cui & ipsa morẽ gerere in eo debeat: ostendẽ dumq; nõ tantæ illi curæ esse debere, ut sibi pareatur: quã tæ ut ne pater utrisq; irasci iure possit. Sin uero aut hæc, aut his similia non obstiterint, ad matrẽ declinabit: ad quã et honestas, & iustitia ipsa eum hortentur: quoad tamẽ fie ri poterit modeste: sineq; detestatiõe patrẽ conabit̃ traduce re in suam sententiã: quod si minus assequet̃, id saltem caue bit: ne spreuisse illũ uideatur: sed tũ materna pietate, tũ rei honestate uictum cedere se, & illius imperio obsequi. Nam si omnino iniustus, & rationis honestatisq; inimicus pater non fuerit: tametsi initio ægre id ferat: ubi tamẽ recte illud reputauerit, non modo non irascetur filio: sed cõmẽdabit il lum: & recte ab eo factũ dicet. Potest etiam cadere, ut quod iussum est non tam sit attendendum, q̃ uertenda cogitatio ad utriusq; mores, ad annos, ad ualitudinem, si mater mi tis sit, & longe natu minor: pater difficilis: morosus: gra uis annis: aut morbis confectus. Itaq; nõ tam aliq̃n haben da est præcepti ratio, q̃ morũ, ætatis, ualitudinis, futuræq; in domo aut rixæ, aut concordiæ. Quocirca locus hic circun pensitatio circunspectio spectione, ac pensitatione multa indiget. At nõ dabitur ad considerandum tempus: nec erit circunspiciendi locus. Velox est mens: & qui prudens est studiosusque obedien tiæ filius, raro offendetur, adeo imparatus, ut opprima tur inter incautos. At non succurret aliquid: & ad rem re pentinam tanquam ad tumultum aliquem perturbabitur animus: ut sui compos non sit. Quod cum acciderit, neu ter parentum, qui sibi obtemperatum non uiderit, gra uiter id ferre debebit: quod intellexerit a filio profectum, sine electione atque consilio.

Dum alteri parere uolumus, alteri nocendum non esse

n Osse autem imprimis oportet natos esse nos conditione hac:ut parentibus ꝓdesse debeamus semper: obesse nunꝗ̄. Quocirca minime committendū est: ut dū alterius obsequi iussis uolumus, noceamus alteri. ad quod ut nulla cogere nos uis poterit, si nostro munere fungi uoluerimus: ita nunꝗ̄ ipsi sponte in hoc labemur: ac peccabimus, ut facinorosi, impiiq; efficiamur obediendi gratia. Nam & si quod factu bonum est præteriri obedientiæ causa atq; intermitti, concessum sit aliquādo, uetitū tamen semper est: quod malum sit parendi gratia fieri: nisi forte in id discrimen uentum fuerit, ut duobus ꝓpositis malis, minus sit eligendū. De quo alias. An etiā parentibus ius, potestasq; est imperandi liberis: ut cōtra patriā bellū moliātur? Minime hoc quidē. Itaq; ꝓdesse illis debemus semꝑ: obesse nūquā: cauendūq;, ne quid illorum suasu, iussuue quod cōtra patriam, aut cōtra summi dei cultū sit faciamus: quibus quidē ipsi arctissimis necessitatis uinculis obstricti sumus: quorum etiā ius antiquissimum, maximūq; in utrisq; est, & in liberis, & in parentibus. Cur aūt audiendi sint, ubi contra deū, cōtraq; patriā quid imperent, ratio nulla est, cū parere illis necesse nō sit, etiā si illud iusserint: ut pro patriæ salute morti se liberi offerant, præterꝗ̄ ubi leges patriæ hoc iusserint: nemo enim nisi sponte sua: aut ubi lex id statuat: ad talē ꝓficisci mortē debet: cū oīs laus corū: addo & merces: qui pro patria: pro aris, ac deo ceciderint: ex mortis contemptione nascatur: quā contemnere nullus potest, nisi qui spōte sua uelit. Nā eorum multi, qui ad mortem ferūtur, nō tā uidentur illam contemnere, ꝗ̄ nō sentire quid ipsi moliant: ut qui uino, aut furore perciti in hostis gladiū incurrūt. Verūtamē fieri posset, ut parendū illis esset: eundūq; in discrimen mortis: patria uidelicet, aut religione postulante. Cui quidem paterno imperio, qui parere tum noluerit, non tā ui

facinorosi
suassus
arctissimis
percitus

deri pōt erga parētes inobediens,q̄ erga patriā,aut deū im pius. Sed ad rē redeo. Est ēt alia consideratio:q̄ & regū & maximorū Principū filij patres solos intuētur:matrū uix ali qua mētio est:quæ & ipsæ imperia Principū obseruāt: nec quē apud priuatos homines locū obtinent. Colenda tamen sunt earū monita:suusq; illis habēdus est honor. In grauis bus itē:& magnis rebus patris potius sententiæ inhærens dū illiusq; parendū dicto:is enim plus sapere iudicādus est: & acutius futura perspicere:quāquā hæc de quibus supra dictū est,mutari nōnūq; solent. Nā & locus & tempus,& usus,cōsuetudoq;:cuius magna uis est:& leges patriæ:non nūq; & negocia ipsa:sæpeq; futurorū prospectio:aut p̄sens tiū rerū status: interdū, tum simulare, tū dissimulare opus sit:tātā uim hn̄t ut obediēdi rō mutāda sit:et ordo uertēdus

Incipit Liber Tertius.

Q Værentem diu me Roberte, de philoso phiæ cōditione:q̄ primo a Græcis exculta,deinde a ueteribus latinis honorata: postea uero apud Gallos: Britannosq;: ac nostratis quosdā homines tantum de ueteri cultu,dignitateq; perdidisset. Cō solatur tandem Ioannes Actaldus nobi lis Peripateticus,magno uir īgenio,magnaq; doctrina: & iudicio uel īter paucissimos exquisito. Is em̄ Aristotelica om nia nō cōtentus tā multis interpretibus:quos & uidit ado lescēs & didicit,alia ratione p̄scrutatus:nec tā sophistaneas has argutias,q̄ res ipsas quærēs,spē attulit fore iā ut phi sophia clarior appareat:nec in tā uarios,ac diuersos tracta sensus,litigandi magis q̄ recte sentiendi materiā studiosis sui præbeat. Philosophos em̄ græce loquentes sua lingua & audit,& intelligit:ueteres nostros authores tractat:græcis ueteribus uetera latina comparat. Et quoniam Græcis qui

in Italia non didicerint, philosophia parũ nunc cognita est, ab illis tradita per fidos, ac ueteres tum græcos: tũ nostros authores noscitat. Itaq; dũ nec ignorat græca, nec ueteres scriptores negligit, in noua ista philosophia non quiescit: nec in errores passim multos incidit. Sed de ingenio: iudicio, doctrinaq; eius alias. De spe ita quidem mihi ipse persuadeo, breui fore quod dixi: ut & philosophia clariorem formam induat: cũq; una sit, & certa ueritas: minime futura sit tam uaria ac lubrica: & qui eloquentiam sequuntur habeant unde facilius hauriant quod exornare uerbis possint. Ab hoc ego nuper cũ petiissem, ut quæstiones quasdã graues, obscurasq; aperiret: non ante impetrare id ab eo potui, q̃ a me extorsisset, ut de obedientia dicturus coniugali, ornamenti aliquid afferrem: quo materiam efficerem legentibus iucundiorem: idq; non inuitus feci: ut quoniam rẽ uxoriã omnes accusant, omnes sequuntur, causas ipse aperirem & cur sequãtur: & cur accusent illam: ad quorũ alterũ natura ratioq; impellat hoĩes: ad alterum peruersi mores: & animi muliebris imbecillitas atq; inconstantia.

Coniugium a ratione initium sumpsisse.

u T appetitus propriũ est appetere (inde enim nomen ipsum ductum est) sic rõnis est illum corrigere & coercere. Hoc enim pacto solũ & quæ honesta uidentur, expetemus: & quæ natura insunt nobis, ea certo ac recto modo temperabimus: medium illud retinẽtes, quo remoto frustra omnis noster ad uirtutem conatus est. Quocirca cũ procreandi naturalis nobis sit appetitus, isq; cũ beluis communis, ne promiscue ut illæ coiremus, rõ uetuit: qua duce ac magistra cõiugiorũ leges principio latæ sũt: q̃bus cõis gẽtiũ nationũq; cõsensus accessit. Nã & si nõ apud oẽs nationes eadẽ sit coniugiorũ lex: cum hic unam tãtum uxorẽ: alibi plu

res habere sit permissum: nulla tamē gens adeo barbara & fera est: apud quā oīs cōcubitus sit permissus quo magis dānanda est illorū opinio: qui optimū esse arbitrati sunt: ac ciuitatibus maxime cōducere, si mulieres communes eēnt: qui mihi nihil aliud uidentur suasisse, ꝗ͞ ut promiscue, ac sine ullo discrimine & in propatulo coeamus omnes, sublata de rebus humanis pudicitia: labefactemusq; arctissimū retinaculū societatis humanæ, cōiugalē fidē. Nam cū primū ac maximū ciuitatis uinculū sit domestica coniunctio: ipsa autem exitat ex uiro: uxore, & liberis, quænā fuerit ista cōiunctio, si sociam pignorū (quā & aues certā habēt) si liberos progeniēq; nemo suā nouerit? Nam ut appetitus propria est procreatio: sic rōnis propriū est prolē nosse: illāq; tollere atq; informare. At melius fortasse ciuitates ipsæ sibi cōstarent stabilioresq; earum res essent, si quicūq; nascātur, nostros eos liberos opinemur: aut si quicquid illa pepererit quam primi cognouerimus, nostrū esse ducamus. Falsam hāc esse opinionem imprimis necesse est: & naturæ hominis prorsus repugnantē: cuius cū actio omnis eo respiciat, ut bonū adipiscatur aliquod nō quidē alienū: sed quod pertinere ad se intelligat (nāq; ut bona quædā tanquā cōmunia expetātur: principium tamē illorū expetēdorū inde est: ꝙ & cōmunia nobisipsis perinde ut cæteris alijs usui futura sint) male cū genere humano actū fuerit, si domesticæ præsertim cōiunctionis quod initiū ciuitatis est, in falsis opinionibus iacta sint fundamenta: nihilq; nec certum unꝗ͞: nec proprium singuli haberemus: quod appetitiones, actionesq; assequerētur nostræ Sed non est nunc necesse pluribus aduersum hæc disserere, cum & legibus cautum hoc sit: & Platonis ista iam pridem sit explosa sententia.

Coniugium certæ prolis gratia fuisse institutum.

C Oniugium igitur & naturale, & legitimum est, ac suscipiendæ certæ prolis gratia institutũ. Cum autem ex uiro cõstet & uxore, sitq; uxor in re præsertim domestica (in alienam enim cõcessit domum) uiro suo inferior & propter naturæ excellentiã. & propter leges, quæ hoc iubent, erit maritis ius, potestasq; præcipiẽdi uxoribus: illarũ uero partes erunt uereri uiros & metuere, non tantũ ut uiros: sed etiam ut patres: quando apud Romanos, quæ per coemptionẽ conueniebat uxor (a quo more parum noster hic abest) erat uiro loco filiæ. Coemptio autem peragebatur hoc modo. Cicero prior Terentiam interrogabat, an sibi materfamilias esse uellet. Quæ ubi uelle respondisset & ipsa stipulabatur Ciceronẽ, uellet ne sibi paterfamilias esse: isq; ubi conceptis uerbis, & se quoq; dixisset uelle, tum Terentia Ciceronis cõueniebat in manum. Et hæ quidem nuptiæ per coemptionem dicebantur: q͂ uir uxorq; mutuis sese inter rogationibus assentionibusq; coemissent: erantq; uxores matresfamilias uiris suis filiarum loco. Quæ si utilibus & honestis illorum præceptis parerent semper & genialis tori legibus aduersari nollent, nunquam sapientes quidam uiri de ducenda uxore dubitassent: nec fortunatum putassent illam non habentem. Ex inobedientia enim & contumacia lites oriũtur: ac pleraq; coniugiorum mala: quibus utinam ne essent etiam fortunatissimæ domus oppletæ. Quod si nõ quanta uiris inest patientia tolerandis illis (ne pares eas nobis faciamus) minor saltem, aut certe aliqua haberetur ab uxoribus obediendi ratio: ut honestissima est coniugalis uita: esset etiam fœlicissima iudicio sapientissimorũ hominum. Quis enim non bonam fœlicitatis partem consecutum iudicet Publium Rubrium celerem: qui ut ipse monumento inscribi iussit. Cum Caia Ennia uxore uixit annos quadraginta tres: menses octo sine querela: & Albutium tertium,

qui cũ Terentiana Valentiana uixit quinq; & uiginti:ẽt si ne ulla querela. Cõtra uero: quibus illũ stimulis ac doloribus agitari credas solitum: & tãq; in neruo torqueri diesq; & noctes? qui sepulchro suo in hæc uerba scribi iusserit, titulum litis atq; obiurgij plenũ. Heus uiator miraculũ. hic uir & uxor non litigant. Qui simus nõ dico. At ipsa dicã. Hic bebrius ebrius, me ebriã nominat. Hei uxor ẽt mortua litigas? Hinc illæ graues, & obiurgationis plene uoces. Certe sanus eras: uxorẽ postume ducis? Dic qua Thesiphone: quibus exagitere colubris? & quæ sequũtur. Atq; ut aliæ hic tacantur a nobis causæ, hæc una satis in se rõnis habet. Qua re magna q̃dẽ infœlicitas uxoris cõtumacia sit: q̃ semper habet lites alternaq; iurgia lectus, in quo nupta iacet: minimũ dormitur in illo: atq; ut noctu minimũ in lecto dormiẽ, ita interdiu acerbissime oblatratur domo tota. Antoniũ Panhormitã, cũ ab eo quæreretur quibus maxime opus esse indicaret ad cõnubij tranquillitatẽ, respondentem audiui. Nullas nec quietas, nec fœlices satis nuptias esse posse, præterq̃ si uir surdus esset, uxor uero cæca. Memini me inuitatũ aliquã do ad amici nuptias ab Errico puderico teste Neapolitano. Cui cũ ego dicerẽ, quid me socio opus esset. Certe inquit no lo solus in amici funus prodire. Omnis igitur pene rei uxoriæ molestia ortũ habet ab obediẽtia: quæ totam sæpissime rẽ familiarem interuertit: conijcitq; ipsos patresfamilias in erũnas q̃ grauissimas. Quãq; & aliquãdo uiri ipsi sunt in culpa, dum aut pecuniæ cupiditate, aut ambitione capti præcipitantur in nuptias, nescientes nobilitatis & amplæ dotis duo pessima mala socia esse, uxoris superbiam: & uiri seruitudinẽ. Itaq; non iniuria apud Plautũ nostrũ, ueretur ille magnatem dotatamq; matronam ducere: ne sibi dicendum sit. Argentum accepi, dote imperium uendidi.

Obedientiam maxime uxoribus seruandã esse.

Probam igitur uxorem: coniugijq; seruantē leges, una maxime & efficiet, & perficiet obediētia. Hæc enim & pudicam, & amantem uiri sui: & rerum parcam familiarium reddet. Cunq; obedientiæ proprium sit, memores nos rationis facere, quæ rationē sequetur uxor: ea lites fugiet: compescet obiurgia: & animum uiri sic intro spiciet: atq; obseruabit mores ut neq; conuiciandi causam ui ro præbeat: neq; accipiat ab illo præbitam. Quænam pax in illa esse domo potest: in qua mulieris dominetur appeti tus? Neq; enim aut induere omnes Socratem possunt, aut ducendæ uxoris finis is est uiro, ut patientiæ assuescat tole randisq; clamoribus. Recte familiaris meus compater Nea politanus, cum ab amicis grauiter accusaretur: q̃ iam gran dis natu, & diuitijs satis bonis tam ab re abhorreret uxoria Deesse sibi patientiā causatus est: qua una uel maxime opus esse duceret. Vxorē.n. cum dote simul clamores ac superciliū in domum illaturam, at sibi patientiam nullam esse. Omnis igitur rei uxoriæ tranquillitas: addo & fœlicitas: aut ma gna certe fœlicitatis pars, si qua esse in rebus hominum so lida ac uera fœlicitas potest: in seruandis obedientiæ institu tis fundamentum habet: quod ubi male iactum fuerit facile totum opus labescet & corruet. Obedientis igitur uxoris est primis ac pulcherrimis pudicitiæ bonis illud statim ad dere & coniungere, ut in re familiari traditam a uiro regu lam minime aut obliuiscatur, aut contemnat: q̃q̃ sunt, qui da.n adeo imprudentes & ingenio ita hebeti: ut eorum mu nera obeunda sint ab uxoribus: quibus aut opera deesse il las aut consilio, nimis contra iustitiam est. Neq; enim in so ciam domesticarum rerum lecta est uxor, ut laboris, ac peri culi sine quibus nullum esse uitæ genus pōt, expers uiuat: cum ad labores non minus q̃ ad uoluptates ducta uideatur

quæ prolis causa ducta est. Quãobrem & nos recte fortasse laudasse Ariadnã nostrã uideri possumus, cum diximus. In partẽq; uenis nostrorum sponte laborum. Remq; domi, & natos qua licet arte iuuas. Est enim magnopere in uxore cõmendandum: ubi ea cum honestate rem auxerit: q̃q̃ in nobilium domibus late nunc regnat ocium & mollities. nam quæ illustris haberi uult, ea præter suam generisq; dignitatem se fecisse iudicet, si quid operis in mariti domo fecerit: a quo quidem omnino semperq; cessare ocio, marcentis est fœminæ, libidinẽq; fouentis: contra uero probæ & frugi nullum pati tempus frustra elabi: quædãq; in ipso propatulo facere: quædam & si minime deceãt ante hostium: eadem tñ si intra cubiculum exerceantur uel maxime deceant.

Uxorem uiro suo parere debere amoris augendi gratia.

q Vanq̃ aũt in hac coniũctione quæ prima quidem societas est, magnam esse amoris uim fatentur oẽs, facile tñ amor uertetur in odium ubi obedientia uires suas amiserit. Dãda est igitur opera ut quæ amari a uiro cupit, eius præceptis præsto semper sit: & secundum illius regulam uiuat. Nam quæ hoc respuerit, haud scio quid aliud ipsa, q̃ adultero ut placeat curet. Obedientia igitur ut maiores idies amori cumulos adiicit, sic & amor qui legitimus & uerus est, pudicitiæ. Cuius studiũ tantã in se uim habet, quãtam non est cur admireris in penelopea: si illas respexeris quas non Homerus: sed propria uirtus, claras, atq; illustres fecerit. Sed licuerit maximo Poetæ fingere, dum pudicitiã laudet: & Penelopen dũ uirũ expectat lanificio, telæq; occupatã factam decantet anũ. Licuerit et Laodomiam inducere uiri imagine e cera ducta, solantẽ dulcis & castas amoris sui curas. Suscipiamus & Alcestẽ mariti sui fata subeũtẽ: eaq; ut ab illo auerteret in sese sponte conuertentem. Poetarumq; carminibus indulgeamus adeo, ut ne lachrymis tẽ

peremus, cum audimus Euadnem in mariti ardentem rogũ insiluisse. Igitur si ficta tantam afferunt legentibus admirationẽ, quãtis prosequẽda sunt laudibus uera? Mater mea annos nata quattuor & uiginti uirum amisit: quem mortuũ tanta fide, desiderioq; prosecuta est, ut rarissimũ alijs præbuerit exemplum et obediẽtiæ in uiuos, & desiderij in amissos coniuges. tanta etiam uirtutis huius uis est, ut maritos aliquando ad uoluntariã seruitutem compulerit. In maritima Lucaniæ ora uicus est satis celeber lentiscosa, ubi tempestate hac iuuenis quidam fuit: & si media e plebe, magnum tamen qui uirtutis suæ præbuerit testimonium. Is uxore & amantissima, & obsequentissima utebatur. Cũq; daret operam messoribus, unaq; adesset uxor (erat enĩ ea pars anni, qua messis desecatur) declinauit tum illa paulum ardoris æstu delassata sub umbrã arboris quæ erat littori finitima: atq; a piratis afris qui oram illam sæpius infestant, ubi paululum modo quieuisset, est rapta. Vir postquam adesse illam non uidet, & quæsitam minime inuenit; ratus (quod erat) raptã a prædonibus ad mare decurrit: animaduertẽsq; triremem consistere ad anchoram, statim e scopulo in mare desilit: natabũdusq; ad illã, quam raptam intelligebat, peruenit, raptores obtestatus, ut se quoq; cũ uxore abducerent. Hi fidem hominis, atq; animũ admirati, ubi Tuneta applicuerũt & præda exposita est, regi rarũ facinus & memoratu dignum referũt: qui quãq; barbarus, & christiani hostis nominis, uirtutem tñ hominis suspiciens, illum cũ uxore libertate donauit: & inter custodes sui corporis ascribi iussit. Et quoniã ut dixi maiores indies amori cumulos addit obedientia. Contra uero inobedientia, oẽm amoris uim tam facile in odium uertit: ut quos initio uoluntas coniunxit mutuaq; beniuolentia, paulopost tediũ atq; ira seiungat, in grauissimasq; coniiciat lites. Hoc est causæ, cur quidam relictis

uxoribus, quas repudiare nunc leges nō sinât ad externas urbes demigrauerint. Contra uero si uelimus considerare, cur quædā amissis coniugibus uiduæ sponte manserint: inueniemus causam ab obediētia ꝑfectā esse. Nam quum ipsæ uirorum animos dum illi uiuerent: neq; offendere: neq; uoluntati eorū aduersari minimū quidē uellent, hinc uirorum in ipsas amor tantas sibi cepit uires atq; auctus, ut mutuam postea beniuolentiā ne mors potuerit uincere: aut cōceptis uerbis datæ semel fidei abolere memoriam.

Signa ueri amoris.

f Ere autem beniuolentiæ: & præcipui in uirū amoris, studijq; signa sunt hæc. Prolem ex illo susceptā amare. Rerū domesticarū studiosam, & parcā esse. Cognatorum, affinium q; suorum rebus uiri res præponere. De absente solicitā esse. In ægrum officiosam & anxiam. Inter familiares seditionem minime serere: nec domus quærere discordiam. Hæc præcipuæ ubi affuerint, facillime iudicabitur, qualis sit uxoris in uirum animus, & quod obedientiæ studiū. Cuius etiā rei maximum, certissimumq; indicium illud est si priuignos non oderit: nam quæ illos amauerit: eam ut muliebri captu maiorē admirabimur.

De zelotipia cauenda.

u Num est, quod calamitas quasi quædā quæ frugem profectui ꝓximā, atq; in ipso iā fructu intercipit: rem uxoriā maxime uexat ac perdit. Id aūt est affectus ille quē græci zelotipiā, Cicero obtrectationē uocat: quidā etiā riualitatem dixere: nā riualis ni timeatur nullus huiusmodi existet affectus. Vulgus quoq; nō improprie gelosiā uocat, ꝙ animū assiduo metu territet adeo, ut continua suspitionū recursatione gelu quodā sanguis ipse cōcrescat: quæ solicitudo ꝗꝫꝙ multarū in se habeat discordiarum semina: raroq; gratia in illa esse domo pōt ī qua radices altiores egerit, ori

go tamen eius ab amore est, qui metu ac suspitione uictus: diffidensq́ʒ, ac pauitans: et nũc dolore, nũc ira percitus men tẽ adeo perturbat & animũ concutit, ut eis ferri uix possit impotẽtia. Quocirca fugiendus est is animi morbus: & soli citudinis plena perturbatio: quæ ubi uehemẽtior est ꝙ pro xime accedit ad insaniã. Cui tametsi uis oĩs non possit eripi præstandũ tñ est ut freno coerceaẽ aliquo: nec permittendũ, ut ruptis habenis feraẽ in abruptũ. Vide quorũ hic affectus cã sit incõmodorũ: quod non mõ inter uicinos, domesticosq́ʒ manifestas inimicitias excitat: sed quæ hoc morbo sit affecta & amicos oderit coniugis: & nonnunꝗ̃ʒ liberos execretur. Quæ licet frustra uideantur p̃cipi mulieribus, ꝙ molles sint affectibusq́ʒ dominãdas sese permittant: atq́ʒ ubi morbo cor ruptæ semel fuerint aut nunꝗ̃ʒ aut certe difficillime reuocẽ tur ad sanitatem. Satis tamẽ magnus est et uirorum nume rus hoc uitio laborãtium. Ad hæc multas ipsi & legimus: & audiuimus, & cognouimus matronas singulari mode ratione summaq́ʒ prudentia. quæ non domus tantũ domesti cæq́ʒ cõcordiæ studiosæ fuerint, sed magnos populos mode rarentur præcipua cũ æquabilitate, & moderatione.

Quæ deceant uxorem.

Decet igitur probam & continentem uxorem lites

d imprimis fugere. Quarum fugiẽdarum duplex est ratio. Altera si non nimis magnam operam contu lerit ad cognoscendas mariti consuetudines urbanasq́ʒ fami liaritates: nec ad illius secretiores actiones explorandas in telligendasq́ʒ plus æquo intenta fuerit. Altera si uoluntati eius minime aduersetur, modo tamen uolũtas talis sit quæ reprehẽsione sit uacua, careatq́ʒ turpitudine. Aliqui eñ sunt id est rõnis honestatisq́ʒ immemores, sociasq́ʒ illas esse obliti, qđ natura sũt inferiores, ancillarũ loco habere eas uolũt: et nõnũꝗ̃ʒ ad turpia et flagitiosa cogere. Itaq́ʒ ut decorũ est

& obedictis fœminæ proprium officium, coniugem uereri & i precio habere: ita turpissimũ fuerit illius libidini ipsam obsequi, dedecorantẽ seq;, rẽq; uxoriã, dum ꝓbrosis uiri cupiditatibus ꝓpudijsq; obtẽperat: neq; eñ tantũ iuris est in uxores maritis: ut in ijs quæ improbe ꝓpudioseq; petãtur: & contra ius fasq; ꝑcipiãtur, mos eis gerendus sit. Primũ igitur obedictiæ ꝑceptum hoc sit, ac prima in coniugijs lex hæc sanciatur, ut turpibus atq; obscenis minime pareatur: a quibus ꝑcipiẽdis abstinere oĩno uiri debẽt. Illæ aũt continere, ne nimis magnã, ut dixi curã adhibeãt in maritorum familiaritatibus, secretisq; cognoscendis. Nã & domi quædã fiũt, q̃ nescire uxores deceat. Aemilia Scipionis uxor nõ mõ dissimulanter tulit ancillam suã haberi a uiro in delitijs, uerũ Scipione mortuo manumissam eã liberto suo dedit uxorẽ. Illud quoq; uel maxime repugnat obedientiæ cõiugaliq; concordiæ: uelle id uxorẽ, ut cõsilio arbitrioq; suo uiuatur a uiro: quod arrogantis est penitusq; intolerabilis. Florentini tñ, & Ianuenses, qui rẽ familiarem optime dicũtur gerere, totius fere rei domesticæ disponendæ curã atq; onus permittũt uxoribus. Illæ eñ cũcta quæ ad uictum quottidianũ: quæ ad penũ: quæ ad cõparandã, instruẽdãq; cæterã suppellectilem ꝑtinent, adminiſtrãt: uiris permittentibus ac multa eorũ persæpe ignorantibus. Plurimũ quoq; aduersaĩ obedientiæ & ꝓbitati, ꝙ sunt non paucæ, alioquin præstantes fœminæ quæ uirorũ reprehensiones ægre ferant: idq; eo detestabilius est ꝙ eædem uideri uolunt sapientes esse consilij haudquaq; uani, ne minimas quidẽ illorum inclamatiunculas æquo animo laturæ. Quædam generis elatæ nobilitate adeo fastidiunt præsertim ubi uiros impares nactæ fuerint ut tametsi pudicæ sint, & rem familiarem diligentissime tueantur: iure tamen clamet Poeta ille. Malo Venusinã, q̃ te cornelia mater Gracchorũ: si cũ magnis uirtutibus affers

Grande

Grãde supercilium: & numeras in dote triumphos. Alias amplitudo dotis tumidas reddit: aut formæ raritas insolentes facit: alias multitudo cognatorũ: nõnullas prolis fœcũditas. & ubi cætera desunt, ipsa interdũ pudicitiæ ꝓbitatisq́ conscientia superciliũ erigit, atq; animos facit: quæ quidem adeo uim omnem obedientiæ domesticæq; quietis labefactãt ut nulla in re domestica maior sit pestis ꝙ uxoris insolentia. Sed ne longius progrediar (neq; eñ de re familiari, quã philosophiæ partẽ œconomica græci uocãt nunc præcipio) his explicatis, ad illam obediẽtiæ partẽ transeo, quæ tota ad seruos pertinet. Cui parti & hoc accedet, ut de ijs quoq; quos tum famulos, tum familiares honestiore nunc uerbo dicũt, pauca quædam disseramus.

De seruitute.

q Vanquam autẽ seruitus naturali repugnat libertati: initiũ tamẽ eius antiquissimũ esse constat: quod indicant res tũ a græcis tum a barbaris bello gestæ. Memoriæ proditũ est solitos in saturnalibus cũ dominis seruos discũbere: ꝙ Saturno rege nemo seruierit in latio: quæ res declarat apud priscos latinos & eos ꝗ aborigenes dicti sunt, talẽ nullã fuisse seruitutẽ, quãdo hodie quoq;, nec in Aemilia, nec in trãspadanis seruum inuenias. Apud Germanos quoq; & Britãnos seruit nunc nemo. Dicti autem initio serui, ꝙ in ꝑlio seruati essent, ut uideo placuisse maioribus. Qui enĩ in pugna non cecidisset, is iure belli suus erat uictoris effectus: nomẽq; ipsum ignominiæ causa inditum. græce dulos dictus: nam & idẽ captiuus a nobis dicitur. Ancum quoq; martiũ bellicosum regem, sunt qui ferant primum instituisse ut puellæ terra hostica abactæ, captiuæ domi haberentur: indeq; ancillas esse dictas. Et tamen prisca illa lin-

gua, anculari, dicebatur, ministrare. Principio igitur apud Romanos qui de legitimo fuisset hoste captus, seruiebat. Nam de nexu nihil hic dicendũ uidetur: nec de duodecim tabulis quæ furem manifestũ ei cui furtum factũ esset, in seruitutẽ tradebant. Assyrij uero & Persæ quibus subigendarũ nationum acrius erat studiũ, bellaq; etiã non lacessiti inferebãt, magis, quàm indicebant, imperãdi cupiditate: seruos sibi e libidine, quàm ex iusta belli causa cõparabant. Cui malo magna et a piratis accessio facta est, dum cõmunes omniũ hostes sunt Et quos heroes admiramur, uxores quoq; per rapinam sibi compare solitos historiæ tradũt: idq; præcipue laudi datũ esse Inde usq; enim cœpit seruitus: adeoq; a sæculis nostris remota sunt eius initia quod & sacræ testificãtur litteræ, ut heroum etiã tẽporibus prædones habiti sint illustres. Et si fateri uera uolumus Iason ille Miniarũ dux, & qui eũ secuti sunt lecti iuuenes argiuæ robora pubis, uel cũ primis exercuere piraticã. Apud Turcas & Afros (cum quibus ut assiduum geramus bellũ diuinarũ rerum opinio fecit: non modo enim diuersa uerũ & cõtraria plæraq; de deo & dicũt & sentiũt) nullus alius seruit nisi christianus. Vetant enim a Mahometo latæ leges quempiam religionis cultusq; eiusdem haberi seruorũ in numero. Apud nos & christiani seruiunt. Nam ut de maioribus accepi. Thraces quoq; & Græcos qui pontum incolerent uenundari mos fuit: qui ne seruitia barbarorum essent, mercatores Euxinum nauigantes, redemptos illos a Scytis, uenales faciebant. Honestius enim uisum est tantisper seruire eos, dum solutam pro capite suo pecuniam rependerent, quam prædam esse barbarorum perpetuæque obnoxios seruituti, cum maximo etiam Christiani nominis opprobrio. Quod hodie quoque seruatur aduersus eos quos Burgaros, & Cercasios uocãt. Soli Aethiopes qui decolores sunt, omnium sunt nationum serui: nam

cum uiuãt sine institutis ac legibus, finitimorũ primo prædæ sunt: deinde cæterorũ mancipia: quin & parentes ipsi liberos uendũt mercatoribus nostris: & frumento persæpe mutant. Hæc igitur tanta humani generis iniuria, ius gentium effectum est. Cui apud nos derogatũ in hoc est, q̃ pueros euirare non licet: cum sit immmanitatis extremæ.

Quæ a seruo præstanda sint.

Q Voniam autem seruus quædam domus pars est atq; in ipsa domo paterfamilias dominat̃, oportet seruum, illius primũ: deinde aliorum qui eiusdẽ sunt familiæ imperijs obedire, & mãdatis rebus dare operam. Qua uero potissimũ ratione hero suo seruiat e sentẽtia, metus efficiet. Nam ut illũ amet, difficile est, præsertim si grãdis natu captus, emptusue fuerit: q̃suis uernas, q̃ domi nascuntur, neq; unq̃ libertatem norunt, amare heros sæpenumero usu ueniat. Qui uero captus sit, amissa patria, coniuge, liberis, parentibus, qui amare aut raptorem, aut emptorem possit, nõ uideo; cum sciat erepta sibi ab illis ea, quæ prima mortales ducunt, libertatem, & diuitias: & cum his quos dixi, uxorem, liberos, cognatos. Seruum igitur obedientem, metus efficiet. Nam ut est apud Plautum, & si herus absit, adesse tamen illum arbitrabitur, atq; absentẽ metuet: quem qui non metuet, malum eum ac nequam esse necesse est, herilisq; detractorem imperij. Contra uero metus in quo sit, is mandatis rebus præuertet semper: & ut idem poeta inquit. Ne ædepol ille multa in pectore collocabit quæ hero placere sentiat præsenti, atque absenti suo. Multæ igitur uirtutes necesse est, ut quasi comites quædam, metum hunc subsequantur: diligentia, taciturnitas, fides, studiũ, solertia, sobrietas, parsimonia: cura. Ad hæc, qui dominum uerebitur non rapiet, non infamabit: neq; loquax, neq; mẽdax erit: cum etiam si decẽ habeat linguas, mutum eũ esse

addeceat: plusque oporteat scire seruum quam loqui, ne discedamus a Plauto. His & hæc accedunt, quod erit tum frugi tum animo semper attento instructoque ad ea facienda, quibus opus fuerit: quæ & iniussus meditabitur: ac demum heri seruiet arbitratu non suo.

De uario seruorum usu.

e T Romani posteaquam rerum potiti sunt, seruorũ operã libenter usi dicuntur, non solum ad res rusticas uerum etiam urbanas. Eosdẽ enim habuere dispensatores domesticarum rationum: & custodes corporum suorum: cæterisque rei familiaris negocijs pficiebant: aduersum quos quãta usi fuerint facilitate, humanitate, iustitia, ut alios omittã, satis locuples testis est Seneca: cuius uerba sunt Ne istud quidem uidetisque omnem inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam seruis detraxerint, dominũ, patremfamilias appellauerunt: seruos (quod etiã adhuc in minimis durat) familiares. Inustituerunt diem festum, non solum, quo cũ dominis famuli uescerentur, sed quo utique honores illis in domo sua gerere, ius dicere permiserũt: & domum, pusillam rempublicã esse iudicauerunt. Quid quod, illos instituerunt & ad disciplinas liberales? Seruiuit Romæ Terentio Lucano Comicus Carthaginẽsis. Seruiuit & Syrus ille Publius, nobilis Atellanarum author. Cicero quoque incredibile est, quantum indulserit Laureæ ac Tyroni eruditissimis uiris. Cæcilium cum primis in Comœdiam honos ab antiquis delatus est, cognomen ipsum seruum fuisse demonstrat. Statius enim seruile nomen fuit. Iam uero, ueterum grammaticorum, magna pars, ex Libertinorum fuit ordine. Quid quod, uix alijs usi sunt, aut medicis, aut architectis. Quin & imperatores, prouincijs quoque, præficere illos soliti sunt. Fuitque Romæ aliquando Libertina conditio in precio: cum nonnulli senatoris etiam orna-

mentis donati legantur. Et apud græcos, clari quidam, e ser uis, philosophi euaserunt. In quibus Phædon, de cuius nomine Plato, librũ de immortalitate animorum, inscripsisse dicitur: & Menippus, cuius libros Marcus Varro, cum in satyris suis æmulatus esset, easdem appellauit Menippeas. Nostra tempestate, Turcarum reges, pleraq; per seruos agũt, geruntq;. Syris nunc serui imperant: nã cum apud eos soli serui militent, ex illis creatur, quem ipsi Soldanum: nos dominum dicimus. Quo magis studere hos oportet, & contẽdere: ut quibus opus est artibus, dominorum sibi concilient beniuolentiam: qua nulla nec breuior, nec certior ad libertatem est uia. Sũt autem diuersæ artes, multiplicesq; ratiões, quibus heri comparari possit indulgentia. Vbi uero cætera defuerint, non desit fides, ac probitas, quæ deesse potest nemini, modo uoluntas assit bona; cum præsertim, non semper opus a seruo exigatur; aut labore, manus atterẽdæ sint. Paucis ante ãnis matrona Tunetina, cum diu ex ægritudine iacuisset: nec ulla humanæ opis relicta spes esset: ad deũq; confugeret: seruam suam singulari probitate fœminã, his uerbis allocuta dicitur. Ego te christianam esse scio in seruitute: quæ multos mihi annos seruiuisti retinentẽ dignã liberali fœmina ꝓbitatẽ: seruantẽq; ritus patrij cultus. Quippe, quam & ieiunijs a põtificibus uestris, ut ex te sæpe audiui statutis, uti certis diebus aĩaduerto, & quotidianas horis suis deo gratias agere, multisq; uenerari ꝓcibus. Tua ista tanta abstinentia & in deũ pietas, cogit me, uel ut te amẽ: & quod necesse est seruã mulierẽ chariorẽ habeã: ac tametsi fideli & diligenti opera quottidie utar tua: nũc uero & præsidio opus ẽ. Tu, si in te unquam clæmens fui & satis facilis: aut si libertatis te amor mouet, deũ istũ quẽ tãto cũltu ueneraris ora, ut me iãiã cedentẽ ægritudini, benignus aspiciat: morboq; liberatã liberis meis reddat incolumẽ. Illa nuncupatis

uotis, Christum exorat. Hera morbo liberata, acceptiq; beneficij nõ immemor, Lucanã mittit manu: & ad suos in patriã cũ puula etiã nepte, largoq; cõmeatu redire iubet: quae fœlici usa nauigatione, paucos postq̃ soluerat dies, in patriam, ubi nũc agit, perlata est. Igit nõ opera tãtũ: uerum etiã bonae artes: eaeq; imprimis mancipia cõmendant: aduersus quae & iustitia seruanda est a dominis: nec cõmittendum, ut dum timeri ipsi uolũt, efficiantur iniusti: illosq; ad ultimam cogãt desperationem. Maioricensis ciuis abundè locuples ruri cũ esset, seruũq; grauissimè cecidisset, tum seruus, iniquiùs secũ actũ iudicans, rõnem hanc cõmentus est, qua & seruitutem finiret, & herũ ulcisceretur. Hero enim longius à uilla pfecto, domo clausa fores munit: ac matresfamilias arctius uincta, heriles liberos in editiorem domus partem secum effert, dñi illic reditũ expectans: qui ubi uillã intrauit, domũ clausam indignè ferens, seruo qui se de culmine ostendit, minitari cœpit. At inquit ille, qui nunc domum clausam tã aegre feras, efficiã ut multò post, teq; & lucẽ oderis: uixq; hoc dicto unum, atq; alterũ filiũ, e tecto praecipites iecit. Quo casu cõsternatus, ac pene exanimatus pater, ubi ad se redijt, tertio timẽs, mutato cõsilio seruum blãdioribus lenire uerbis studet: nec facti solũ ueniã, uerũ etiã libertatẽ pollicẽs. At Maurus. Nihil inqt tuis istis pollicitationibus actũ scito. Nares tibi excidas oportet, si uis tertiũ tibi seruari. Tũ pater, duobus se liberis, uno casu, orbum reputãs: quo tertiũ, qui unus erat reliquus, seruaret, cõditiõe accepta, nasum mutilat: q uix dum terrã attigerat, cũ tertius cũ matre simulãte eius pedes exanimis iacuit. Eũ, seruus, ubi clamoribus, atq; eiulatibus implere agros uidet, deũ atq; hoim fidem implorãtem. Atqui nihil tuis istis clamoribus egeris: neque seruiendi in me tibi locum relinquam: atque hoc dicto, seipsum de summa tecti parte depulit. Timeãt igitur ut

oportet, quãtumq; iustitia patitur: quæ aduersus hoc genus hominum seruanda est, & quod rei familiaris ratio permittit, ut & iniustitia absit: & obediẽtes illos, instructosq; habeamus ad opera, resq; nostras atq; in negocijs fideles: et a flagitijs continentes. Nam indignũ serui facinus, domini improbitatem accusat.

De famulis seu ministris.

Famulorum quos & ministros poteram dicere (sed cedendũ est uulgo in quibusdam) duplex genus est. Vnum eorum, qui præsenti precio seruiunt: alterum qui futurorum spe præmiorũ. quos hic uocem famulos, oẽs intelligunt. sunt quidem ipsi liberi, uerum sponte obligati: atq; ad pactam nonnunquam diem seruiunt. Horum prima uirtus erit fidelitas: qua remota, aut nulla ipsi utentur in dominos obedientia. aut simulata et ficta. Sed de fidelitate plura postea. diligentia uero, & studium, & taciturnitas, & cæteræ bonæ artes, eædem et certe maiores in ijs esse debent, quam in seruis: nam in eo qui liber est, uirtus omnis maior ac solidior eẽ debet: famulum enĩ seruire liberaliter oportet. In seruo uero & si cõmendabile hoc sit, tñ si ipse a conditione sua non recesserit, nõ adeo accusari debet. Dici enĩ solet. bene habet, si seruo perinde utimur ut seruo. Qui uerò præmiũ expectãt, hos multo magis oportet, nihil somniculosè exequi: nihil remisse agere: cum eorum cura omnis, intendere in hoc debeat, ut dominis quam maxime placeant: ac multo magis quam illi, qui præsentem capiunt mercedem: pacto enim conuenerũt. Quamobrẽ bonos hos imitari agricolas decet: qui nihil operis in agris intermittũt unquam. Quippe quibus, ut Maro præcipit, nunquam exhausti satis est. quæ omnia eo spectant, ut quod uberrimos ipsi fructus capiant e laboribus, & quod ille ait: Labor omnia uincit improbus: cũ de ijs, quæ ad agrorum cultum pertinent, loqueretur: ut transferemus ad fa-

mulitiũ. Vincet auariciã domini, lenietq́ superbiã, assiduã famuli opera: & laboriosum, sibiq́ minime parcens ministeriũ: qđ plerũq́ cũ magno redit fœnore. Etenĩ magnus est illorũ numerus, qui his artibus ad maximas peruenerit diuitias, summosq́ magistratus. Inspice, si placet, & Regum, & Põtificũ domos: nec teipsum Roberte præterit, plurimos certè inuenies, quos fidelis, ac diligens famulatus ad primos honores, amplissimosq́ magistratus euexerit.

De redemptoribus.

E redemptoribus, quos & operarios dicimus nihil
d hic uidet̃ necessario præcipiendum esse. Hi enim satis parent, si quæ conducta est opera, in illa exhibenda cum labore, diligentia, & fide sese exerceant.

Finit Liber Tertius.

Incipit Liber Quartus.

LIbet tanquã ex editissima specula: unde mortale genus infra me positũ despiceer: & quasi ab humãi cœtus populis audiar clamare Virgilianũ illud. Discite iustitiã moniti: & nõ tẽnere diuos. Quænã ẽm̃ ista dementia: est religione spreta, deiq́ cultu cõtẽpto abiecisse iustitiam? quæ quidẽ nulla esse potest, ubi cui oĩa debent̃ deus negligit̃. Prima nãq́, & optima iustitia ẽ religio: qua remota frustra omnis nostra nitit̃ actio: icassumq́ leges scribũt̃, & iura, si ꝗ totius humani generis author ẽ, & iudex, contemnat̃ a nobis: & illi debiti negent̃ honores. O Mœlibæe: apud eũdẽ Poetã: ꝗ̃ꝗ̃ alio ĩ opere dicit pastor Titirus. Deus nobis hæc ocia fecit. Nãq́ erit ille mihi semꝑ deus: illius aram Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Ille igit̃ hominẽ, ꝑpter ab eo sibi cõcessum ociũ, deũ uenerabat̃: &

supplex aras sanguine imbutas manu tangebat. Nos uero qui ꝙ sentimus: ꝙ mouemur: ꝙ intelligimus, ꝙ cōtēplamur: ꝙ agimus: ꝙ demū quicqd sumus, a deo est: a quo & ipsi sumus (si placet) authorē, parentē, moderatorēq́; nostrū, quasi nullus is sit usq́;, aut cōtēnamus: aut si esse fateamur: minime credamus curare mortalia. O impias, & detestabiles eorū cogitatiōes, q de deo, diuinisq́; rebus tam sentiāt puerse. Reddit ager cultori creditū sibi semē etiā cū uberrimo fœnore. Arbor, ubi putata & culta est, quāta cū gratia, & copia suas ipsa fruges profert? Nouit capella, a quo salem delingendam accipit, & uocata uenit ad mulctrā. Canes, a quo pascunt domini sectant uestigia: & tāq; parū sit latratu, morsibusq́; domos defendere a furibus, in ipsa tela incurrūt, ut dominos, ac dominorū bōa tueant. Aliquādo & aquila q̄q; auis rapacissima, tamē nō ingrata: ut a qua uirgine educta ipsa fuerat, gratiam ei referret: diebus singulis uenatus, ac prædæ suæ partes, aggessisse ad illā dicit, accepti beneficij quasi mercedē aliquā redderet. Et cū uirgo diē obijsset, rogo ꝙ īposita cremaret, ipsa in medios ignes alis illata, cōflagrauit, cineres suos cū altrice cōmiscens. Testata est hoc Sestos, celebris quōdā urbs, monumēto rei cōdito. At homo sanctū animal: & ex optima sui pte dei dono īmortalis, ꝙ solus ipse ex oībus animātibus intelligit: ꝙ sibi cūcta seruiāt in uita. Post mortē uero & cœlū pateat, perfecta illic & consūmata fœlicitate fruituro, tātorū īmemor beneficiorū, deo & si nō parē (quātuli em̄ ipsi sumus) quā tamē potest referre gratiā aspernabitur? præsertim cū paucissima exigat a nobis, a quibus aliud quidnā exigit, q̄ ut qua dignatus nos est anima, eā ne turpibus fœdari curis, corporisq́; infici contagione sinamus? Hoc ubi feceris parua etiā mica tibi illum placaueris. Et tamen inuenti sunt, qui in deum inuehebantur, male ficētissimi homines, imo immanissimæ beluæ: qbus & hoc

deteriores sunt: q̃ illæ quẽ non norũt, ei nõ maledicũt. Sed nos, sapientissime Roberte, dei causam nũc non agimus: & de religione plura fortasse alias, & suo loco. Secũdũ ab hoc iustitiæ genus est, quo uti uidemus nõ in singulos modo: uerũ erga totius humani generis societatẽ: quã non immerito sanctã dixit antiquitas. Quippe quã uiolare fas nõ sit: ne autẽ uioletur iustitia efficit: per quã & urbes florent: & gentes, ac nationes pace sua fruuntur: quod iustitiæ ipsius primũ, ac maximũ munus est. Magna igit̃ habẽda est illis gratia, qui Respublicas moderant̃: quorũ curæ, studijq; hoc est. Nam ueluti nec domus ulla, nec res familiaris, q̃uis ampla cõsistere sine rectore atq; eo, q̃ paterfamilias dicit̃, potest: ita ciuitates ipsas solui, ac dilabi necesse est, ubi caruerint rectoribus, qui & inter ciues iustitiã p̃curent, & publicæ salutis curã gerant: pacẽq; tueant̃, ac pacis bona: in quo dijs immortalibus similes mihi uident̃ esse. Illi eñ generi hominũ oĩa suppeditant, quæ ad uiuendũ necessaria sunt: hi ciuibus oĩa præstant, quæ ad cõseruandã societatẽ, quæ ad amplandam rem tum cõmunẽ, tum priuatã spectare uideãtur. Quibus quidem, si uerum est, q̃ melioribus parendũ sit, ut certe est, ciues omnis obtẽperare & obseq̃ par est: quod ni fit, frustra nimirũ natura ipsa sociabiles nos fecit: nulla nãq; cõstare sibi societas potest, ubi desit obedientia. De qua quoniã de domestica satis dictũ uidetur, sequenti libro disputabimus.

An homo cum liber natus sit domino parere debeat.

Sequitur suscepti operis ea pars, quæ est admodũ utilis & necessaria: continetq; præcepta illa quæ seruare, & quibus parere debeant qui in ciuitate, ac sub rectoribus uiuunt. Existit aũt hoc in loco quæstio ualde difficilis: an cum liberi nascamur, parere domino cuiq̃ debeamus: atq; illius imperijs obsequi. Nam si libertas est per

inde ut uelis, uiuere: ut uideo arbitrari quosdam: quomodo qui alienum fert imperium, ut uult, uiuet? Placet igitur hoc primum quærere: & antequam ad ipsa præcepta ueniam ostēdere, tametsi liberi nati simus: nihilominus & Regū & Magistratuum imperijs parendū esse. Libertatis enim muneribus: cuius nomine ipso recreari solent homines, tum mihi frui maxime uidentur ipsi, cum maxime parent. Quod & Seneca uidetur sentire in eo libro qui est ab eo scriptus de clæmentia. Cum ait. Idem huic urbi dominandi finis fuerit, qui & parendi. Principio natus est homo sociabilis, atq; in tanta rerū naturæ copia, quæ usui sunt: cū aliud animal nullū æque laboret inopia, neq; magis alienæ opis indigeat. Hac etiam necessitate impellēte, ut arbitrati quidā sunt, cœtū amat & ciuitates colit: cui soli & oratio data est, tanq̃ instrumentum, & uinculū quoddam ad societatē ipsam facilius ineundam, diutiusq; retinendam: quo rebus his quibus eget, cōmodius prospiciat, & tum sibi, tum liberis familiæq; utendas compareret, tueaturq; cōparatas. Et quoniam longe melius atq; abundantius uicus unus, q̃ domus una: & oppidum q̃ uicus: uitæ suppeditaret necessaria: hæc imprimis causa fuit, cur homines in ciuitatem coierint: quæ profecto quanto frequentior est tanto suppeditandis illis aptior inuenitur. Sed cum ciuitas domibus constet: ipsa primum domus consideranda est: quæ profecto e mare existit & fœmina: quos non electio aliqua: sed natura ipsa coniunxit, suscipiendæ prolis gratia: nā homini, ut animantibus cæteris insitus est ꝓcreandi appetitus. Quinetiā ut Maro noster ait. Parnasia Laurus, Parua sub ingenti matris se subijcit umbra. Domus igitˀ cū ex uiro, & fœmina recte primū cōstituatur ut dixi, alter uidetur imperare natura debere: parere altera: & ueluti subiecta esse in officio uiri. Hac em̃ ratione recte domus gubernatˀ: & cōmuni indigētiæ cōmodissime ꝓ

ſpicitur. Natura uero marem præferri fœminæ, cum pluri-ma doceant: tum illud maxime q in prole ſuſcipienda cuius ipſi gratia iungũtur, uir agit, illa patitur. Quid q cum na tura ipſa, quæ parens eſt & altrix omniũ, ad meliora perfe-ctioraq; nitatur ſemper, ubi uis illa qua gignimur manca eſt, & parum uegeta, ad fœminã recidit: quæ tanquam mi-nus pfecta, iure minor eſt mare, et perfectiore inferior. Apđ barbaros quoq;, qui non tam inſtitutis & moribus, q̃ natu rali illo inſtinctu uitam agunt, mulier uiro ſeruit. Nam & Garamantes, & Macæ, & Ricciades, & Naſamones igno tæ nobis gentes, quas hodie uno nomine Arabes dicimus, uxoribus perinde ac ſeruis utuntur. Cum enim nullas ha-beant certas ſedes: & ſub cilicijs ſemper agãt, mulieres ſer-uilia ubiq; miniſteria faciunt, etiam paſcendis & potandis equis. Verum ut quæ nunc quærimus, manifeſtiora fiãt: al-tius repetẽda quædam ſunt. Corporis noſtri partes, ut aliæ ad tolerandum, aliæ uero ad agendum ſunt accommodatæ: atq; ut oculorũ eſt uiſus: aurium auditus: pedum inceſſus: aliorũq; membrorum alia miniſteria: utq; in hoc ipſo huma no corpore: quod in ſimilitudinẽ mihi cœpi, una eſt quæ cæ-teris imperat partibus, cuius citatu, ac nutu mouentur illæ ita & ipſius ciuitatis partes, id eſt homines. Neq; enim aliđ eſt ciuitas, q̃ cœtus hominum iure cõgregatorum: alij qui-dem ad parendum: alij autem, q & ingenio & uirtute præ ſtent, ad imperandum nati ſunt. Nam & piſtores, & ſarto-res, & cupedinarios & id genus, qui in ſordidis uerſantur opificijs: & quorum ſeruilis mẽs eſt, credam Ariſtoteli, na tura ſeruos eſſe. Contra qui præſtanti ingenio præditi ſunt, & in rerum magnarum actionibus occupati, eos & liberos & magnos eſſe: in quorum ciuitas cura moderationeq; con quieſcat. Et profecto natura ipſa in fabricando humano cor pore, cum diuerſa membra tantum obedientia finxiſſet, pro

ſpiceretq; perfectioni tam excellentis fabricæ, inter tot ſer-uientia membra unũ produxit generoſum, & nobile, in quo pontificiam ſtatueret animi ſedẽ. Intelligens rõne hac recte commodeq; ſe acturũ hoiem: quas ad res illũ procreaſſet. Ea dem natura generi hominũ conſulens, quos in tanta pẽnu-ria procreatos eſſe ſciret: ad diuerſa illos ſtudia exacuit: ut uarijs miniſterijs apti intentiq; inopiã induſtria ſuperarẽt. Hinc tot artes, ſeruilidq; ingenia, & quæſtus hominũ mul-tiplices. Verũ ne parũ ipſa prudens uideretur, et operis ſui oblita, in tanta multitudine manus exercentiũ ſeruientiũq; neceſſitati, præſtantis quoſdã minimeq; popularis ingenij quaſi luminoſas quaſdã ſtellas inter minutiſſimos ignes ac cendit: quorum mentes ad præclara erectæ, magnis ſemper rebus intenderent. Quos ideo rariores eſſe uoluit, ꝙ neceſſe ſit multo maiorem eſſe illorum numerũ, qui imperata faci-ant, ꝙ̃ qui alijs imperent, cũ hic rõne tantũ opus ſit: illic & corporis uiribus. Atq; uti partes ipſæ corpis humani ſimul omnes iunctæ atq; connexæ unũ hoc efficiũt corpus: ſic ho-mines ipſi diffuſi ꝑ domos ac regiones urbis, ſimul tñ ſocia ti, atq; in una conuenientes mœnia, corpus unum efficiunt: quæ ciuitas uocatur. Vtq; in ipſo noſtro corpore pars quæ-dam eſt: quæ alijs imperet: & in ſingulis item domibus: eo-dẽ modo & in ciuitate ut ſit, neceſſe eſt. Sed in hoĩe ipſo cũ unus iperet animus, in domo aũt unus paterfamilias. Vnus ne imperare, an plures in ciuitate debeant paulopoſt oſtẽde mus: nunc hoc agamus. Quicquid homines agunt, id boni alicuius gratia eos agere certum eſt. Et cum bonum aliud alio maius, ac potius ſit, uidetur illud eſſe potiſſimum ac ma ximum, ꝓpter quod hoĩes ſimul coierunt, & ciuitates cõſti tutæ ſunt, & cuius gratia, oẽs quidem agunt omnia. Porro actiones ipſæ noſtræ, ut ad bonum illud perueniãt, quod ſe quuntur: quo diuerſa itur uia, duce aliquo indigẽt. Dux aũt

peritissimus, & optimus est ratio, a qua rationales dicti sumus: cuius solius ductu finis ille cõtingendus est, cuius assequendi gratia laboratur. Huic itẽ homini, cum ipse aut solus, aut maxime omniũ sit societatis appetens, et in cœtu uiuens, duce etiã aliquo opus est, qui ciuitatem regat, moderetur& multitudinẽ, illius actiones dirigens atq; componẽs. Nam cũ hoĩes ipsi, quibus multitudo cõposita est, quisq; sibi comparare studeat, quod necessariũ duxerit, & in ꝓpriã domũ inferendum curet: sintq; diuersa ciuium studia (rem eñ quisq; suã ampliare nititur: et quod usui sibi futurũ sit, quærit) male cũ ipsa ciuitate actũ fuerit, si in tãta multitudine: ac tã diuersarum, & artium & studiorum, nemo unus sit, qui omnium simul curam gerat: cuius etiam studium sit id solum agere, & cõminisci, quod ad cõmune ciuitatis bonum late pateat: simulq; ad omnis pertineat. Nã & corporibus beluarũ uideri posset male a natura cõsultum esse, nisi illam ipsam uim dedisset eis, quæ una cunctorũ simul mẽbrorum curã haberet: quæq; ut memini Virgiliũ dicere. molem agitat: & toto se corpore miscet. Et sane q̃uis priuatim quisq; ac per se bonum expetat: quo quidem alius differt ab alio: illo tñ bono quod cõmune est, sociantur una, simulq; cõueniunt. Ad utrũq; aũt natura duce mouẽtur hoĩes: qua cõparatũ est, ut in oĩ multitudine: quæ in unũ corpus, substantia'ue confluxit, sit unũ aliquod: quod cunctis præsit. Nã & mundi huius molẽ contẽplanti hæc quæ uidentur ambientis, & continentis oĩa: satis clare apparebit, ab illo uno cœlo: quod supremũ est & extimũ cuncta regi. In corpore quoq; humano: ut dixi: cuius magnã imprimis natura ipsa uidetur habuisse rõnẽ: inter tot membra: partesq;: quibus contextũ est, una est, quæ principatũ teneat. In ipsa quoq; aĩa rõ prima est: & princeps cæterarũ. Quæ oĩa declarãt naturã ipsam: quæ operi q̃ optime suo consultũ iri uellet iã tum

statuisse:ut in omni conciliatione:& coetu unus esset aliqs: aut magistratus:aut Rex:qui illũ regeret & communis boni curã susciperet:quiq; dux & moderator eẽt ciuiliũ actionũ. Hi principio:q̃ populos regerẽt:reges dicti. A similitudine etiã patres appellati:quin & pastores eos uocauit antiquitas:quos & sacrosanctos:et augustos esse uoluit:atq; inter diuos ob merita rettulit. Quod si ut dixi,natura sic comparatum est:eadem quoq; natura praecipitur nobis : ut illis tã̃q̃ ducibus rectoribusq; nostris pareamus. Nam ut Marcus Cicero asserit:sine imperio nec domus ulla:nec ciuitas: nec gens:nec hominum uniuersum genus stare:nec rerum natura oĩs:nec mundus põt. Ad hoc naturae praescriptũ ubi hominum accesserit electio,tum efficitur:ut dum aut magistratui:aut regi datur opera,optimus quisq; ciuis propriorum obliuiscatur cõmodorum. Cum enim electio ipsa nostra a naturae instituto non recesserit,& utraq; simul ad rectũ: bonũq; contenderit:tum existunt actiones illae quidẽ perfectae in quibus nihil est:quod amplius desideret. Quae q̃q̃ ita disputata sunt a nobis:dubitabit tñ quispiã cum contingat:ut aut plures:qui idem tamen & uelint,& sentiãt:aut unus ciuitatis curã gerat,utra sit naturalior gubernatio: ad quod disserendũ tametsi maiori opus esset ocio, & oratione longiore:breuius tamen rem peragam:atq; in hũc maxime modum exordiar.

Vnius ne an multorum sit naturalior gubernatio.

Optimam prudentissimãq; artificẽ naturã esse quis dubitat? quippe quae optima & perfectissima quaeq; suo in genere efficiat. Ars quoq; laudari tum solet,cũ ad naturã q̃ proxime accesserit:eaq; quae secũdũ naturã sunt,optime se habere dicimus:quod sibi firmiter constent: amiceq; conueniãt. Naturalissimũ aũt esse,regi ab uno multitudinẽ, superiora satis quidẽ apertè demõstrãt. Nã ut dixi & in mẽ

bris e quibus existit corpus unum est quod cæteris præest: ad cuius præscriptum illa moueãtur: id autem cor esse uoluerũt: et in ipsa aĩa rõnem iure primã posuerũt. Mũdo quoq; cuius quanta sit amplitudo atq; ambitus: ne mente quidem metiri possumus: unus est qui præsidet deus, moderator: & rector omniũ quæ illo cõtinẽtur: ut recte ueteres dixerint: e cælo regiũ nomen uenisse. Ad hæc si parua licet cõponere magnis: ut est apud Maronẽ, apibus quoq; unus est rex: quo incolumi mens omnibus una est. Amisso rupere fidem. Cũ igitur naturale sit oẽm multitudinẽ ab aliquo uno regi: & ars naturam sequatur: ipsorũq; artificum opificia eo perfectiora sint: quo maiorem similitudinem reddant eorum quæ natura fabricata est, manifestum est, magis secundum naturã esse, ciuitatẽ ab uno temperari, q̃ a pluribus: cũ in ciuitatibus his, quæ a pluribus regũtur, quo pax, concordiaq; uigeant, necesse sit illorum, qui rẽpublicam gerũt sententiæ, ut in unum oĩno conueniãt: quæ ubi in diuersa trahuntur, tũ seditiones, & intestina oriuntur bella. Contra uero optimè agitur cũ illo populo: florẽtq; urbis eius opes: cuius principes idẽ unũ & sentiunt, & uolunt. Quota enĩ nauis ad certũ peruehetur portũ, si & gubernator, & nautæ tãta dissideant, ut alius alij et iudicio aduersentur & opera? An non medici ita cõmiscẽt quæ ægrotis dant: ut multa in unum redigãtur? Quocirca q̃m oĩs conuenientia, omnisq; consensus atq; concordia: ipsaq; etiam amicitia unitas quædã est: manifestũ est id quod p semet, ac simpliciter quidẽ unũ sit, aut ipsi unitati q̃ pximũ (id aũt est rex q̃ unus est) multo facilius, ac melius posse id a se efficere, quod plures nequeant, nisi tanq̃ unus fiat e multis. Rursus cum oĩs cogitatio, omnisq; intentio eorũ qui rempublicã moderãtur ac populos regunt eo spectet, ut salui sint illi quos gubernãdos ipsi susceperint, salus autem subiectorum hominũ, & uniuersæ

uniuersæ multitudinis bonum, consistat in ciuitatis cõserua tione: quæ pax est & tranquillitas ciuiũ, ad hãc, quam dico unitatem assequẽdam retinendamq;, longe potior, magisq; natura appositus is erit: qui per se quidẽ unus est, quã qui plures. Quippe cum & lucis, & splendoris princeps causa sit id quod per semet lucidũ & splendẽs est: & caloris item quod est suapte ui calidũ. Res tamen ipsa magis quã ulla disputatio recte reputanti certum hoc faciet. Nam paruæ etiã ciuitates quæ a pluribus reguntur, assiduis fere laborãt seditionibus, cũ latissima regna huiusmodi, uix ullos, aut certe quãrarissimos tumultus sentiãt. Et cum eos qui reipublicæ præsunt affectibus uacuos esse deceat, quãto facilius ẽ unũ, quã multos nõ uinci cupiditate, & libidine mala? præsertĩ cũ hic neq; careat diuitijs, neq; indigeat gloria: quibus nõ modo subiectos honestare atq; illustrare soleat: sed & exteros, & peregrinos. Ex illis uero sæpenumero plures esse cõtingat qui rerũ omniũ premantur inopia. Atq; ut curãdis morbis adhibere nouos sæpe medicos: sic gubernandis populis periculosum est nouos patres conscribere. cum sæpe accidat aut electione mala, aut factione ciuiũ, seditiosos homines, aut gerendis rebus parum aptos, atque inutiles creari magistratus. Quid quod usitatissimum est, in qua ciuitate plures rempublicam tractant, siue e plebe, siue e nobilitate ij sint, tyrannidem exoriri: ut apud Corinthios, & Milesios, & Atheniẽses legimus. Sylla quoq; & Marius uel inter crudelissimos tyrannos numerandi sunt. At reges quãrarissimũ est in tyrãnos euadere, ac dilabi: idq; cũ minori fit ciuiũ damno. Quippe cũ nõ in omnes seuire, sed in paucos soleant, nisi omnino fuerint immanissimi: ac nihilominus pacẽ tueantur populorum: & ne quid illorum Respublica quæ suæ curæ ac temperationis est, detrimẽti capiat, omni studio & arte curãt. Vbi uero aut e primoribus unus aliquis, aut e plebe aspirarit ad

tyrannidem, necesse est turbari, ac misceri omnia, domestica cumque exoriri bellum, exhausta urbe, non his tãtum qui publicam libertatem tueri uolunt, quique alterius sunt factiõis: sed proscriptis aut trucidatis bonis plærisque, & cũ his etiã innocentissimis uiris. Ex quibus iudicari potest conducibilius esse ciuitati, magisque secundũ naturam ab uno regi, quam a pluribus. Cũ etiam uideamus ciuitatũ, populorũque gubernacula, in initio penes reges fuisse. Nã et Romani, & Athenienses, & Thebani in initio reges habuerunt: ipsique prisci latini, & aborigines. Aegyptij quoque & Syri, ac Persæ sub regibus fuisse memorãtur: & ut Cicero tradit. Oẽs antiquæ gentes regibus quondam paruerũt. Etenim cũ homines principio generis humani, dispersi beluarum more in agris agerent: illisque cauæ arbores: aut exesi montis specus domus essent. simile est ueri: unũ aliquẽ præstantem ingenio finitimos omnis quasi pastorem aliquem cogere cœpisse, paulatimque perpulisse, ut in unum simul locum conuenirent, casasque construerent: & ne in diem uiuerent, ut & cõpararent necessaria ad uictum: & quæsitis parcerent. Nã quod ait Virgilius. Hæc nemora indigenæ fauni, nimphæque tenebãt: Gensque uirum trũcis & duro robore nata: quis, neque mos, neque cultus erat: nec iungere tauros: aut cõponere opes norãt: aut parcere parto. Sed rami, atque asper uictu uenatus alebat. Primus ab æthereo uenit saturnus olimpo. Arma iouis fugiens, & regnis exul adẽptis. Is genus indocile, & dispersu m mõtibus altis. Composuit, legesque dedit. Hæc poeta non tam in Saturni laudem dixisse uideri põt, quam ut hoc ipm nobis innueret. His aũt principijs quæ a natura ducta sunt, accessit postea cõsensus hominum. Crescẽtibus enim urbibus, & grassante libidine, cum qui tenuiores erant premi a ditioribus timerent, confugere cœperũt ad aristidas, & Catones aliquos, quos iustitiæ legũque cultores esse scirent, intelligerentque natura, & moribus excellẽ

tes esse: quibus cõmuni bonorum cõsensu urbis tutela permissa, iustitiæ legũq; patrocinium est traditũ. Nam ut Ciceronis utar uerbis genus hoc imperij primũ ad homines iustissimos, & sapiẽtissimos deferebat. Adeo enim res nostræ naturã sequũtur, ut si qñ aut uitio, aut necessitate aliqua recessum sit ab ea, tñ haud multo post ad illã fiat reditus: nã ut puer Horatianũ illud didici. Naturã expelles, furca tñ usq; recurrit. Etẽm in ipsis ciuitatibus quæ a pluribus reguntur, unus fere semp ẽ, aut e plebe, aut e nobilitate princeps, ad quẽ oĩa referant: & cuius cõsilio agãtur pleraq;. Nã & Romani pulsis ob superbiã, & libidinẽ regibus, in asperis atq; turbulentis rebus ad creãdum dictatorẽ (id eñi pñtissimũ remediũ uisum fuerat) cõfugiebãt. Quid ipæ ciuitates cũ in pugnã exeũt, nõne unũ sibi ducem constituũt, penes quẽ sit imperij totius summa? Quid ꝙ pueri quoq; decantare solẽt. Vnus est deus: & unus est rex. Et qm̃ natura ipsa ubiq; uim ostẽdit suã, muta aĩalia, & beluarũ greges, ductores quosdã habẽt, quos sequãtur: cũ ne gruum quidem sine duce uolatus sint lõgiores. Ex his igĩ iudicare licet, tãetsi regibus parendum sit: nihilominus liberos esse nos: & quãq; liberi sumus, parere tamẽ oportere, ut diu liberi esse ualeamus. Nã ut Cicero ait: legũ serui sumus, ut liberi esse possimus. Etẽm rex cum sit defensor libertatis, ꝓpulsator iniuriarum, atq; animaduersor: dux quoq; ciuiliũ actionũ, legum lator, & custos, ac publice priuatimq; moderator, pater, rector: quisnã liberum se, aut uera frui libertate uere possit dicere, nisi hic ille fuerit qui defensorem libertatis: ꝗ ꝓpulsatorẽ iniuriarũ, atq; aĩaduersorẽ: ꝗ actionũ ducem: qui legũ custodẽ: ꝗ moderatorem, rectorem, patrẽ habere se intelligit: sibiq;, ciuibusq;, atq; urbanis rebus recte utiliterq; cõsulentẽ, eundẽq; uirũ bonũ, regẽ sapientẽ? Ad hæc quemadmodũ rationi qui paret docenti quid uerũ falsumq;

sit, eademq; secernenti & quid sequi aut declinare opus sit monstranti, rationalis iure, ac uere dicitur: sic & ille recte meritoq; liber uocabitur qui moderatori suo ita paruerit, ut in omni uita, ac in ciuili maxime consuetudine minime labatur: immo ea meditetur, atq; agat, quæ ut ab homine ad communẽ utilitatẽ nato, & ratione utenti profecta plurimũ utiq; ad ipam cõmunitatẽ tuendã, resq; illius amplicandas conferant. Contra uero si quis ratione abiecta appetitiõi semper seruit, is quidem uere naturaliterq; seruus est: atq; in pecudum potius numero habendus, q̃ hominũ. Eodem modo qui spreto publico gubernatore cõtemptisq; de uiolatis legibus contra ius fasq; grassatur, nõ modo nequam & seruilis est habendus, uerum etiam humanæ societatis hostis, ac naturæ ipsi rebellans: qui cum ad coetus celebrandos natus sit, atq; in ciuitate genitus, altus, educatus, id tamen assiduus agit, quo humano generi, sciens, uolensq; cõtinue incõmodet: & quasi malus quidam afflatus pestilentiam inducat. Quod si barbaros eos dicimus: & in seruorum numero habeamus, qui sine legibus, sine moribus perinde ac bestiæ uiuunt: cur non qui secundum morum, legum, rationis præscripta, actiones moderantur suas: publicæq; rei custodem uerentur, & colunt, optimis ipsi artibus, disciplinisq;, instructi. Cur inquam non hos liberos asseremus, ut naturalis, ueræq; libertatis bonũ prius assecutos? Nunquidnam filius, q̃ sub patria potestate uiuat seruus est iudicandus? Quod si esset, nequaq̃ maiores nostri filios suos liberos appellassent. Pueri quoq; & adolescentes num minus liberi sunt, q̃ sub præceptoris institutis, & grammatici erudiuntur ferula? Mihi quidem uidetur hæc esse recta, & certa ad ueram solidãq; libertatem uia. Miles q̃ ordines seruare: signa seq;, ac pugnare in acie militaris illũ disciplina iubeat, liber ne ꝓpterea nõ ẽ?

Immo hæc dum seruat: & ducis iussa exequitur, suã patriæ q; tuetur libertatem: proq; ea fortissime dimicat. Nam q; libertas sit, ita quidem uiuere ut uelis: hæc nõ modo libertas nõ est, sed uel maxime aduersatur libertati. Qui enim uiuit ut uult, is quæcunq; appetierit, uolet agetq;: iura ipsa naturæ, & humanæ societatis uiolans, ac psternẽs. Apud recte uero sentientes illi & sunt, & habentur liberi: qui perinde ut debent uiuunt: funguntur q; uiri boni, patrisfamilias frugi, & iusti ciuis officijs. Veraq; libertas est seruare leges, tueri iura, eaq; agere, atq; afferre in mediũ, quæ ad tuendã stabiliendãq; hominũ coniũctionẽ q̃maxime cõferãt. Illisq; qui ferendis, ac seruandis legibus præpositi sunt: quiq; publicæ salutis curã gerunt, ita obtẽperare: ut a cõmuni bono ne hilũ quidẽ ut dici solet recedatur. Possent his plura subijci: est em̃ cãpus hic latissimus: sed debemus his esse contẽti, cũ abũde probatum uideat: licet liberi nati simus, tñ & regibus, & magistratibus parendũ esse: ac tum maxime liberos esse nos, cũ ijs maxime pareamus. Quibus sane rõnibus ita mihi ipe satisfacio, ut arbiter dulcissimũ atq; uberrimũ libertatis suæ fructum eos cœpisse maxime, q̃bus diuino quodã munere cõcessum fuit eiusmodi regi fuisse subiectis: de quo merito dici possit, quod de saturno poeta noster canit. Aureaq; ut perhibent illo sub rege fuere sæcula: sic placida populos in pace regebat: atq; ut in pace: sic in omni pietate & iustitia: sine quibus, & pfecta pax esse nõ põt. De libertate aũt locuti sumus: nõ illa q̃dẽ, quã se asseruisse dicunt, qui manumissi sunt: nec de illo seruitutis genere, qđ est de iure gentiũ introductũ, sed de libertate illa quæ naturalis est & hoĩe rõne utenti digna: deq; ea seruitute secundũ quã naturaliter seruus quis dicit: q̃q; q̃ qui natura serui sunt legũ tamẽ ac regũ beneficijs assequuntur, ut ciuilis & ipsi libertatis bonis continue fruantur.

De obedientiæ officijs erga regem.

b His explicatis reuertamur ad nostra illo de obedientiæ genere disserturi: cuius officia ad subiectos ptinent. multa quoq; interim quærẽtes de quibus maiores nostri scriptũ aliquid nõ reliq̃re: aut si qua ab illis fuere disputata, rationibus certe, & exemplis aliquantũ locupletata sunt a nobis. Qui obedientiæ in regẽ munus implere suum uolet: duo sibi ãte omnia proponat. unũ, ut iudicet quæ in illum cõtulerit, in patriã se conferre: quæ post deum primum sibi locũ in nobis uendicauit: alterũ ut sibi persuadeat ad illius præscriptũ uiuendũ esse: statuatq; regis imperium legem esse. nam tyrannorũ iussa plærũq; iniuria summa sunt. Hæc duo q̃ sibi proposuerit: facile tertiũ adiunget, fidelis ut sit. Quæ aũt fidelitate continent̃, ea publicis institutis cauta sunt: quorũ illa imprimis nota. Aduersus regem sociosue, amicosue ne cõiurato: neue illius iniussu clam pa lamue fœdus ferito. Arma ne tractato: neue tumultus excitato. Hosti (quisquis is est) regis consilia ne indicato. Si q̃s aduersus regem, sociosue, amicosue, molit̃ insidias, ad tacitum ne habeto: indiciũ facito. Hæc igitur, aliaq; item multa quæ grauiora uisa sunt (sunt eñi perduellionis crimina) legibus cauent̃: leuiora uero adeo nõ est referri necesse, ut ea q̃ ne ab aniculis quidẽ ignorent̃. Maximũ autem & firmissimum fidelitatis fundamentũ est amor: nam si uerũ est illud ut certe est: quem q̃sq; odit periisse expetit, erit profecto & hoc uerissimũ. Quem q̃sq; amat, saluum esse optat. Quamobrem, qui ita sit affectus animo, ut regem optet incolumẽ, is necesse est q̃ fidelis et obediẽtis hoĩs munera sunt ĩpleat. De diligẽtia uero et attẽtiõe: itẽq; de p̃occupãdo offõ, opaq; minimeq; p̃cipitãda, q̃ a me dicta sunt: cũ de liberis agerẽ, licet ad hæc quoq; transferre: e quibus sibi quisq; capiat, q̃ huic loco necessaria uisa fuerint, ne idem dicẽdũ sit sæpius.

De subiectorum obedientia.

Subiectorum duo sunt genera: eorũ unum, qui simpliciter dicũtur subiecti: illorum alterum, qui regũ liberalitate, ac uirtutis gratia tũ agros possidẽt: tũ oppida, urbesq; sui iuris habent: pro quibus annua pendere tributa debeãt, & ad militiam cogantur. Quorum e numero sunt, quos hodie tum barones dicimus: tum comites, aut duces. Horum omnium una est regula: fidem ut teneãt, ac pace belloq; imperata faciant. Quo tempore & aduersa constanter ferenda sunt: & uita ipsa sæpius obiectanda est periculis. Nam & tempora contingunt, quibus fides a popularibus, suæ: liberorũq; uitæ sit anteponenda: nec ueterũ tantum: sed & nostra memoria florentissimæ quoq; urbes dum seruare illam uolunt: & in officio permanere: aliæ direptæ sunt: aliæ incensæ: quædam etiã funditus excisæ: quæ res notior est, q̃ ut exemplis indigeat. Multi tamen in dubijs, atq; asperis rebus ad hostem dum declinant, necessitatem causantur: quæ sæpissime uoluntas est. Hos quis dubitet defectiõis culpã debere luere? Sed excusanda necessitas est, dum talis fuerit, cui alia obsisti rõne nequeat. Quamuis & necessitas aut fame aut desperatione aliquãdo uicta ipsa fuerit, atq; ex uicta uictricem causam fecerit. Bello Neapolitano quod Ioannes Andegauiensis contra Ferdinandum gessit, aliquot oppida q̃q̃ longa obsidione ac fame coacta, nõ prius ab hoste cõditionem acceperũt, q̃ capiendæ illius ius potestasq; a Ferdinãdo facta ẽet, fidelitatis iure hoc modo exoluto. Sed in omni perfidiæ atq; obediẽtiæ genere plurimum barones peccant, dum aut Regis fortunæ communicare suam nolunt: aut ampliandorũ finium gratia nouis stu dẽt rebus, sua parũ sorte cõtenti. At de hac fidei, atq; obediẽtiæ parte, satis hic dictum sit, plura apud iuriscõsultos qui suas de ijs tulere sententias.

De præsidum administratorumq; obedientia.

Dministratorũ ac præsidum una fere regula est, ea
a ut agãt atq; obseruẽt: quæ præscriptis cõtinent, & formulis cauta sunt. Inspicere aũt hoc primũ debẽt, ut cui muneri præfecti sunt, eius teneãt formulã, quã sequẽtes peccare uix poterũt. Cũ eñ formulis ipsis certa regula formaq; præscripta sit, illis qui paruerit hic uel obseruantissimus necesse est inueniat obedientiæ, ac fidei cultor difficillimumq; sit labi illum, aut decipi in aliquo, præterq̃; si spõte id uelit: aut omnino iners, atque ignauus fuerit.

An semper formulis parendum sit.

Oc loco quæri solet, parẽdũ ne ubiq; sit formulis: cũ
b fieri possit: & nõnũq̃; cadat, ut dãno futurũ sit domino, si ad præscriptũ minister egerit. Item si ex relicta mãdati forma magna forte offerat utilitas: num cõmittendũ sit, ut illam quasi e manibus elabi sinat. Quade re & a ueteribus sæpe, multũq; dubitatũ est. Fuerũt eñ qui sentirent aduersus traditã semel mandati regulã nihil prorsus agendũ esse: etiã si fortuna, aut casus aliquis lõge cõmodius agi posse polliceretur: quippe cũ si parũ successisset ut pœna luenda nõ sit subeũda tñ culpa esset (q̃ cui nõ pudenti homini, beneq; instituto grauis & acerba est?) Atq; ut bene foeliciterq; negociũ gestũ esset, cauendũ tñ exemplũ: nec cõmittendũ, ut corrumpẽdi mandati documẽtũ præberetur aliis: quod esset in omni re administranda perniciosissimum. Alii iudicauerũt fortunam sequendã esse, amplectendãq; occasionem, quã dii immortales obtulissent: nec timeri pœnã oportere, ubi rei bene gerendæ certa spes uideretur. Quod quomodo sine periculo, & infamia fieri possit, uix uideo: cũ fortunã quæ incerta est, certo imperio mutari necesse sit. Quocirca uoluerũt, anteq̃; ipse aggrediare, illinc damnum: hinc emolumenta exactissime pensitari & quasi in trutina suspẽ

di. Initaq; ratione, tum licere fasq; esse aduersus præscriptũ agere, ubi ex eo relicto incommodi parum, utilitas uero adeo multa magnaq; futura apparuerit, & spes q̃ possit firma certaq; peragendi negocij: parum enim prudentis esse ministri occasione nõ uti: dominiq; sibi ipsi nimis tribuentis q nulla nec tẽporũ, nec fortunæ ratiõe habita, nisi quod semel imperauerit & quomodo iperauerit, nihil aliud fieri omnino uelit. Sed & Manlius Torquatus, is q in filiũ q̃q̃ uictorem securi animaduertit, deterrere eũ primis potest eos: qui duri inexorabilisq; ingeniũ dominos habẽt? Et publius item Crassus, q̃q̃ minore in re: is eñ consul Asiam prouinciam tenens, cũ Leucada oppugnare uellet, ad architectũ quendã Atheniensem, ut historiæ meminerũt, scripsit: imperans, ut ex ijs malis qui illic essent, maiorẽ statim ad se mitteret: uellet enim arietem ex eo facere. Faber ut erat ingenio solerti, non maiorẽ, sed quem faciendo arieti aptiorẽ iudicabat, misit, existimans consilium quoq; suũ requiri. Quo facto cõsul arbitratus & suã & populi Romani maiestatem despectum iri, si nõ opera, qualis imperata esset: sed cõsilio dictis suis satisfieret, accersitũ illum ad se, grauissimeq; increpitatũ uirgis cædi iussit. Huic Publij Crassi consulari iudicio ciuiles quoq; leges multis in causis cõsentiunt: ne quibus gerendi negocij, peragendiq; mandati cura tradita ac permissa est, eorum improbitati locus atq; exemplũ detur: si statutam semel rem mutare libere atq; impune licuerit. Verum cũ sint diuersa negociorum genera: quædãq; magis requirant gerentis prudentiam, q̃ mãdantis definitionẽ, præsertim ubi datæ formulæ nihil particulatim præscribant, quas qui tulere, impossibile est, ut quando, quoue modo futura quæq; res esset, aut prouiderent, aut definirent. Tolerabile certe fuerit: si quod ex præscripti obseruatione futurum est dãnum in gerendis negocijs minister prohibeat: cum in administrã

dis domini rebus non debeat fides uacare prudentia: ac difficile sit fidelē inueniri ministrū qui idē prudēs non sit atq; industrius. Ipsi scimus in prætorio regū Neapolitanorum: cuius multos iam annos præfecturam gerit Nicolaus Antonius Capuanus integerrimus uir: & iuris Romani consultissimus, ubi de regio censu rōibusq; cognoscitur, laudari ac pbari solere ministros eos: qui q̄q̄ aduersus munerū suorū decreta, utiliter tñ rem gessissent. Nam cū ferendarū formularū præcipua fuerit causa, ut recte, ut utiliter, cū honestate tñ gereret ærarium: ac neglectæ utilitatis ratio exigi soleat. Quis hoc pro loco tñ ac pro tempore non probet? ubi utilitas magna ipsa prælucecat: eamq; speciē præseferat: quæ minime uideat spem frustratura. In quo tamen singula sunt circunspicienda, metiendaq; exactissime: & utilitas ipsa quasi manutractāda. Meminisseq; oportet in omni ratione reddenda, nō minus prudentiæ, q̄ fidei, obedientiæq; rationē habendā esse: sine qua mancæ illæ esse uideātur. Et illud inspiciendū est, ne quid omnino agat, quod sit contra principis ingenium, illiusq; offendat animū. Etem minime prudētis immo & temerarij aduersante domino audere aut tentare aliquid, licet id futurū esset per se laudabile. Nā nec semper, nec ubiq;, nec apud omnes satis est recte tantū, atq; utiliter rem gessisse: & Principū negocia nō ex ministrorū sententia, sed suo ipsorū arbitratu gerenda sunt. Etenim miles, q̄uis fortiter manū conseruit: tamen si contra ducis imperium cum hoste pugnauit, nonnunq̄ capite pœnas luit. Igitur & hoc diligentissime cauendū est, & probe uiuēdū, ne qua in re liberaliter ac magnifice agi a domino iussum fuerit, in ea modicū se, aut sordidum: aut parū certe splendidum pro illius imperio minister gerat. Legimus Iulium Cæsarē animaduertisse in panicerū, quod aliū, q̄ sibi panē appposuisset cōuiuijs. Alfonsus a nitore ac magnificentia mini

ſtros laudare cõſueuit: at modicos ac ſordidos ſtomachari.

Quibus modis peccetur.

C Vm autem præceptũ omne partim imperet: partim uetet, atq; deterreat: atq; altero opa exigatur: cauere alterũ, & cõtinere iubeat: in illoq; peccetur impe ratum quod ſit minime faciendo: in hoc contra imperium nitendo. Prioris uitij non ſemper aperta uoluntas, ſed tum negligentia, tum ignauia cauſa eſſe ſolet. In poſteriori late regnat, nunc contumacia, nũc improbitas, & quæ uim obedientiæ labefactat ut quaſi demoliatur, & euertat illam, temeritas. Conſueuit & in hoc quoq; perſæpe peccari: quidam dum uideri uolũt quamobedientiſſimi, ultra præcepti uim nituntur: & ſupraquam iuſſum eſt, agunt. Nonnulli præſcriptum ipſum argutius interpretantur. Sunt qui nec ſtatuti temporis: nec datæ regulæ ratione habita, tantum ſint de re ſoliciti. Alij dum præcipere principis imperium uolunt, & illius uoluntatem ſuſpicantur (quod tamen prudentis eſt aliquando) eo labuntur, q parum ipſi penſitant: an domino talis ſit ars placitura. quid q dum uideri ſolertes ſtudent improbantur: ut qui uelint præuidere magis q̃ oportet: & ſapere: atq; ubi fortaſſe minime opus ſit: appa retq; eos non tam ad uſum domini rerum, q̃ ad ſui opinionem quæ agunt referre. Interpretari uero præcipientis imperiũ plærũq; eſt calũnioſi, ac tergiuerſantis hominis. Vera namq; obedictia aperta eſt: nec anfractus quærit, ſed ſua & recta pgit uia. Cato portius reprehẽſus eſt q nimis effracte defenderet ærariũ: cuius iura tuenda ſunt: remouẽda tñ auaritiæ ſuſpitio. Petrus biſuldunus hõ maleficẽtiſſimus, dũ regij ærarij locupletãdi gratia, diuĩa et humana pmiſcua hĩ,

liberalissimi principis famæ non parũ detraxit. Itaq; Alfonso mortuo uitam traduxit contumeliarum plenam: quippe quem ueluti tabidum, pestilentemq; omnes fugitarint.

Quæ sint ab ærarij ministris uitãda.

e Ademq; lex est ampliandi ærarij: quæ & rei familiaris: utrunq; licet salua iustitia & honestate. Cauenda tamẽ sunt sordida. Quædam enim quæ priuatum hominẽ, & humili agẽtẽ in loco fortasse decuerint, quis dubitet principibus ministrisq; principũ fore sordidissima, dedecorãtibus seq;, remq; publicã, ac principis maiestatem? Ipsi nouimus regulos quosdã, quos pudeat nominare, tã improbe auaros, ut ne ab alijs q̃; a ministris suis etiã quæ alendis corporibus necessaria sunt uenderẽtur, publico edicto cauerit: quod quidem tyrãnorũ est. Carolus malatesta princeps Ariminensis dicit Pincernã suum usq; ad excandescentiam obiurgasse: quinetiam uerberasse: q poculũ, in quo musca desederat pauimento effudisset, potuisse enim muscam tũ gladiolo, tũ frustillo panis uino eximi. Sed quid de illo tibi persuadeas? qui ut a maioribus accepi, offensus Virgilij gloria, statuam eius quæ summo in honore habebatur a Mãtuanis, deijci a militibus quibusdã suis iusserit atq; in flumẽ abijci: haud parum ipse magno illi Alexandro absimilis, qui thebana direptiõe parci pindari poetæ domui posterisq; iussit: immo & hoc Phalaride ipso deterior, q statuam quam Mãtuani sua in urbe tot ante sæculis memoriæ ciuis de patria benemerentis posuerant, mergi in fluuium iussit, plebe, patribusq; inuitis, & diuorum, atq; hominum fidem implorãtibus. At Phalaris uel templum ædificãdum Sthesicoro curauit, suasitq; diuinos illi honores in urbe patria habẽdos: oblitus grauem eum, & capitalem olim sibi fuisse inimicũ, tantum celebratissimi poetæ musis memoriæq; indulsit. Robertum Regem Neapolitanorum a quo multa, & pessima

auaritiæ exempla in nostram usq; ætatem defluxere, ppter auiditatē ingenij, & pecuniæ studium uehementius hodie quoq; fiscalem cognominant. Horum principū ministri, si illorum secuti fuerint auaritiam & iniusta imperia: quis dubitet paulatim fore, ut latronibus sint pernitiosiores? Et recte profecto quidam regum eos Harpyas uocauere.

Quæ præcipue cauenda sint a consiliarijs.

ET quoniam ira magna maiestatis labes est, nec tam in priuatis hominibus turpis, q̄ i principibus pernitiosa & detestabilis, q ab ea facilis sit ad crudelitatē prolapsus, uidendum est id aliquis ne committat, quo princeps irasci iure possit: quod tum cæteri oēs cauere semp debent: tum uel maxime qui consiliarij uocantur, & e senatorio sūt ordine. Alij eñi siquid forte peccauerint, & sæpius q̄ hi corrigere, & facilius possunt. At consiliariorum culpæ quamuis mediocres fuerint, tamen quia magnorum solent esse malorum causæ, capitali plærunq; supplicio puniūtur. Quibus quidem, ut mihi uidetur duobus potissimum opus est: taciturnitate in omnibus, & in dicendis sententijs rectitudine. Nam quod est apud Terentium. Obsequiū amicos: ueritas odium parit, id fortasse locum habeat apud tyrannos: apud quos ueritas minime tuta est. Regum autē propria est ueritas, a qua cum recta proficiscantur, & certa consilia: contra uero ficta ac uana, cum sint parum diuturna, nihil habentia nec solidi, nec certi: pro ea defendenda contendendum est, dum talis sit contentio, quæ ueritatis maxime studium indicet. Et quoniā sæpissime de rebus dubijs cōsultat̄: odio, amicitia, ira, ac misericordia, ut ait apud Salustium Cæsar, uacuos esse decet: quæ ubi adfuerint, difficile est uerum cernere, ac sequi. Quamobrem & hi, & cæteri affectus, qui contra rationem nituntur, & impellūt animum, longius ab ijs repellendi sunt, & in consulendo, et in

indicando: quos quoniam nunc suadere, nunc dissuadere opus est: ac non modo sua confirmare: sed refutare quæ ab aliis dicantur, quo ueriora quæ dicunt appareant, magisq; in aperto ponantur: tempora distinguent tam belli q̄ pacis: rerum naturam contemplabuntur: causas quærent, euentus metientur: exempla proponent, & quid de re quaq; cōsequi soleat, & obseruabunt, & meminerint. Ferunt patrū nostrorum memoria fuisse e consiliariis Ferdinandi Regis Tarraconensium, aui huius nostri Ferdinandi Bellingeriū Baltasinum, uirum sane magno ingenio: singulari doctrina summa prudentia. Is quotiens de dubia re aliqua, aut maxime graui negocio consultandum esset, post cœnam iocabundus familiares suos conuenire omnis iubebat: propositaq; aliqua ficta questiuncula, haud tamen ab re: rogatisq; singulis sententiam dicere, perscrutabatur cuiusq; iudicium. Quibus postea sententiis collatis inter se, & diu multūq; pensitatis, facile inspiciebat, quænā esset sententia uerior, magisq; accommodata. Hoc modo instructus, & ficta ludicraq; ad uera & seria transferens, primas semper inter cæteros cōsiliarios, & in regio senatu partes tulit. Et quoniā in consiliarios incidimus, debent eorū cōsilia uera esse, fidelia, amica, honesta, accommodata, profectaq; nō ab affectu, ac perturbatione aliqua: nam dubitādum non est: quin præter rectū ac bonum consulat, qui irato, infensoq; aīo ad consulēdum accesserit. Cōsilium tñ misericors uenia dignum esse solet. Necessitudo uero, & familiaritas in illis præsertim rebus quæ ad ciuitatis statum, ac publicum pertinēt bonū, nūq; debet plus posse, q̄ ratio, q̄ iustitia, q̄ patria: nam libido cum sit pessima cōsiliorum ministra, nihil suadere nisi perperam, & inique potest.

De utili & honesto.

E T quid nonnunquam de utili & honesto disceptatio incidit, an uincat semper honestas. Poterit fortasse utilitatis tanta uis esse: & tali in causa, ut sit aliquando ab honesto declinandum: parum tamen, & sine graui infamia. Nam si est, quatenus amicitiæ uenia dari possit, ac si qua fortuna acciderit: minus iuste uoluntates amicorum adiuuandæ sunt. ut Cicero noster inquit. Cur non hæc eadem uenia: & maior etiam, tum patriæ: tum regi, qui patriæ pater est dari possit. Et cum de amici aut capite agitur, aut fama, si declinandum est de uia, modo ne summa sequatur turpitudo, non uideo quare eum manifestum patriæ excidium immineat: cuius iura longe præferantur amicitiæ, eadem lege de uia declinandum non sit, & in publicam utilitatem consulendum. Quod si ut Theophrastus etiam disputat, exigua famæ iactura facienda est, paruaque turpitudo subeunda, dum amici rebus uehementer id conducat, cur non hæc eadem uel turpitudo uel infamia & maior fortasse quam pro amici re subeunda sit, si dei causa agitur: si de religione actum iam sit, nisi hoc pacto eidem subuentum erit? Quæ enim est ista iniquitas, pro tutanda religione, quæ & uera, & perfecta honestas est, ac pro seruanda christiana Republica, nolle pati aliquid de honesti forma, cultuque detrahi? cum & pudicissimis matronis ludis quibusdam permissum sit saltare in publico? Et profecto eadem ipsa honestas: quod leuioris hic damni passa est sibi rependit ac compensat cum maiore alia grauioreque in tutandis aris atque focis honestate: cum etiam idipsum famæ quod quasi amputandum est repullulet & in alios, ac proceriores ramos exeat. Qua enim e re uel maior, uel firmior, uel homine dignior, quam ex defenso dei cultu comparari fama potest? Ergo cum publica utilitas plus nimio grauata est, honestatis autem ac famæ labes, aut minima aut certe plenis futura, permissum forsitan fuerit, declinata pau

lulũ honestate consulere in communẽ ciuiũ ac patriæ usum. Nã ut idem Theophrastus inquit: magnũ pōdus æris parua lamina auri fit preciosior. Qui cũ Catilina cōiurarũt capti cōuictiq; contra legẽ portiã ac leges alias quæ de cōdẽnatis ciuibus non uitam eripi, sed in exiliũ mitti iubebant, scelerati facinoris morte pœnas dedere: præsens enim futuraq; utilitas (q̃ id erat cessurum exemplo minoribus) tanta tunc uisa est, ut ad genus pene nouum decernẽdum coegerit. M. Iunius dictator, afflicta Cãnensi clade re romana, ad ultimum prope desperatæ Reipublicæ auxiliũ, cũ honesta, ut inquit Liuius utilibus cædunt, qui capitalem fraudem ausi: quiq; pecuniæ iudicati in uinculis essent: qui eorum apud se milites, ut ipse dixerat facti sunt, eos noxa pecuniaq; exoluit: eaq; ad sex millia hoĩm fuere. Hic utilitas honestatẽ uicit: immo honestas utilitatẽ secuta est. Huiusmodi exẽplum hodie quoq; & Reges & liberi populi in aduersis atq; aspe ris sequũtur rebus. Nam ubi aut fugatos exercitus premente hoste restituere: aut classem instruere contra repentinos incursus uolunt: qui capitalia ausi sunt, si arma cœperint, si naues ascenderint, publico edicto noxa eos exoluunt. Meminisse tñ oportet sanctissimũ uirum Paulum statuere nō esse facienda mala bonorum gratia.

De temporũ obseruatione.

q Vanquam autem instructam paratamq; obedientiã esse oportet: quæ prima laus est eius, incidũt tamen sæpe multa, quæ diu quidem multumq; pensitanda sint: & priusquam fiant, imperantis uoluntas iterum, tertioq; sciscitanda, cum propter illa quæ repente incidũt mutari sæpe soleat.

An sit mentiendũ reipublicæ gratia.

q Væri etiã solet num obediẽtiæ id est Reipublicæ, regisq; gratia sit aliq̃ñ mentiendũ: cũ in hoc uitio late

regnent

regnēt fraudulētia & uanitas, duo turpiſſima uicia. Licet aūt colenda ſemp ſit ueritas, poterit tñ tāta interdū uis eſſe tum rerū tum tēporū ut ea prorſus ſit obticēda. Eſto militaris lex, quæ iubeat nubilē de hoſte captā pſtituere: nuptam uero marito reddi intactā: contingatq; aliquē capi a populatoribus cū ſorore, quæ ignoret ſoror eſſe. Interrogatus ille, an quæ ſecū abacta ē nupta ſit: nimirū nuptā eē reſpōdebit. Quis em̄ nō duxerit præſtare, mēdacio uti, honeſtiſſimæ rei cauſa, q̄ uidere ſororē uirginē ingenuā, inter ſcorta quæſtū agentē? cū ſapientis ſit: e duobus obiectis malis minus ſemp eligere. Licitū ergo fuerit Reipublicæ regiſq; qui patriæ pater eſt: gratia, aliqñ & mētiri, q̄q̄ qui pro loco ac tempore, & cū cōſilio uerū obticet: præſertim ubi de regis ac regni, patriæq; ſalute agiť: non uidetur is quidē mentiri: aut ſi mēdacio utitur, nō ſtatim mendax uidetur: cū prudētis hoc ſit & utilitatē neceſſitatēq; cū uero falſoq; penſitantis. At mēdacitas ingenij eſt omnino uani, nugacis, futilis. Quid ſi coactus neruo, fune ue torqueatur? Violentum hoc eſt: q̄q̄ ut eſt apud Tragicum: cogi qui poteſt neſcit mori. Et qui in hoſtium caſtra urbemue explorator tranſijt: quod militaris iubet diſciplina, patefaciet ne hic rem, ſi ab eo quæſitum ſit: ut indicio ipſe ſuo pereat? Qui ſi ſe indicet ne mihi uerax is fuerit ſed ſtultus: incautus: ac ſuiipſius parricida: & Imperatoris conſiliorum ac fidei proditor. Non omnis tamē neceſſitas tantū in bonis uiris habere iuris debet, ut aut apud quoſq;, aut quocunq; in periculo: aut quauis de cauſa mētiendum ſit. Medici uel iureiurando adacti ab ijs de quorum ſalute ſoliciti ſunt, bonam eis ſpem pollicentur: ac tametſi grauior diuturniorq; ualitudo appareat: iamiam ualituros promittunt. Contra q̄uis leuior morbus fuerit: tamen ſi uiderint operam ſuam ab ægroto negligi: nec admitti curationē periculoſas acceſſiones & dolores grauiſſimos emētiunť.

Quod quidem tantũ abest a mendacio, ut uirtus hæc sit, et laus medici: quẽ non modo peritũ esse oportet, uerum etiam prudentẽ. Ad hæc ueritas ipsa non adeo nuda semper incedit: quod poetis placet, ut non aliquando sese ipsa uestiat. Quod & Habraam & sacræ docent historiæ. Quinetiam nunc simulare nunc dissimulare prudẽtis est, ut in rebus dubijs atq; aduersis: & ubi fortuna uariat. Cuius rei multa & magna extant exẽpla: quæ tñ referenda sunt ad finẽ. Nam & leges hominẽ occidunt: nõ ut occidãt: sed ut puniantur scelera: & boni sint in ciuitate securi. Quid illi, q tũ confessores, tum prædicatores dicunt (q̃q̃ ex omni genere hominũ nulli turpius est mẽtiri q̃ sacerdoti) ubi rõne alia cõprimere hominũ improbitatẽ nequeũt, nonne multa, & quidem admirabiliter fingunt? Græcus olim adolescens, ut Hieronymus refert, in cœnobio cũ esset: nulloq; q̃uis graui labore defatigati quotidie corporis temperare posset libidinem. Huic iam cedenti, & uicto cœnobitarũ pater rõne hac tulit auxiliũ. Virũ quẽdã annis grauem ac moribus ad se uocat: suũ illi cõsiliũ aperit: id aũt erat ut iurgijs atq; cõuitijs q̃ posset, quodq; ipẽ iuberet, insectaretur adolescentem: & post irrogatam iniuriam reum iniuriarum ageret. Quo facto cũ ad dicendum testimonium uocati e conuentu quidam essent: & illos pater iussit contra innocentem reũ dicere: ratus adolescentulum hac animi solicitudine dũ plurimos dies in iudicium trahitur, & causæ indignitate agitur, remedium morbo inuenturum: & quod operosus corporis labor præstare non potuerat, acrem animi dolorem præstiturum. Quis commentum hoc patris non probet, & accusatorem testisque eos non absoluat modo: uerum etiam mirifice commendet? Ipsi scimus, qui multos iam annos in militia agimus q̃ sæpe magnæ seditiones grauiaque pericula arte hac & comprimantur & auertantur in re militari

& bellica. Morum quoque magistri permulta aut ipsi fingunt: aut ab aliis audita referunt. Seruant hoc idem parentes, cum & apologus & fabula concessa sit: quae & sequi mores, & pingere uitam, nata est, ut inquit Horatius.

De oratorum obseruatione.

ET ut ad formulas mādatorum redeam: dura imprimis est oratorum prouincia: nam cum mandata peragenda sint principis: primum difficile est illa peragere. Deinde potest tanta repēte fieri rerum commutatio: ut peragi quāq; possunt: minime tamen debeant: quod cum illis etiam consilium mutandum esse uideatur. Et tamen contra mandata niti, sit non absque capitis discrimine: dominumque consulere res tempusque minime patiatur. Alfonsus Ferdināndi pater, nihil nisi ex praescripto, ac definito agere legatos suos unquā uoluit. Filium ego saepissime audiui laudantem oratores suos, quod pro re, ac tempore consilium coepissent: nec passi essent interim dum animum sciscitarentur suum, bene gerendae rei praeterlabi occasionem. Dux Mediolanensium Philippus, ut de maioribus accepi, oratores saepenumero absque mandatis ullis a se dimittebat: illud duntaxat praemonens: ut quid acturi essent: scire indies suas per litteras expectarent. Quamobrem dura legatorum, ut dixi, & discriminis plena prouincia est. Ferdinandus mandatis traditis illud fere semper abiicit, ut casus habeatur, ac temporum ratio. Iudicat enim cū multa nō diebus tantū singulis, sed pene momentis praeter opinionem succedant: nunquam satis edoceri atque instrui oratorē posse, ad extremas praesertim terras profecturum. Pater eius ne minimū quidē passus esset oratorē a mādato recedere: aut audere aliquid se inconsulto. Hic cum de pace ageretur foedereq; faciendo cum Francisco Sfortia: q

per id tempus Picenum tenebat, irrita habuit omnia quæ Ennecus Geuara purpuratorũ maximus cum illo cõposue rat, ꝑpter pauca quæ non erãt ex formula. Ille cõmendauit Antonellum Petrutiũ amplissimũ uirum, ꝙ in conciliando Ioanne Antonio Tarentino, temporũ fuisset conditionẽ secu tus. Quamobrẽ in fungẽdo oratorio munere, uix unq̃ pec cauerit, qui principis ingeniũ moresq; ꝓbe nouerit. Nã & ex præscripto agẽs, domini morigerabitur uoluntati: et ubi pro re ac tempe consiliũ cœperit, ab officio nõ recedet, cum sciat domino placiturũ consiliũ: qđ utilitas certa pepererit.

Quæ seruanda sint a præfectis prouinciarum.

b Orum qui moderandis populis, prouinciisq; regẽ dis præfecti sunt, una oĩm hæc est ratio: legibus ut pareãt: & publice priuatimq; iustitiæ seruiant. In qua reddenda tria præcipue seruãda sunt ab eis. Primũ ut inspiciãt, quæ regis supremi ue magistratus uolũtas sit. Se cundũ qđ aut regni, aut ciuitatis priuata iura statuãt. Ter tiũ quid iura cõmunia & imperatorum sanctiões decernãt. Decreta enim regni legesq; municipales, quas tum consti tutiones, tum statuta nominant, ciuilibus legibus in ple risq; præferuntur: placitum regis illis, cum illa ius scriptũ sint: domini uolũtas lex loquens. Quãobrem in causis gra uioribus oportet uel regem ipsum: uel supremum magistra tum consulere. Nam qui aliter egerit: is cum sibi plus ar roget, q̃ quod suæ partes ferant, obedientiæ fines uolens egreditur. Hoc etiã seruandũ uidetur, quotiẽs causæ dubiæ sunt, & leges ancipites. Alfonsus Ferdinandi filius, Cala briæ cum præesset cum imperio, paucis admodum in causis iudicauit nisi patre prius per epistolam cõsulto. Etenim ali quando quæ priuatim ac per se, iusta apparent, ubi in com mune consulitur, iniqua uideri solent. Ad hæc nõ omnia cõ prehensa sunt legibus: & tempora nonnunq̃ legibus præ

ualet. Quibus omnibus rex ipse multo melius, ac sanctius prospiciet: qui & singula cautius metitur: & pluribus simul consulit.

An parendum sit decreto quod iniustum uidetur.

P Otest tamen in dubitationem cadere: an si decretũ principis iniustum uideatur, parendum sit ei. Multaq; in utranq; sententiam dici possunt. Nã & regis uoluntas lex est: cuius præsides ministri sunt: & iustitia uiolanda non est: cuius tuẽdæ gratia creati sunt reges. Sed ubi princeps is fuerit quem esse deceat: uix hoc in dubium ueniet. Quippe qui nihil neq; prius exiget a prætoribus: neq; exactius: quam ut iustitiam colant. Tyrannorum sunt iniusta imperia. Et tamen quoniam reges homines sunt: & uinci affectibus, fallic; ab alijs possunt: non debet præfecti obediẽtia uacare, prudẽtia: p quã & mutare principis animũ poterit: & se liberare cõtumacia. Leginius imperatorẽ Caium, quosdam iussisse interfici: quos postea desiderauerit. Audiuimus Nicolaũ Quintũ pontificẽ maximũ cũ accusaretur Angelus Ronconius tribunus militũ: q Seuero fugiẽti atq; undiq; clauso, iter liberũ per Tyberim permisisset, in cubiculo quiescentẽ iussisse uesperi lege in illum agi, mane uero ubi exprectus fuisset, dixisse his q aderant uelle se angeli cãm cõsultius cognoscere: cui cũ respõderetur fuisse iam in illum intempesta nocte securi animaduersum, incredibili esse dolore permotum.

Imperata quædam non statim esse facienda.

A Dmonemur etiam ab eo quod nup accidit, nõ semper q̃ impata sunt, statim esse facienda, ab ijs præsertim: qui arcibus præfecti sunt: potissimumq; belli tempore: ne dum parere student domino, arcẽ per imprudentiam hosti prodant. Federicus comes Vrbinas cautissimus dux: & bellicis rebus abũde clarus, uicto fugatoq; Si

gismūdo malatesta qui plurimis oppidis in Aemilia, picenā umbriaq; imperitabat: cum Verruculi arcē obsideret, natura & manu munitissimā nec expugnandæ illius spes esset aliqua, arte præfectū aggressus: noctu clā p idoneū hominē Sigismundi nomine, adulterinas illi litteras reddi iubet: in quibus diē statuit, qua missurus auxilia ad eū esset. Interim bonū habere animū iubet. Itaq; ubi haberi litteris fidem a præfecto uidet, milites ad diem dictam mittit. Quibus intra muros acceptis, confestim arce potitus est. Hoc facto Sigismundi res protriuit atq; afflixit adeo, ut de illo actū fuerit. Quāobrē & qbusdā iussis statim paredū nō est: & belli, ac pacis tpa cōsiderāda sunt. Pōt. n. rerū cōmutatione fieri, ut nisi per inobedientiā manere subiectus in officio nequeat.

a C de his quidē hactenus disputatum sit: & si pluribus fortasse q̄ res hæc exigebat. Licet autē qui iuri dicēdo præfectus est, si perperā quid agit: iniustus sit atq; improbus: tamen quia legibus aduersatur, & male optemperat: quid prohibeat inobedientem illum, & contumacem dicere? cum permissum sit eandem actionem diuerso a fine secundum diuersam rationem nominare.

Respondetur quibusdam obiectis.

f Cio ego dicturos aduersus hæc duriores quosdam philosophos: qui ubi supercilių obduxere, cœperūt q; de moribus uerba facere, nihil uideas eis tristius Iam enim uirtutē ipsam asperā, incultā, horrētem, nihil habentem lene, nihil pro tēpore mutantē de sententia: sed uno eodemq; semper uultu, affectu animoq; esse uolunt. Quid q̄ hominē obliti, nunc silices nos esse uolūt, qui nihil omnino moueamur: nunc deos, qui labamur, & peccemus nunq̄. Ego uero hominem me esse fateor, uiuentem in ciuitate cœtuq; hominum: multisq; quottidie occupatū, ac metientem non actiones ipsas modo: sed tempus, locū, personam, nego-

cia: nec contẽptum præsentibus, nisi & futurorum rationem habeam: qui uirtutem ipsam lænem, mãsuetam, facilẽq; pro tempore existimẽ: ac patientẽ aliqñ nos paulũ a uia deflecte re, & per calles incedere: haberiq; nõ solum sui rationẽ: sed rerum quoq; plurimarũ, & domesticarum & publicarum. Dicãt igitur illi quidẽ aduersus hæc ut uolũt, dũ ego uirtu tem ita sequar: ut non ab ea tanq̃ a tyranno quodam cogar traharq;: sed illam ueluti mansuetissimum aliquẽ, & prudẽ tissimum patrẽfamilias colam, & obseruem.

Incipit Liber Quintus.

Narcissus theologus tã tenaci uir memo ria: ut tota interdum ueterum tũ theolo gorum tũ philosophorum uolumina me moriter quidẽ, & eodẽ quo scripta sunt ordine ac tenore reddat. Tali aũt igenio ac tãto studio ut nõ sit aliquod honestæ doctrinæ genus, qđ cũ magna etiã laude assecutus non fue rit. Nup me cũ e Neapoli in Aemiliã ad castrẽsis hos labo res ꝓficiscẽtẽ dimitteret, ubi complexus fuisset: & de abeũ tis desiderio collacrimatus aliquãtũ. Ego te inquit, nõ quod oratores ac poetæ tui faciũt, aut ualere aut gaudere: sed te ipsum ut noscas iubeo. Nã neq; tibi a me ualitudo est optan da corporis: quam parce, abstinenterq; uiuendo, tute lar giare tibi, uix exigua medicorum ope indigens, nec gaudiũ tantam habere uim intelligo ad bene in uita agendum: ut sa pienti gaudendum, q̃ dolendum esse magis iudicem. Cum plurima quotidie in hominum rebus incidãt: quæ idem hic sapiens dolere potius debeat ac miserari: q̃ ridendo ea, uo luptatem inde capere. Quamobrem teipsum ut noscas iu beo: ad quod tua te sponte magis animatum esse uideo, q̃ ꝗ delphicum hoc reare: aut demonis alicuius: neq; apolli nis tã authoritate, q̃ ratione ipsa moueri te certe scio. Quã

obrem cum monitũ hoc doctissimi uiri eiusdemq; amicissimi mecũ ipse reputẽ, plane uideo si noscere me ipsum uelim, primum quidẽ cernendũ esse quẽ me statuã: & cuius muneris colendi, efficiendiq; causa sim in lucẽ editus. Cũ igitur diuinus atq; immortalis incolẽtibus hũc terræ globũ hominibus datus sit animus, quo illa quæ supra sunt posita contẽplent atq; ut hoc corporis domicilio collocata mens naturã, atq; originẽ respiciat suã, sẽtio me rationalẽ esse, atq; ex optima parte diuinũ. ad me etiã pertinere, ut ab obsequio indulgentiaq; corporis secedentẽ (quod q̃ fragile sit, & caducũ uidemus omnes) ducat animus: cœlestiũq; ad se rerũ contẽplatio rapiat: quam rem primã mei cognitionẽ esse duco. Et cũ corpus hoc nostrũ sit ueluti templũ in quo animus sacerdotio fungatur, sentio primũ ac maximũ munus cuius sim gratia genitus illud esse, deũ ut uenerer: hunc ut mihi propitiũ faciam: huic ut gratus, acceptusq; esse studeã. nullum aũt deo sacrificium esse potest acceptius, q̃ mens sana: innocens animus: uita proba. Sanitas uero mentis est diuinarum rerũ cõtemplatio atq; cognitio. Animi innocentiam, quidnã aliud esse dicam, q̃ uoluntatem rectã ab æquo honestoq; minime recedentem? Nam uita proba est, ita quidem uiuere: ut nihil agas, cuius sit postea pœnitẽdũ. quod tum assequere, cũ turpes fœdasq; actiones ꝓhibens (inde enim nomen ipsum probitatis ductũ est) & patriæ, & cognatis & ciuibus, & cæteris omnibus benefeceris. Benefaciendi autẽ tam latus est campus, ut eius materia deesse possit nemini. Hoc igitur humanissime Roberte agamus omnes: in hoc laboremus: hoc sibi mortales certamẽ proponãt: in quo uel uincere operæpreciũ est: uel uinci non indecorũ. Quis igit̃ digne laudare illos poterit, qui nõ cõtẽti tantũ bñfecisse dũ uiuerẽt, monumẽta quoq; nobis reliquerũt: quibus recte instituti atq; informati facilius id assequeremur: & contrariũ melius cauere

mus. Nam q̃q̃ nemo nisi uolẽs malus est, tamẽ ne honesti bo niq; deciperemur specie, uiuẽdi leges cõscripsere: & q̃d re ctũ aut prauũ esset, plane scriptis suis expressere: & ne ma litia grassari posset: ĩproba ue ĩpugne fierent, magistratus etiã cõstituere: q̃ seruandis legibus præpositi, ciues ad hone sta inuitarẽt: ꝓhiberent a turpibus. Quãobrẽ quoniã supe rioribus libris de illis obediẽtiæ officijs disputatum est: quæ primũ in sua cuiusq; domo. deinde a subiectis faciẽda, ac ser uanda sunt, placet sequenti libro de priuatorũ obediẽtia er ga magistratus & eos qui publicas res tractãt, dicere: ne ali quid prætermittamus quod ad domesticas ciuilesq; res per tinere uideatur.

De magistratibus & priuatis ciuibus.

Vemadmodũ parẽdum esset regibus a ciuibus, ac populis: & quid seruãdũ ab ijs sit, superiore libro sa tis explicatũ arbitror. Venio nũc ad illã obedientiæ partẽ, quæ reliqua est: & ad priuatos ciues pertinet: ut hac absoluta, & ad militarẽ obedientiã oratiõe translata, operi modũ statuã incepto. Eorũ qui in una ciuitate, ac sub eisdem uiuunt legibus duo sunt genera. Alij nãq; priuati ciues, alij magistratus uocant. Sunt aũt Magistratus qui Reipublicæ gerũt munera. Quæ diuersa cũ sint, diuersos quoq; magi stratus esse necesse ẽ: atq; alios quidẽ minores: maiores alios Sed in omni Republica unus aliquis maximus est: atq; am plissimus magistratus, cui cæteri omnes pareãt. Qualis Ro mæ consulatus fuit, aut dictatura. Ipsorumq; magistratuũ alij sunt perpetui. Alij definiti ad diẽ statutam. Minores igi tur magistratus parere maioribus debent pro cuiusq; mune ris dignitate, atq; amplitudine. Priuati aũt ciues illis omni bus, qui publicarum rerũ moderationi præpositi sunt. Qui quoniam tum ciuitatis tũ regis personam gerunt, uereri eos oportet & honore afficere. Nam si ut poetæ inquiunt, ex ho

nore ac reuerẽtia orta maiestas est. quæ in iis esse cernit qui magistratus dicunt, hi uel mirifice honorãdi sunt a ciuibus. Quippe cum totius ciuilis obedientiæ fundamentum in colendis magistratibus, qui publici patres sunt, sit collocatũ. Quod si uerũ est, q patriæ q̃ parentum potiora sint iura, cum illi ipsi magistratus & patriæ, & totius publicæ moderationis curã gerãt, qs dubitet uel ampliores illis q̃ patribus honores habẽdos esse? eũ etiam sacrosancti censeant: & uitæ habeant neciſq; arbitriũ? Nã & quintus Fabius cõsul patri ad se in castra uenienti nõ modo non assurrexit: aut obuiã profectus est: sed ex equo ut descẽderet, inclamauit. Intelligebat enĩ se cõsulẽ esse. Sed obseruantiæ uenerationiſq; huius non una est species: cũ & in sessu, & in incessu, & in sermõe, in ludis, in iudiciis: nõ una sit uenerãdi magistratus ratio: quæ cũ pro moribus gentiũ nationũq; seruet: & tum scripto cõstet, tum cõsuetudine, magna pfecto bene constituti ciuis, & eius qui politicus dicitur laus fuerit harũ rerũ studiosum esse: neq; enim ciuilis institutionis contemnenda pars hæc est: siquidẽ ignorare quo genere honoris, & ætas, & disciplina, & magistratus, afficiẽdus sit, inculti & agrestis est hominis magiſq; ciuis. Et in florentissimis populis, primum hoc puerorum studium esse scimus, discere quomodo euadant q̃ reuerentissimi.

Ex obedientia erga magistratus quãta bona endseãtur.

e T profecto longe maxima hinc emanat utilitas: nã cum boni ciuis proprium munus sit, legibus magistratibuſq; obedire, uirũ quoq; bonũ eũdem hũc esse necesse est. Bonus autem uir esse nullus potest, nisi honestissimis optimiſque uirtutibus, quarum sunt magistræ leges, fuerit abunde præditus. Eos enim uiros bonos dicimus, qui iustitiam, pietatẽ, probitatẽ, cæteraſq; bonas artes, ad quas legibus inuitamur, colant. Quamobrem hoc parẽdi studiũ,

& hæc ciuilis legum obseruantia, id uel cum primis præsta bunt: ut quæ tum uiros tum ciues bonos uirtutes efficiunt: eas summa diligentia complectamur. Quo quid esse potest utilius in omni actione ciuili? Quantos autem fructus utilitas hæc afferat, facile intelligemus, si cõsiderabimus in qua Republica nec legibus, nec Magistratibus honor habetur: eam diu saluam esse non posse: quando salus tranquillitasq; ciuitatis in seruandis legibus sita est omnis. Quarum quæ obseruantia esse potest, ubi & uitia in precio sunt, & magistratus contemnuntur? quorum contemptus ciuilium malorum omnium origo & fomes est. Nam ut rem familiarem quamuis amplam breui dilabi necesse est, si paterfamilias despectu sit familiaribus: ita ciuilem quoq; societatem dissolui, euertiq; Rempublicam, si magistratus pessundentur: qui legum custodes, & ministri sunt: quiq; quod medicorum est officium & prouident ægritudines anteq̃; accedant: conanturque arcere eas: & ubi accesserunt remedia adhibent, quibus sanare illas queant. Quam ualde etiam tum ad ciuilem decorem, tum ad publicæ maiestatis dignitatem conferant honores qui habentur magistratibus, populi Romani instituta docent. Non modo enim insignia ab aliis gentibus Romani accepere, quo augustiores magistratus uiderentur sed cum intelligerent etiã nomina parere authoritatẽ quandam per se solere, dignioribus illos nominibus appellarunt: prætores: consules: dictatores: imperatores: augustosq;.

Obediendum esse magistratibus

Ed cum diuersæ sint, ut dixi, uerationis ac cultus species, illa & honestissima & utilissima uidetur eẽ: quæ parẽdi rationẽ habet. cæteræ enĩ aliæ huius

gratia institutæ sunt. Etenim magistratus, legum custodes sunt: leges ciuilis societatis humanæq; coniũctionis, ad quã celebrandam si naturali instinctu mouentur homines, eadẽ quoq; natura magistra: legibus, et magistratibus parere do centur: ut obediendi naturalis quædam sit necessitas. Adde q horum ipsorum magistratuum officium ac munus est, le ges scribere: easdemq; antiquare. Quippe cum multa sæpe immutanda sint in ciuitatibus, tanta est uis temporum. Igi tur si magistratus authores ipsi legum sunt, iure sibi ciuita tis totius obedientiam uendicãt. Iure boni ciuis prima laus est parere rectoribus. Cõtra nihil eo ciue deterius: nihil per nitiosius qui superbiam proteruitatemq; illis suã opponat. Hinc seditionum semina labesq; rerum publicarum: ex ma gistratuum enim contemptu legũ oritur despectio: quæ res ciuilem omnem tranquillitatem perturbat. labefactatq; pu blicam libertatem. Quod si q unq̃ gigãtes fuerunt, ij mihi fuisse uidentur, qui legibus rebellantes, respublicas occupa re conati sunt. Hi Cyclopes, ac Lestrigones: hæc monstra te terrima: & diræ illæ pestes herebi, quis numina mille: mille nocendi artes. Magnisq; cumulandi sunt laudibus poetæ, qui hæc non tam finxere, q̃ sunt detestati. Idem quoq; ut de clarent q̃to in honore, & precio magistratus esse debeant Iouem in solio statuunt, nunc ut iura reddat: nunc ut homi nũ rebus prospiciat. Nam quod est tum pretoris, tum con sulis: aliorũq; magistratuum pro tribunali sedere, quo uene rabiliores eos poetæ faciant, deo id attribuunt. Apud Ma ronem exorta tempestate cum una eurusq; notusq; ruunt: in Neptũno supremi magistratus: qui exortam comprimere seditionem uelit, persona exprimitur. Nãq; ubi magno mi sceri murmure pontũ, Emissamq; hiemem sensit neptũnus: & imis stagna refusa uadis, grauiter commotus, & alto p spiciens summa placidum caput extulit unda. Isq; ubi tur

bari, ac misceri uidet omnia, statim authores ipsos seditiōis eurum ad se, zephirūq; uocat, dehinc talia fatur Iam cœlū, terrāq; meo sine numine uenti Miscere, & tantas audetis tollere moles? quos ego: sed motos pſtat componere fluctus, Post mihi non simili pœna commissa luetis. Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri? Maturate fugam. Quæ quidē, aliaq; ubi dixit. Tum dicto citius tumida æquora placat: collectasq; fugat nubes, solēq; reducit. Et quia pulsis turbulētis euribus sua tranquillitas urbi restituitur. Tum Cimothoe simul, & triton annixus acuto detrudūt naues scopulo: leuat ipse tridenti: & uastas aperit syrtis, & temperat æquor: atq; rotis summas leuibus perlabitur undas. Enim uero poetæ nō tā nostra ad deos trāsferūt: q̄ illos nobis exēpla proponūt: & uel confirmare res hominū, uel improbare ratione hac uolūt. Qui quasi Rempublicam aliquam instituant: hos bellis præficiūt, maritimis rebus illos: aliisq; muneribus alios. Supremū autem Iouem faciunt, cui & senatū decernunt: & assessores dant deos. Et quia sine minoribus quibusdam magistratibus publicæ res commode tractari nequeūt: iam Panes, Siluani, Fauni in horū apud eos habentur numero. Videre licet apud eosdem nasci Erichthonium non hoīs, sed serpentis pedibus: & Caliston in ursam uerti. Estoq;, ut alia fortasse sit fabularum harum significatio. Ortus certe Erichthonij. calistusq; conuersio manifestā cū primis habent, ille flagitiosi concubitus, hæc impurissimæ libidinis uituperationem. Quid Acteon ille, licet adhuc in ceruo uocem exprimat humanam: clametq; Acteon Ego sū, dominū cognoscite uestrū: nōne ut siluestris fera dilaniatur a canibus uidelicet q̄ ei præter uocē hominis iam nihil esset reliquū: ne facies quidem, nedū ut digni homine mores, cogitationesq; recessissent ab eo. Sed missos faciamus poetas: reuertamur ad magistratus, quorū edictis decretisq; paren

dum est, faciendaq; eorum iussa & pacis, & belli temporibus: seruādaq; leges, quas iidem statuāt, & tenendū cuiq; quicquid publice priuatimq; praescribāt. Sunt tamē ab aliis ad alios magistratus prouocationes ubi minus iuste quppiā uel iudicatum fuerit uel imperatum. Nam ne ueteres simultates studiaq; partium: neue praefecti ipsi, ut sunt humana ingenia dum perperā quid agunt nocere priuatis possint, prouocationes permissae sunt. Sed in prouocando inspiciendum imprimis est, ne accusandi magistratus studio uexandiq; aduersarii magisq; tutandi iuris gratia id fecisse uideare. Quae res magna saepe concitauit odia: & romae ex prouocationibus seditiosius aliqn̄ laboratū. Atq; ut eorū, qui gerendis publicis muneribus praesunt diutius improbitas toleranda non sit a ciuibus, ne publica libertas in discrimen ueniat: nonnunq̄ tn̄ est ferenda dissimulāter, expectandūq; tempus magis idoneum. Nam in mari deprehensi a tempestatibus prudētissimi saepe nautae, ubi obsistere illis neque unt, uentis sese ferēdos permittunt, dū aut portus aliquis, aut tutior saltē statio excipiat. Et medici morbis quibusdā, q̄ tempus praesentius remedium inueniūt nullum. Quippe quibus dies medeatur: quae & ipsa acerbissimorum animi dolorum medela sola est. Coercenda tn̄ impotētia: matureq; occurrēdum tyrānidi: quae ubi radices coepit agere, difficilius euellitur. Nā si expectes dum excidatur, uerendum est ne paulopost uberius germinare incipiat. Gracchus subsel liorum fragminibus occisus est. Catilinae conatus periculo suis compressi. At Caesari nulla obsistere uis potuit: & q̄q̄ a paucis occisus, innumerabilē reliquit seriē sibi succedentium. Sed occupandae tyrānidis diuersae sunt artes, uariaeq; rōnes. Paulus Genuensis archiepiscopus, nuper a sacerdotio ad tyrannidem peruasit. Et qui nunc Mediolanensibus insubribusq; imperitāt a Ioanne Mediolanensi archiepisco-

po initium dominandi fecere. Is enim Mediolanensis pontifex cum esset, dominatum arripuit: cuius successores duces sunt a posterioribus uocati. Sed hæc facta non carent exemplo, & superstitio tam late uagata est: ut non contenta cœlũ promittere post mortem (quod utinam ne uenderet in uita) regnum in nobis possidet. Quocirca cum in re quaq; finis maxime inspiciendus sit ad quem referri cuncta debeant: ciuilisq; hæc obseruantia cum eo respectet, ut bene fœliciterq; geratũ Respublica, saluis legibus, libera ciuitate, publicisq; muneribus, recte atq; e cõmuni sententia gestis, iure in eos quicũq; conferuntur & honores, & tituli: quippe quibus & statuas decerni mos fuerit, & eosdem patres patriæ nominare. Plura hoc loco quærere, atq; explicare: destitimus arbitrati ex ijs quæ dicta sunt susceptæ materiæ satis esse factum. Quocirca parte hac absoluta reliquum est de militari ut explicemus: quemadmodum supra proposuimus. Ac ne quid omiserimus quod ad ciuilem pertineat dignitatem, uideatur de reuerentia, cultuq; illo præcipiendum aliquid: qui præceptoribus debetur, et senibus. Nã & senectus in precio semper fuit: & maiores nostri sapientissimi uiri, præceptores, ac doctos homines magno semper in honore habuerũt.

Obediendum esse præceptoribus & senibus.

Vspici autem, & coli debere præceptores: & senes, cum uita communis: tũ natura ipsa nos docet: quã sequentes, errare uix possumus. Etenim si ab omnibus recte laudatur prudentia, & in quibus species eius maior cernitur: illos admiramur, & colimus, qui maiore aut laude, aut admiratione digni erunt q̃ senes? Quandoquidem si uerum est, q multa uidendo, multa agendo, ad quod nati ipsi sumus, prudẽtia cõparetur: ea necesse est sit in senibus multo maxima: q diu uiuẽdo pluria & uiderũt et experti

sunt. Item si scire oẽs uolumus, & docti esset (quod discẽdo consequimur) an non eos uenerabimur, quorũ officium, & munus est docere: & ad quorũ disciplinas id pertinet? Igitũ cũ prudẽtia, rerũq; cognitio sit naturæ hoĩs maxime cõsentanea: erit & maxime consentaneũ uereri eos: quorũ exemplis aucti, & doctrinis imbuti, prudẽtes, doctiq; efficimur. Quod nisi uel utilissimũ esset, nequaq̃ in florentissimis et bene constitutis urbibus tanta & olim fuisset, & nũc esset festinatio, & cura tradẽdi pueros magistris, ubi fari primũ sciunt: a quibus quid aliud prius discunt, q̃ quomodo salutare auos debeant: & ut ijs qui natu maiores sunt assurgere cedereq; consuescant. Vide q̃ omnes ad hoc ipsum inuitet Cicero: cum ait, ita se a patre deductũ ad scæuolam, sumpta uirili toga: ut quoad posset, & liceret a senis latere nunq̃ discederet. Idem item cũ ait bene informatum animũ parere uelle nemini: nisi aut utilia monenti, aut præcipienti honesta, hortatur nos ut præceptores, ut senes accuratissime audiamus: a quibus & utilia quæ sint discamus: quod monstrare & noscere prudẽtis est et honesti: uim naturãq; percipiamus: quod docere eius est ꝓpriũ, qui norit, q̃d in re quaq; sit uerũ. Idẽ etiam nõ loquendi solũ: uerũ & beneuiuẽdi grauissimus magister præcipit debere adolescentes uereri maiores natu: ex ijsq; deligere optimos & ꝓbatissimos: quorũ consilio atq; authoritate nitant̃. Ineuntis enĩ ætatis inscitiã senũ constituendã & regendã prudentia esse. Atq; ubi laxare aĩos, & dare se iocunditati uolẽt, quo facilius caueãt intẽperantiã, maiores natu debere interesse. Et uero Achillis prima laus est in præceptorẽ obseruãtiæ: q̃uis & cui nõ eliceret risum citharœdi cauda magistri? Intelligunt poetæ quid maxime cõueniat teneræ ætati. Sed facessant præceptores, & docti uiri tantisper dũ de senum agitur reuerentia.

De habenda in senes reuerentia.

Parens urbis Romulus gerendæ domi Reipublicæ senes statuit, unde senatus dictus. Hi non ab authoritate modo, uerũ & ab ætate patres uocati. Et cum in anno disponendo primum mensem Marti. Veneri secundum dedicasset: a maioribus id est senibus nominauit tertiũ Tanti enim ducebat senectutem, ut proximũ a dijs locũ nominandis mensibus ætati huic tribuerit. Quod si qua unquã in Republica uirtuti locus fuit, haud scio, nũ quæ sit hac in re, sicuti nec in magnitudine Imperij cũ romana comparanda: quæ eã nõ oratores noui stulti adolescentuli, ut ille inquit, sed senes maxime administrabãt: qui quod consilio & prudentia ualerent quàm plurimũ, domi forisquè rem bene gerebant. Et enim si prauæ cupiditates affectusquè turbulenti seiungendi sunt a nobis ut possimus recte cõsulere, & quod uerũ ac bonum sit discernere, uidetur propriũ hoc munus senũ esse: quorum animos longa dies, & rerũ multarũ usus purgauit atque excoluit: & quorũ multa est obseruatio, atquè memoria rerum præteritarũ. Quod si eorũ quæ manu fiunt ars est, eaquè cõsummata esse soleat, in ijs præsertim qui diutius exercuerũt illã: cum & uiuendi disciplina quædam sit, in quibus ea maior inueniri potest, quàm in ijs qui multa gesserunt in uita? multa ipsi aut experti sunt: aut ab alijs factitata meminerũt? Et qui faciendis frenis: qui ducendis metallis delectantur, si artis eius peritis dãt operam, illorumquè obseruant manus: quanto est æquius maiores natu ut uitæ magistros coli? a quibus & doceare quid sequi ipse debeas: et absterreare ab ijs quæ parum usui futura sint in uita: cum in rusticatione, in mercatura, in re militari, nedũ in ciuili nisi per exercitatos rarus possit esse perfectus: ex quorũ obseruationibus perfectæ artes, & rerũ gerendarũ præcepta sunt tradita. Quid quod eos qui populis imperãt, nullo alio magis honesto nomine appellamus, quàm seniorum. Potest tamen contingere siue naturæ

bonitate: deiq; beneficentia & munere: siue ex institutione diligenti & optima, ut etiã in iuuene senilis appareat prudentia, & grauitas. Sed uide quanta sit ingrauescẽtis ætatis admiratio: ꝗ senem eum ante diem dicimus: & in ætate uiridi ad profectum uenisse, laudemque senectutis. Quo circa cum omnibus sæculis, & apud omnes nationes honorata & fuerit, & sit senectus: quæ ipsa per se laudabilis, atq; suspicienda est, cuius etiam prudentia rudis ætas constituẽda sit: iuuentaq; informãda, merito colẽdi sunt senes, ut quisq; maxime rebus gestis clarus est: præstatq; iis uirtutibus quæ uiros bonos efficiũt: quorum præceptis ꝗ gaudeat adolescens, ne ille existet probatissimus, cuius præcox sapientia multũ sibi, multum amicis plurimũ sit patriæ utilitatis collatura, & decoris? Scipio is ꝗ primus nomen hoc meruit, a cultu & studio senis patris qualis ipse euasit & uir & ciuis: quales eius posteri? Papirius qui uir, & quantus, puer non puerorum studia & inanis ludos: sed senum sectabatur uestigia. Et Cirus qui regnauit in Perside, & apud auum: & apud alios usu rerum probatissimos homines, ea didicit, & meditatus est: quæ postea, & fecisse illũ, & gessisse: quæ non historiæ tradunt? pleni sunt & græcorum, & latinorum libri huiusmodi exemplis. Sed abunde cum sit senectus a Cicerone & defensa, & laudata: nec laudes eius dicendas suscepimus: satis esse debet, si quanuis paucioribus uerbis causas maxime graues necessariasq; attulimus, quare ingrauescens ætas sit honoranda. Quamobrem reuertamur ad præceptores, atq; ad eos qui docti dicũtur: clariq; habentur in litteris.

De reuerentia in præceptores.

h Is quæ unq̃ haberi satis magna potest gratia? cum eorum opera & cura effectũ sit, ut humanũ genus excoleretur moribus, institutis, disciplinis. Nam ni

si inuictæ litteræ fuissent: nisi mandata monumentis tot sæculorum acta: & cogitationes suas excellentes uiri ad posteros transmisissent libris, quæ esset hominum uita in tanta obscuritate & rerum ignorantia? nullo bonorum, malorumq; delectu adhibendo? nullaq; cognitione ueri? minima rerum præteritarum memoria: eaque anili, & fabulosa: pessimeq; cum ciuitatibus, & gentibus actũ esset, si usu & consuetudine, quã scriptis legibus sibi constarent. cum uix pauca quædam, e tanta rerum, negociorumq; multitudine & diuersitate, quæ inter mortales gerunt, ad consuetudinem referantur. Senserunt rudes illi agrestium sæculorum homines: iisq; proximi, quanta sibi ex doctorum hominum inuentis collata essent beneficia: qui Mercurium, atque Asclepium inter deos retulerint, propter utilissima generi humano excogitata ab iis remedia, & traditam rerum plurimarum cognitionem atq; scientiam. Iam uero q̃ de deorum cultu: quæ de natura prodita sunt ab Orpheo, et præcepta: quæ non gentes accepta & probata habuerũt? cuius memoria in tãta fuit posteritatis admiratione et laude, ut quod incultos, & pene siluestris homines informare, & mãsuefacere primus cœperit, creditus sit & tigres leniisse, & siluas uoce traxisse, morum scilicet feritate, dicendi arte temperata. Quid Minoem, nonne consensus hominum iudicem animarum statuit, propter leges ab eo descriptas, Ioue ut creditum est, dictante? Quid Euandri mater Nicostrata: quæ quod futura prædiceret, Carmẽta dicta est, an non dearum est in numero habita? Litteras eñ apud nostros inuenerat, & Homero post mortem templa sunt posita. Sed remotiora sint ista. Athenæ quamuis rebus gestis abunde, claræ, atque illustres fuerint, Atheniensium tamen & Græcorum cæterorum nomen illustratum est inuentis et disciplinis doctissimorum hominũ. et belli q̃dem

gloria Athenienses Græciq; longe inferiores fuere multis et populis & nationibus. At Græcorum inuenta in ultimas usq; terras penetrarunt: suntq; hodie in precio: & erũt q̃diu mentes hominũ occupari in rerum cognitione, ac doctrina uolent. Serius hæc a Romanis recepta sunt studia. At quos prouentus habuerunt? Nam parũ contenti Græcis tantum disciplinis, Punicorũ quoq; scriptorũ uolumina maiores nostri publica impensa transferenda curarũt. Hodie quoq; nõ paucos libros, e Chaldeis Hebræisq; authoribus conuersos habemus: effectũq; est, ut eo creuerint bonarũ artium apud nos studia, ut & gentes cæteræ, & græci maxime latinorũ ope indigeant. Quotus enim græcus nunc est aliqua doctrina præditus, qui etiam græcas litteras in italia non didicerit? adeo omnis generis litterarum studia apud nos uigẽt: græcorum uero apud græcos ipsos, res disciplinæq; iacent omnes, amissa libertate, deletis urbibus sæuissimo turcarũ dominatu. Sed linquamus romanos: qui auream quoq; statuam rhetori posuerunt. Quæ nunc in Italia urbes florẽt, earum uix ulla est, quæ non doctos uiros, & in quocũq; doctrinæ genere claros magnis mercedibus alliciat atq; conducat. Intelligunt enim qui ex his capiantur fructus. Florent in Gallia philosophiæ studia: quæ in tantũ aucta sunt, ut Parisijs ad decem millia hominum esse dicantur: qui humanarum diuinarumq; rerum cognitioni uacent. Idem fauor: eademq; studiorũ celebritas est in Hispania Hilerdæ: Cæsareæ augustæ: Salamaticæ: nec liberi tãtum populi: sed maximi quoq; reges & suspexerunt olim, & nunc suspiciunt doctos uiros. Filium inquit philippus ad Aristotelẽ scribẽs, mihi genitum scito: quo equidem dijs habeo gratiam, non tam quia natus est, q̃ ꝙ eum nasci cõtigit temporibus uitæ tuæ, Spero.n. fore ut educatus eruditusq; a te dignus existat & nobis, & rerum istarũ successione. Quid hic phi

lippi filius Alexander, nonne quasi stipatus semper incessit doctissimis uiris? Quid rex Alexandrinus Ptolomæus, qui bus stipendijs, quaq; mercede euocauit ad se undiq; quos nosset magnæ celebritatis ac famæ? Quid Cæsar in quo tã ta etiã fuisse traditur astronomiæ cognitio? ut annus ab eo correctus fuerit: qui nũc Iulianus dicitur. Augustus: ut de illius studio atq; eruditione taceatur, unum illud declara re satis dictum potest, quãti litteratos fecerit, quo indicauit principum gloriam poetarum uersibus, & ore inniti. Magna & in Hadriano fuit eruditio litterarum: magna etiam astrologiæ: philosophiæ nõ minor i Antonio. Galienus quo q; quantum profecerit in bonarum artium studijs, indicat epithalamium ab illo editum in nepotum nuptijs. Ite simul pueri, pariter sudate medullis oĩbus inter uos: non murmu ra uestra columbæ: brachia non hederæ, non uincant oscula conchæ. Quid q̃ uix aliquis e Romanis principibus fuit, quãdiu romana res stetit: q̃ nõ aut ipse fuerit eruditus: aut studiosus eruditorum hominum? Gothorum quoq; ac Longobardorum reges excoluere se humanitatis studijs: & q̃q; uis Italicæ res diu prostratæ atq; attritæ iacuissent. Siculus tamen Federicus ne in tantis quidem bellis, quæ aut ipse intulit, aut propulsauit, studiorum horum curam remisit. Plærosq; enim Aristotelis & Ptolomæi libros in latinũ con uerti iussit. Quædam etiam ex Arabico uolumina: utinam elegantius: sed tamen præstitit quantũ tempora passa sunt illa. Quid dicam de rege Neapolitanorũ Alfonso: cuius re gia nunq̃ ne referta fuit uiris ingenio & doctrina præstã tibus: quos pene quotidie aut lectitantes audiebat, aut disse rentes. Nam quantũ sua ætas debuerit Nicolao quinto pon tifici maximo, qui nunc uiuunt sciunt omnes, & intelligẽt posteri: nec nostra hæc minus debitura est Ferdinando: qui Neapolitanos ludos, aliquot etiam sæculis clausos, nu

per aperuit: nec passus est rhetoricã, philosophiã, theologiam, musas, diutius tanta in latebra delitescere, atq; sordescere. Sed nos longiores fortasse sumus, q̃ res postulat, tecum Roberte praesertim: & in re nõ dubia testibus utimur non necessarijs: cum & apud Barbaros doctrina sit in precio: et docti uiri habeantur illustres. Quocirca si aut foelix est, ut Virgilius existimat, qui rerũ cognoscere causas potuit: aut certe si absq; illarũ cognitione foelicitas esse nullo modo potest: quod fateri necesse est: ipsaq; cognitio & sciẽtia, cũ ex doctrinis tantum habeatur, & ex tradita a p̃ceptoribus institutione & uia. Ad haec si iustitia colenda est, qua remota societas nulla, nullaq; amicitia, aut cõiunctio esse inter mortales potest: cumq; nullũ maius iniustitiae genus sit, q̃ in illos ingratum esse, cuius muneris ac beneficij sit, ignorantes ne simus: cum ignorans omnis, & nequam & malus sit. Iure obseruãdi sunt illi plurimũ, qui ad foelicitatem nos instituunt, ad eamq; recta, & certa ducunt uia. Iure quorum praeceptis atq; informationibus exculti ornatiq; ipsi simus: in eis colendis honorandisq; peccare, & turpe, & malum putemus: nec in ijs tantum qui uiuunt: uerum & in eorum qui multis ante annis decessere, celebranda memoria & nomine: cum & Mantuani in signis, in aedificijs, in monumẽtis publicis, Virgilij caput insigne gentis praeferant: & Sulmonenses, Ouidianum illud hemistichium. Sulmo mihi patria est. Quotus autem ex his ducibus, qui nunc arma tractant, tantam alit multitudinem, ut non intelligat longe maiorem esse familiam, quam pascit Aristoteles, Hippocrates, Vlpianus, Ptolemaeus? oilo illi obiecit in conuicijs, Homerum tot ante annos uita functũ aeuo perpetuo multa millia hominum pascere. Panohormitam Antonium dicere me mini, nunq̃ se de re familiari nimis fuisse solicitum: uti eñi patribusfamilias diligentissimis Liuio, Salustio, Cicerone,

Plauto, Virgilio. Et nos si dijs placet erga illorum memoriam ingrati, atq; impij erimus? Nullus e Græcorum quondam principibus quos multos & præstantis ea natio protulit: nulli e nostris: quorũ & Italia, & Roma feracissima semper fuit, non instituti fuere, sub optimis & clarissimis præceptoribus. Thebanus Epaminundas, præceptorem habuit Pytagoreũ Lysiam. Aristotelem Alexãder. Scipio africanus nunquam satis laudatus uel dux uel ciuis, Ennium poetam humari secum uoluit. Quos in illum contulisse honores uiuum arbitreris: quem moriens ita fuerit ueneratus? Vtinã in colẽdo Seneca perseuerasset Nero, facile inter Romanos Imperatores fuisset illustris. In Traiano iã principe, & urbis atq; orbis res moderante quantum ualuerit Plutarchi authoritas docet ad eum ab illo scripta epistola. Sed prætereamus innumerabiles tum græcos, tum romanos: neq; eñ historias nunc excutimus. Alfonsus nunq̃ passus est Antonium ne in periculosissimis quidem expectationibus ab se discedere: aut abesse diutius. Et nos apud principes uiros magnam sæpe habuimus audientiam, ut nonnunq̃ spectãte instructo exercitu auditi fuerimus. Licet in hoc gloriari: quod cũ aliquando in hostis manũ incidissemus honorati & donati ab illo dimissi sumus. Dij igitur maiorum concedant umbris, tenuem, & sine pondere terram. Spirãtisq; crocos, & in urna perpetuum uer. Qui præceptorem sancti uoluere parentis esse loco: nec præceptorem modo: uerum etiã litteratissimos, & doctissimos quosq;.

De obedientia militari.

b Ac parte absoluta, quæ plurimum ad ciuilem institutionem pertinere uisa est, quod reliquum est de militari explicemus. Nam quanquam ad ciuiles hoc

res non ita primo aspectu pertinet: quæ tamen Respublica si ne defensoribus stare diu potest? aut quod quãuis opulentũ regnum stabile ac firmum esse? oportetq; non institutis mo do, & legibus moderantem populos: sed militibus quoq; ni ti: quorum maxima illa laus est, si fuerint q̃ maxime obediẽ tes. Qua de re dicturi a natura maxime sumemus exordium Eam igitur intuentibus facile apparebit tributũ ab illa no bis eẽ: ꝑfutura ut quæramus: declinemus nocitura. quæ ubi aliter uitari nequeant, uiribus condamus in eum qui infer re studeat reijcientes iniuriam. Hanc eandem naturam con templantes, intelligemus insitum nobis esse uigorem quen dam generosum & nobilem: quo impellente ad magnas res & claras admitamur: labores maximos, periculaq; grauissi ma ut illas assequamur sponte suscipientes. Quos naturæ impulsus ubi ratio moderatur, tum existit inter ciues æqua bilitas & conuenientia illa: per quã ciuilis societas stabilis manet: & homines alter alteri conciliant̃: efficiturq; ut nec diues, nec clarus fieri quisquam aliena cum iniuria studeat: singuliq; publicis utant̃ ut cõmunibus, priuatis: ut suis. Cõ tra uero ubi ratione abiecta, aut habendi cupiditas, aut re gnandi libido acrior incessit: & propius admouit stimulos, tum quærũt homines quibus maxime modis quod auẽt, per uim iniuriamq; sibi uendicẽt. Hinc seditiones, ac tumultus. Ex quibus ubi sedati parum sunt, cædes inter ciues oriunt̃, & bella etiã ad finitimos pertingẽtia: dũ aut factionũ alteri studẽt: aut alijs languentibus ac uexatis: suos ipsi prolata re fines uolunt. Quædã etiã nationes dum aut soli sterilitas aut cœli inclementia mutare regionem cogit: aut populariũ multitudo nimia in alias exire terras iubet: ut incolas fini bus suis parerent, arma intulere. Sed qui mortales primi fi nitimos bello petierint affirmare non ausim. Ferunt tamen Regem Assyriorum Ninum ampliando regno intentum, in

proximas terras primũ impressionẽ fecisse: armisq; subegisse nationes plurimas. In mouendis autem & indicendis bellis, iustitiã maxime secuti uidentur, e græcis Lacedæmonij & Athenienses: e nostris, Romani: dum arma ab alijs illata aut repellunt: aut ipsi bella inferunt suis sociorumue propulsandis iniurijs commoti. Bacchus uero & Alexander omnino iniusti: nec his iustiores Galli, Germaniæ. Sed illos gloriæ fortasse studium perpulit. Hos satis constat auaritiã secutos fuisse. Turcas quoq; ignobilẽ gentẽ, & latrocinijs assuetam, sola principio prædæ cupido ad bellũ traxit. nunc & imperij magna Asiæ Europæq; parte armis edomita. Vt q; ad Romanos redeam: quid eos aliud tot exercituum uictores: tot nationũ dominos fecit, q̃ exercitatus, & dicto pares miles? Cuius pugnacitas, si caruerit obedientia: temeritas quædam erit: quæ si in omni uitæ genere periculosa est, in bello uero multo maxime: in quo gerendo cauendum nil magis est, q̃ ut ne quid temere agatur: præserti; ubi castris collata sunt castra: cũ sæpenumero contigerit paucorũ militum contumacia, maximas copias fuisse deletas. Nam cum sit militis officiũ, sistere, procedere, adoriri, ferire, regredi: aliaque p̱ ducis imperio agere: perniciosa fuerit militis pugnacitas, si ubi pes referendus est, & tuba canit receptui, acrior tunc in hostẽ ferat: aut ubi iussus in confertissimam aciem inferre sese, pedẽ statim rettulerit. Quãobrem cũ obedientia fortitudinẽ regat in prælio: detq; animos formidini: iure Carmeniola Frãciscus qui patrũ nostrorũ memoria militarẽ disciplinã restituit, militem ab obediẽtia maxime probabat. Qua de re dicturi statim sumus. Terrestres copiæ cũ partim equitibus, partim peditibus cõstent: his dux si defuerit, non tam exercitus dicendus erit, quã armata quædam multitudo: quã necesse sit uagantẽ, palabũdamq; ferri: paruo tempore hostis prædam futurã. Imperatore igitur opus

est: qui nouerit quo loco ponenda sint castra: quando etiam mouenda: qui disponat ordines: & hostium exploret cõsilia: qui manus cõtineat: sciatq; quando, & quo loco, & quo pugnæ genere decertandũ sit: ac quibus artibus frustrandus hostis, deducendusq; in insidias. Et quoniã unus ipse satis esse non potest eas ad res omnis: quæ administrandæ ac prospiciendæ sunt. Alij quoq; constituunt sub imperatore duces: qui & imperatoris iussa exequant: & pro suo q̃sq; munere imperet, quæ agenda sint alijs: utq; ille totius exercitus curam gerit habetq; imperij summã: sic minores hi duces ordinis quisq; sui, ac delegati ab eo muneris, atq; ut imperatori omnis paret exercitus: ita suæ & his obediunt turmæ. Et quoniã bella ipsa aut inferunt, aut propulsantur: & qui inferũt aut iustã sequũtur inferendi causam: aut dominandi libidinẽ: atq; utriq; & qui inferunt & qui ꝓpulsant certãt pro uictoria: & ut sine iniuria uiuat pace parta (quã ꝙ quibusdã in bellis uincere est non succubuisse) Victoria uero, & pax comparari absq; cæde uix solet, oportet militem q̃diu obligatus est, non deserere imperatorem: nec recusare eius ĩperiũ, etiã si periculũ mortis immineat: ad uictoriã etiã & ad pacẽ (qui belli finis esse debet) conductus est: pro qua q̃m dimicandũ est, q̃diu iureiurando obstrictus fuerit: & ubi res postulauerit: nõ debet pericula effugere: sine quibus ad belli finẽ perueniri non potest. Nam si licitum sit illa fugere, nunq̃ in aciẽ prodierit: nunq̃ concurret: multominus in urbis fossas descendet, aut muris scalas admouerit. Horũ enim nihil caret periculo: nã ubiq; est plurima mortis imago. Quãobrem parendũ est Imperatori a milite: etiam si in ipsas tormentorũ fauces iri sit iussum: quãdo & dux ipse ad certa sæpe pericula primus feratur: primusq; ubi necessitas uocauerit hostẽ feriat, & uallum ascẽdat. Quocirca Imperatoris & ducis iussa, præscripta, edictaq; omnia quæ mi

litarẽ ad rem pertinẽt, seruanda & obeunda sunt a milite: quorũ quidẽ perpetua illa sunt: signa sequi: seruare ordines ad tubæ signum instruere sese: & stare intentũ, paratũq;, tametsi ꝗ hostis proximus non sit, non semper dux exigat ut res ad præscriptũ, exacteq; gerantur: tamen cautissimus quisq; dux & militaris disciplinæ obseruantissimus, prouidere semper debet ordines ne cõfundantur, etiã si longissime hostis absit: ne casus aliquando imparatũ inueniat. Edictorum cũ duo sint genera: alterũ quo exigit̃ opera: ut cum iubet̃ ad tubæ signũ equum ascendi: alterũ, ut cũ edicitur ne quis e castris exeat: utriusq; generis obseruantissimum esse conuenit. Et in illo quidem sæpius peccatur metu: in hoc licentia: quæ uitia ad rem bene gerendã uehementissime sunt contraria. Quanta uero seueritate a Romanis maxime Imperatoribus animaduerti solitum in eos sit, qui imperij contemptores essent, tum alia permulta, tum hoc docere nos imprimis potest: ꝗ Aulus Manlius Torquatus filium ꝗ̃ꝗ̃ uictorem: tamen quia contra imperium suum in hostem pugnasset securi percuti iussit. Quantum etiam obedientiæ studium in legatis ipsis fuerit, & quam diligens eorum, quæ imperata essent obseruantia, hoc monemur exemplo. Publius Sylla quem in obsidione dyrrhachiana discedens Cæsar castris præfecerat, dũ cohorti laboranti auxilio uenit, & Pompeianos facile repellit, suos fugientem hostem insequentis reuocauit, cohorte liberata contentus. Et quanquam plæriq; existimarẽt, si fortunã fuisset secutus, potuisse eo die finiri bellũ, a Cæsare tamẽ consilium eius rep̃hensum nõ est: ꝗ aliæ essent legati atq; imperatoris partes: eum hinc libere ad summã cõsulere rerũ debeat: ille agere ad præscriptũ omnia. Quod si prælio decertasset cũ Pompeio, imperatorias sibi partes sũpsisse uideri poterat: cũ legatus fuisset in castris relictus. Præscripta igitur imperatorum plane

ſeruanda ſunt: nec committendum: ut cuius fortitudo nõ de ſideratur, deſideretur obediẽtia. Ferdinandus cum ad Sarnum fluuiũ caſtra haberet. Hoſtis uero partim intra oppidũ, partim in ſuburbio copias ſuas collocaſſet, parũq; abeſſet a circunſeſſo, conſilium cœpit adoriundi eos, qui pro ſtatione erant. Itaq; iuſſo peditatu latera montis de tertia uigilia occupare: & ſigno dato inde decurrere, ipſe albeſcẽte cœlo effractis portis quæ ad caput amnis obſtructæ erant, aliquot turmas immiſit: & quid agi uellet, imperauit. Equites pediteſq; hoſtem imparatum nacti, ad prædam conuertuntur: qua capti dum nihil ad præſcriptum agunt, hoſti perterrito ac deſperatis rebus iam de fuga cogitanti tẽpus dant ad arma capienda, acieſq; inſtruendas. Qua e re tanta rerum commutatio facta eſt: ut nihil regis præſentia, nihil peritia rei militaris profuerit, quo minus urgente hoſte in fugam uerterentur omnes, magno accepto detrimento. At eius prælij, quod biennio poſt in apulia factum eſt, cum Ferdinandus uerſo in fugam hoſte in locum iniquũ succeſſiſſet, non magis uirtute militum ꝗ̃ obedientia uictor fuit. Hoc prælio confecto: & Troia capta, cum ego tribunũ quendam ſtrenuum uirum: & rei militaris peritum grauius increparem, ꝙ peditatu ſuperiores, equitatu prope pares loco nobis iniquo, per ignauiam uicti eſſent. Sane inquit obediẽtia militum, ꝗ̃ fortitudine uicti ſumus: toto enim prælio neminem unum e militibus ducibuſq; ueſtris, niſi ad præſcriptum agentem animaduertimus: quæ res oĩm animos conſternauit. Incaſſum igitur artes atq; conſilia ceſſerint, fruſtraq; ad uictoriã neceſſaria cõparata erunt, ſiue mari, ſiue terra geratur res, ſi militis opera parũ ꝓ imperio Dux utetur: cũ fortitudo militaris abſq; obediẽtia, temeritas quadã ſit, & exercitatio ipſa plærunq; periculoſa. At cõtra re ipſa cõpertum eſt. magnas ſæpe res, ꝗ̃ꝗ̃ parũ exercitato milite;

tamen quia dicto parens esset, fœliciter fuisse gestas: cuius rei & Gracchus: et Marcellus manifestissima præbuere exẽpla. Quid quod in quo exercitu cõtumacia non est, in eo uix ori ri seditio solet. Præterea quæ in itineribus faciendis: quæ in conferẽdis manibus erit ordinũ obseruatio si desit obedientia? qua sine necesse est misceri, ac turbari oĩa. Aut quæ ĩ castris esse securitas põt, si excubare p statione aut pro signis iussi, dicto parentes non fuerint? Et cũ exercitus incolumitas ac uictoria ppe ipsa posita sit in explorandis hostiũ itineribus atq; cõsiliis, male cũ exercitu actum fuerit, ubi qui ad explorandũ missus est: imperiũ contumaciter neglexerit. Quæ res magnos sæpe duces in maximas coniecit calamitates. Sunt tamen qui cõdemnãdam aliquando obedientiã ducant, rati despiciẽda esse pro tẽpore imperia: quod magno interdum usui futurum sit, si contra præscriptũ agatur. Cũ Alfonsus ferdinãdi pater oppugnare Neapolim pararet, Renatus dispositis per muros, ac turres, uiris, edicit: ne quis locum in quẽuis euentum deserat: cœpto prælio dũ acriter pro muris pugnatur, milites p aquæ ductũ ingressi, nullis (dũ relinquere locum nemo audet) occurrẽtibus turrim occupãt: qua occupata statim factus est intra urbem ascensus. Mihi quidẽ nõ ppugnatorũ obedictia, sed ducis potius imprudẽtia uidetur accusãda. Nã militi cũ sint imperatoris oc culta consilia, illud unũ quod scit ad se pertinere: quodq; si bi imperatũ nouit fortiter si ipse fecerit, munere functus est suo: est enim eius officii, non quærere quale sit quod imperator iusserit: sed illud capessere atq; implere. Quippe cuius opa cõducta sit, nõ consiliũ. At legatis & tribunis: qbus belli gerẽdi consilia, et impatoris notæ sũt artes; cũ aut res, aut tps: aut belli fortuna postulare aliter uideat: permissum forsitã fuerit mutare rõnẽ: & a præscripto recedere: meminerint tamẽ imperatoris partes suas nõ esse. Legimus. Q.

Tulliũ Ciceronem grauiter a Cæsare fuisse increpitũ:hunc ille cũ legionibus ambiorigẽ insecuturus:& hostiũ fines populaturus castris præfecerat,relicta cũ eo legione quartadecima:quæ esset præsidio impedimẽtis,quæ ad uatucã contulisset:imperaueratq; ut ad aductũ suũ oẽs castris cõtineret. Cicero sex dies tãta diligentia seruauit Cæsaris præceptũ: ut ne colonũ quidẽ extra munitiones exire pateret.Septimo tñ diffidẽs Cæsarẽ quo dixerat die affuturũ, ꝙ longius ꝓgressum eũ audierat:neq; ulla de reditu illius fama afferebat,simul ꝓmotus uocibus hãc patiẽtiã incusantiũ:& pene obsidionẽ appellãtiũ:ratusq; dispersis ac pene deletis hostibus in millibus passuũ tribus,nullũ dãno locũ esse, quinq; cohortes frumentatum in ꝓximas segetes misit.Quibus in frumẽtatiõe occupatis,germani eq̃tes q̃ cis rhenũ trãsierãt interueniũt:& quo uenerãt cursu:in castra irrũpere conati, parum abfuit quo minus illa caperẽt.Reuersus Cæsar, Ciceronẽ ut dixi increpuit: quæstusq; est,ꝙ cohortes e statione.p̃sidioq; emissæ fuissent:ac ne minimo quidẽ casu locũ relinqui debuisset.Nã dũ clamoribus militũ cõmouet̃,immemor p̃cepti factus pene cũ tota legione cæsus,castrisq; exutus esset.Potest tñ cõtingere aut uulnerato imperatore:aut cæso:aut ubi ex insperato hostis adortus est:neq; imperatoris expectari præceptum põt,ut legati & Tribuni obeant imperatoris munia:& quisq; pro loco ac tp̃e instruat, prospiciat,concurrat,imperet.Bello neruio cũ hostis ex improuiso Romanos inuasisset,tanta celeritate,ut pene uno tempore & ad siluas,& in flumine,etiãq; in mœnibus Neruij uiderent̃,eodẽq; impetu ad castra contendissent:temporisq; exiguitas,& successus atq; incursus hostiũ Cæsarẽ impedirent,quo minus uexillũ ꝓponere:milites cohortari : aciem instruere,aut signũ dare posset milites bello exercitati : itẽ legati qui singulis legionibus singuli iussi aderant:in tan-

tis difficultatibus subsidio fuerunt. Sibi enim quisq; praescripsit, quod fieri oporteret. Fugati igitur, ac caesi Neruij non tam uirtute imperatoris sunt, q̃ q̄ miles legatiq; id sibi quisq; imperauit, quod a Caesare imperandum fuerat, si tempus tulisset. Militem negligentem, & imperij contemptorem, tum alia multa, tum maxime tria haec faciũt, nimia ducis indulgẽtia: assidua a labore remissio: defraudataq; stipendia. Cui enim plus aequo indulgetur, is indulgentiã in licentiã uertẽs, assuescit rapere, uiolare, cum hoste colloqui: praedari ex pacato: quem ubi continere imperator uoluerit, aut cõtemnet imperiũ: ad hostẽ transfugiet: difficile est enĩ ut ad continentiam redeat, qui assuetus diu sit impune foeda facere. Nicolaus Picininus de nimia indulgẽtia, usus est milite adeo incontinente, ut q̃uis edicto id caueret: & multos saepe supplicio afficeret: nunq̃ mercatoribus ad castra satis tutus esset accessus. Itaq; inopia necessariarũ rerum semper laborabat. At Scytharum dux Tamorlanus: qui omniũ: quas aut legimus, aut audiuimus, maximas ductauit copias, nulli rei magisq̃ obedientiae militum studuisse dicitur. Itaq; exercitũ eo usq; continentẽ habuit, ut castra eius mercatorum plena semp' essent: abũdarentq; oĩs generis rebus. De quo fertur fama, Gregarij cuiusdam militis, qui uendẽti mulierculae lac furatus esset: statim gladio p pectus demisso, uiscera aperire iussisse: & e uentriculo lac excuti nondũ coctũ usq; adeo passus nihil est impune fieri a militibus aduersus ea quae ipse praescripserat. Et profecto maximas copias, & e cuiusq; modi hominũ genere cõpositas, sola obediẽtia constare diu facit, idq; est, quod Cirũ dicere solitũ accepimus: p̃cipuũ militis munus esse: parere supioribus. Vrbinatẽ Federicũ & uirũ & ducẽ prudentissimũ ipsi scimus, nulla a re alia militẽ magis p̃bare solitũ q̃ ab obediẽtia. id enĩ esse bñ rẽ gerere, milite pro imperio bene uti. Remissio

quoq; multa a laboribus:& nimis delicatum ocium,corpo-
ris animiq; uires emolliunt atq; imbecillas reddūt:quæ ubi
per desidiā consenuere:qs nisi inuitus capesset iussa.Tunc
arma grauia uidentur:tūc labor,ac locus oīs asper,atq; ar-
duus:ipseq; hostis etiam non expectatus formidolosus est.
Quāobrē assiduo exercēdi sunt,ut alacriores sint ad impe-
rata facienda ,laboresq; suscipiendos,atq; adeundis peri-
culis magis prōpti intentiq;.Etenim corpa ipsa exercitata
ubi laborādum fuerit,minus deserūtur uiribus:quin robur
maius adest:& uires ipsæ integriores sunt:quæ uel augeri
exercitatiōe solēt.Et qm̄ mercēnario nūc milite utimur,ubi
defraudatū se stipēdio suo senserit,negariq; mercedē uide-
rit,tātas cōcipere aīo turbatiōes solet,ut licet sæpius iussus
ante patiaẗ in ipsis castris isultare hostē,q̄ capere arma ue
lit.Sæpe ex hac indignatiōe,& ira exorta seditione duces
ipsi fuere a suis militibus aut in castris cæsi:aut in acie de-
serti.Quod ne accidat,iperatorē ꝓuidere oportet,atq; ad-
niti:nullaq; rōne cōmittet,ut militibus locus aliqs ad inobe
dientiā relinquaẗ.Te ipsum dicere Roberte memini, malle
elatū,atq; incontinētē militē trāsire ad hostē:q̄ in castris
tuis morari.Intelligis enim nihil prius debere imperatorē
ab illo exigere:neq; utilius quicquā posse illum Imperatori
præstare,q̄ ut se gerat q̄ obedientissimū.Minutius decla-
rare nobis pōt,quāti stare soleat,ubi minor dux sꝑbia ela-
tus,maiores q̄ quæ suæ sunt uēdicare sibi partes uoluerit.
Is ob æquatam cum dictatore Fabio potestatem elatior fa-
ctus,dum ferox insultansq; manum cū hoste conserit, uix e
manibus Annibalis a dictatore subsidium ferente ereptus,
atq; a cæde liberatus est.Quocirca prima, ac maxima, &
militis,& legati uirtus:& qua quottidie opus sit:& in re
bus quibusq; terra domari gerendis,obedientia est.De qua
dictum sit a nobis hactenus.

Hæc habui

Aec habui de obediētia, quæ dicerem: fore autē arbitror, si qui fortassis cōmentarios hos lecturi sunt, quosdam, qui operam hanc nostrā omnino accusandam censeant, ꝙ differendis his nimis multi fuerimus: nec post Senecā, Ciceronem, Aristotelē oportuisse de his aliquo modo dici: ꝙ eorum libris plane contineantur, quæ ad bene uiuendū utilia, ac necessaria uisa sunt. Alia uero, ac nostratia hæc, aut omnino superuacua esse: aut parum certe necessaria. Alios autē, qui ꝙ pars ea prætermissa sit a nobis, quæ ad sacerdotes ac pontifices pertineret, quasi magis inchoauerimus rem, q̄ absoluerimus, dū requirunt hæc: despiciāt cætera. Quibus ego ne dicta eorum contemnere omnino uidear, quanquā uidentur iure a me debere contemni: hoc solum responsum esse uelim, ut si nostris in commētarijs, aut pauca quædam fuerint, aut fortasse multa, aut prorsus omnia, quæ parum ipsis placeant legendis his abstineant, illis relinquētes legenda, quorum neq; aures, neq; iudiciū tam sit superbum. Hoc enim modo & ipsi se legendi tædio, & nos accusatione quottidiana liberabunt. Nam quod ad Aristotelem, Senecam, Ciceronem, attinet, ne illos quidem dum uiuerent crediderim arrogantia fuisse tanta, ut nollent ab alijs post se scribi: cum uideamus non uno in loco cohortari ad scribendum alios: quædamq; ita locutos esse, ut quærenda ea melius posteris reliquisse uideantur. Quæ uero ad sacerdotes pertinent, ac pontifices, ea nunc cōsilio prætermittimus in aliud magis quietum tempus differentes: ꝙ si parum detur: quod Virgilius noster in agricultura sua facit: alijs memoranda post nos relinquimus.

FINIS.

ii

IOANNES CORSIVS COSMO PACCIO PONTIFICI FLORENTINO .S.

NEAPOLI CVM ESSEM, QVO VIsendi pariter atq; ociandi, ut aiunt, gratia secesseram, fractis nõ tum penitus gallorum rebus, nihil mihi erat potius, q̃ ut Io. Pontanum conuenirem, uirũ nẽpe cum primis tibi amicissimum, atq;, ut ætate iam consumptum, ita in omnibus, quod ipse scis, bonarum artium disciplinis nec minus in repu. undequaq; solertissimum. A' quo cum ex ea quæ illi cum Bernardo Oricellario tuo, cuius me alumnum fateor, intercedebat amicitia, essem perbenigne acceptus, haud facile dixerim, quot quantisq; mihi sim uisus discedere præceptis auctior & documentis ornatior. S; inter alios ingenij cultus rerumq; monumenta, libros mihi de prudentia, quos nouissimo fœtu ediderat, non tantũ legendos, sed etiam excribendos exhibuit, munus sane inter ea reponendum, quæ sunt, ut ait Plinius, legenda q & ediscenda, tanta inest præter eloquentiæ maiestatem rerum maximarum cognitio, necnon peripateticæ disciplinæ explicatio. In ijs cum Laurentij Med. auunculi tui uiri amplissimi nonnulla præclarissima facinora agnoscerẽtur, possentq; ea nostris ciuibus optimo esse documento, ut quãtum in repu. moderanda prudentia stultitiæ, solertia ignauiæ, & auaritiæ præstat magnificentia, tantum ab illo & patriæ bene fuisse prouisum. & suæ immortalitati consultum, nisi profecto sunt, cum nuper sint in lucem proditurі, nostra cura formis excusi, tuis ut prodeant auspicijs, atq; authoritate. Deberi siquidem illos tibi imprimis quis negauerit? cui præterq̃ quod pontanica oĩa, & mea, siqua sunt, iampridem iure optimo debentur, ea tamen quæ ad Laurentium pertinent, ita ad te quoq; attinere uidentur, ut ad neminem magis. Nam ut omittã uultus, uocis, gestus, totius

deniq; corporis, quæ tibi cum illo est, similitudinem, nõne egregiæ animi dotes, & quoddam ueluti heroicum ex ea in te familia fluxerunt? Sed q̃ bonis auibus, deus optime, sumus his libris tuum auspicati patrocinium? Dum enim nos hæc meditamur mussitamusq;, tu interea ad florentissimum pontificatum promoueris, in qua quidem expectatione atq; uigilia licet iãdiu fuerimus, tantam tamen sese rei magnitudo nobis ostendebat, ut quod ex prudentia tuisq; uirtutibus bene semper sperarenus, idem quoq; ob temporum sæuitiam sæpe & multum desperauerimus. Omitto q̃bus fautoribus, quibus studijs, quibus etiã aduersantibus tantum sis fastigium consequutus, ægi siquidem de his tecum litteris cumulatius. Accipe igitur hos libros, munus tibi undiq; debitissimum, quod & gratissimum fore nihil dubito, at certe omnibus utilissimum.

Vale.

IOANNIS IOVIANI PONTANI DE PRVDENTIA AD TRISTANVM CARACIOLVM, ET FRANCISCVM PVDERICVM LIBER PRIMVS.

IN LYCIO deābulabat philoſophās, ſenex ille philoſophorum omnium diſertiſſimus: audiēdumq; ad eum uniuerſa etiam Græcia cōfluebat, nominis eius admiratione commota ac diſciplinæ. Nobis uero Triſtane Caraciole, tuq; Frāciſce Pudericæ haud quaq; parētes ſunt Athenæ: neq; ulla utiq; campania in terra eſt academia, ipſiq; haud magna ſane cū mentis atq; ingenij re. Senes tamē ſumus, philoſophamurq;, & quidem cum paucis, ac nūc domeſtica in porticu, nūc ſanulo in hoc, deambulationeq;, quod ſi per religionem liceret, libenter id quidem feciſſemus, ne Lycium tamen appellaremus, tanti uiri memoria nos deterruit, quodq; & ſi nequaq; in academia, in celeberrima tamē urbis huius parte, noſtris eſt ſumptibus poſitum ac dedicatū. Quo in loco liberum me penitus regijs ab adminiſtratiōibus, atq; oīno uacuū, & ipſi quoq; publicis, ut uideo, muneribus uacui, cōuenire, ni fallor, uoluiſtis, expoſtulaturi de fœlicitate quidē alter, alter uero de prudētia, dijs ipſis præſentibus, qui ꝓmiſſorū ſunt, hoīmq; ipſorum fidei inter ipſos, obſides ac teſtes. Quam ad rem non nihil fortaſſe uos Hadrianæ coniugis cineres ſunt etiam cohortati, quos hoc ipſo in fano conditos, quantopere ueneremur, ipſi profecto ſcitis. Nihil eſt autem ad quod penetrare ingenij uis noſtri queat, quātulacunq; ea eſt, quod non in illius ſimus memoriam, & præſtituri libenter, & habituri etiam ijs gratiam, qui ad illam nos exornandam honorādamq; inuitarint. Quod ue-

ſtrum eſſe conſiliũ, de uultus utriuſq; aſſenſu, hilaritateq; plane quidem intelligimus. Itaq; qua animi ingenuitate, promiſſa confitemur, eadem & fortaſſe maiore, pro ingenij tamen uiribus, promiſſa ipſa, & facturos ſpondemus, & dijs etiam teſtibus recipimus. Nec fuerit neceſſe uxoris manes euocare de tumulo, dum tamen a uobis, quod in omni promiſſo primũ eſt, uirium habeatur, ac facultatum ratio, quanq; nec ij quidem uos eſtis, qui ad ea nos quæ ingenij noſtri minime ſint, quæq; maiora his exiſtant, ſubeunda humeris onera compellatis. Quocirca uerecunde moderãterq; petẽtibus uobis (ut expoſtulatio omnis abſit) ſi modeſte uiciſſim pudenterq; morem geſſerimus: id uero & uobis ſatis eſſe debeat, & uoluntati meæ acceptum referri. Nã plene quidem ut ſatiſfaciamus, neq; ſacellum hoc, neq; perbreuis ipſa, quæ ante delubrum eſt deambulatio, præſtare id ullo modo ualet. Vetus inquam ac peruetus illa quidem academia, maximeq; ariſtotelica, tantum ad munus a uobis & deſideranda eſt potius, & ſummis etiam precibus inuocanda. Itaq; me ipſum audientes, non philoſophum audietis, neq; uerſatum in Lycio Platonis, peripateticiſq; in deambulationibus hominem, ſed differentem de ueterum maxime græcorum ac noſtrorum diſciplinis, ut qui earũ magis fuerim admirator, q; ut in illis ſolis aut ipſe incubuerim omnino, aut adultus conſenuerim. Scitis. n. quibus ipſe in negocijs uerſatus ſim, quodq; ocium fuerit perdiſcendis atq; indagãdis illis meum. Agemus igitur uobiſcum uerecũde & parce: nec tam argute examinateq;, q; aperte atq; experienter. De humanis enim differentes actionibus, ita quidem agemus, ut qui actiones ipſas, earumq; principia, magis a fronte, oreq; ab ipſo nota eſſe uelimus, q; ut ea cupiamus introſpicere ac rimari, quæ huius minime quidem ſunt aut diſputationis aut temporis, noſtriq; neutiq; ingenij. Cæterũ or-

natissimi uiri, iidemq; amicissimi sic habete, permulta qui dem partim ab indoctis uiris, partim ab iis qui in ocio uiuunt, rerumque ubertate atque affluentia adinuenta, uel arcessita eẽ potius quæ fœlicitatẽ magis ipsam inficiant, quã exornent, auertantq; illam longius à nobis, quã ut aut propitiam faciant, aut adeptu faciliorem, minusq; alienam. Nõ dubitat igitur apud Herodotum Solon, post Atheniensem Tellum, fœlices dicere Cleoben atq; Bitonem fratres, quod Argis nati, urbe bene instituta & nobili, quod locupletes fuissent, re q; abundarent familiari, quod uiribus adeo corporis ualidis, ut uterq; etiam uicerit in certamine, quod deniq; dii etiam immortales, in eorum erga matrem pietatis meritum, matre ipsa quod optimum homini esset, illis tribui ab diis optante contulissent, mortem scilicet, quos inde conuentus ille Græciæ ferè totius, qui ad sacra conuenisset, fœlices iudicasset. Sane quã considerate à Solone omnia. Sed quid si nunquã fratres illi uicissent in certamine? an non fœlices esse poterant? quid si in Vmbria nati essent, aut in Sabinis, ubi nulla Isthmica erant, aut Olympica certamina? Nonne ita instituti ornatiq; fortunæ, corporis, atq; animi bonis fœlices esse poterant? Addiderit fortasse ad illorum fœlicitatem aliquis, quod in patria magistratus etiam bene gesserint, quid si in ea nati essent urbe, in qua ciues ipsos magistratus gerere non sit permissum? Nam & fœlices obtemperare legibus par est, num non fœlices illi futuri erãt talibus ac tantis bonis prædit? Demat forsitan et de illorũ fœlicitate quispiam, quod iuuenes sint mortui, atq; in ipso ætatis flore, ut ne peruenire ad fructum uitæ potuerint, quis sciat an diuturnior uita longe diuersam illis uiuendi sortẽ fuisset allatura? Demat etiam de gradu fœlicitatis, quod digitulum ambulantes ad lapidem aliquando offendissent, quod iter facientes, imbres, procellasq; passi essent, quod

uiderint audierintq; non pauca, quæ parũ omnino sensisse ipsi uoluissent, quod quid est aliud, q̃ uelle hominẽ, humanam abijcere conditionem, & quæ deorum sit, illam induere? quod dolere nunq̃ debeat, nunq̃ tristari, minime etiam lætari, atq; explicare frontem, non irasci, non miserari, non deniq; moueri ad humanos casus, naturæq; ipsius ministeria & opera. Deniq; muscæ, culices, pulicesq; fœlicitatem contaminabũt humanam. Et profecto contaminabunt, quando nos ipsi fœlicitatem hominis, quæq; ciuilis dicitur, ita cõsiderare uidemur ac metiri, ut hominis ipsius naturæ, captusq; omnino humani obliuiscamur. Quod si naturam rerũ quæq; & qualis ipsa sit, cõsiderauerimus, & qui sit eius cunctis in rebus modus, desinemus profecto, desinemus res nostras omnis, ipsamq; potissimũ fœlicitatem adeo adamussim uelle ac pensitatim expendere. Agnominatur Arabia illa Eudemon, fœlix scilicet ac beata propter rerũ plurimarũ copiam ac præstantiam. Atqui in ea nec nux nascitur castanea, nec unedo. Sit igitur sterilis, infœcunda, etiam infœlix Arabia. Sed ô maxime imperfectam terræ fœlicitatẽ, cui arbutus desit ac castanea. Laudat̃ à soli fœcunditate ægyptus, ab aeris serenitate, à nili irrigatione, ab antiquitate, ab incolarũ moribus, institutis, legibus, à deorum cultu, sacrorũ mysterijs, rerum item cœlestium cognitione ac scientia. At nullæ sunt ægypti laudes, nulla rerum eius commendatio, quod caprearum careat uenatu, piscatuq; turturũ, pisciũ, aut merularum fortasse aucupio. Nemo erit unq̃ in britannia fœlix, quod sit regio maxime frigida, oporteatq; non exigua anni parte calidarijs agere sub fornicibus, expectareq; ex italia, galliaq; uini uecturã ac comportationem. O fœlicitatem maxime deficiẽtem, ad quam perficiendã uini solius desit usus, quo quidem quota hominum pars globum hunc

terrarum inhabitãtium utitur? ut qui abstemĩ sunt, fœlices esse nullo modo queant. Adsit modo animus, adsit inq̃ animus, multo quidem minus Britannis deerit ad fœlicitatem uinum, q̃ Italis aqua nilotica tantopere commendata. Diui boni fœlicem esse uolumus iustum, temperantem, fortem, scientem, rerum naturæ peritũ. Atqui maxime laboriosum est, administrare iustitiam. Summopere difficile temperare uoluptatem, quæ nobis est a natura insita, supremum in modum periculosum uersari in prælijs, in quibus de uita agitur, deq; honore & gloria. Quæ uero sint uigiliæ, ieiunia, corporis languores, defatigationes animi, ac uersationes eorum, qui cognoscendæ rerum naturæ dant operam, & ipsi scitis, neq; nos etiam ignoramus. Comparatur igitur fœlicitas per difficultates, labores, pericula, maximeq; inquietas actiones, uigilias, inediam, perpetuasq; illas animi cogitationes, ac solicitudines. Nihil itaq; his omnibus actum fuerit, si aut uestis nobis serica, aut porcellanicum desit poculum. In animo, mihi credite, fœlicitas maxima e parte collocata est, in animiq; ipsius constitutione, quo male ubi constitutus fuerit, sibiq; ipse defuerit exteriora hominu; iudicia, externæq; opiniones quantumuis diuitem, quantumuis ualenti hominem corpore, natumq; in patria q̃uis nobili, maioribusq; quantumuis illustribus, fœlicem tamen nunq̃ cõstituent, itaq; ut minime fœlicem præstabũt, sic a fœlicitate illum minime auellent, ubi nec Caietæ habuerit hortulos, allaqueabitq; ulmum falernam, nec lanam totonderit marucinam. Nam quod Cæsarem permulti etiam caluum conuiciarentur, num minus ipse propterea clarus imperator extitit ac dux eximius? Male audiuit etiam Pompeius, quod digitulo capillum scaberet. At propterea parum aut ciuis, senatorq; egregius, aut dux & consul illustris fuit? Alexander imperator Romanus minime aut poculis aut lancibus

usus est aureis, uidelicet haud quaquam propterea clarissimus, aut minus inclytus princeps est habitus? Itaque comparandam ad foelicitatem, si hominum sequamur opinionem, nunquam de erit accessio, nihilque perficiendae illi erit unquam satis, cum tamen & actiones ipsae humanae ratione sunt finitae, & certo quodam limite terminentur. Nam & foelicitas infinita non est, perinde ut neque sanitas, neque corporis proceritas, nec bona alia humana, quippe quae & ratione finiantur, & terminis sint comprehensa. Quamobrem in iis quae ad foelicitatem pertinent, non parum etiam opinione laboratur. Qua in disputatione quis locus esse uerae potest rectaeque rationi, cum ad opinionem pleraque referantur? Itaque nequaquam nos poenituerit, uobiscum haec familiariter prolocutos. Quod uero ad prudentiam attinet, ea cum recta agendi sit ac uera ratio, aut sine recta constitui ac uera ratione nequeat, actiones quidem omnes sic moderatur ac regit, ut uirtutum omnium quae a moribus nomen habent, dux sit ac magistra. De qua non ante dicere aggrediemur, quam rerum uobis moralium principia aperuerimus. De quibus in hunc exordiri maxime modum placuit.

T electionibus quibusque & actionibus nostris omnibus finis constitutus est aliquis, cuius ipsi gratia moueamur. Vbique enim rei alicuius species, quae optanda quidem appareat, & in agendo & in eligendo sese nobis offert, cum enim in summa rerum omnium inopia constituti simus, quae ad uictum cultumque & usus uitae alios necessaria sunt, eorum ut cupiditate teneamur, uel maxime quidem necesse est, sine quibus uita ipsa nec commode traduci, nec bene nobiscum agi, ulla ratione queat. Ad haec cum ob hanc ipsam fortasse inopiam, aut natura ipsa tantum duce nati simus ad coetus colendos, societatemque conseruandam, ne ciuili huic uitae, sociabilique consuetudini desint opportuna, mul

ta quoq; cōparanda sunt, quorū etiā habendorū cura traha mur atq; incendamur studio. Nec uero solū ea ne desint no bis in uita, uerum abunde quoq; ut suppetāt, liberis, propin quis, familiaribus, atq; posteris. Est enim à natura homini insita posteritatis cura, quod prolis quidem studium decla rat, ac præsertim optimo cuiq; beneq; instituto.

Quod utilia quæ sint naturaliter appetantur.

Inc igitur ingenita est homini rerum utilium cura, quando ex hoc uocata sunt utilia, quippe quæ ad hu iusmodi usum & cupiunt, & comparant magnis et cum laboribus. Hinc tot artes inuentæ, tot etiā manuū opifi cia, & ipsa quoq; ab ingenio natraq; profecta, quorū tamen non exigua é parte, humanarū initio rerū excitatrix fuit ino pia, summaq; uiuendi difficultas, ut agriculturæ ac fabriliū ferme omniū, multaq; post adinuenta maioris cōmoditatis atq; copiæ gratia (aliud est.n.nolle egere, aliud affluenter abundare uelle) nō pauca etiam uoluptatis, quæ nescio quo modo socia data est à natura hominibus non solū in agēdo, uerum etiam in cogitando & cōtemplando, eaq; ita quidem utilitati ipsi cōiuncta, ut seiūgi ab ea uix queat, dū uoluptas tamen non sit ipsa quidem arcessita, ac parum sobria utilita tis custos. Itaq; cupiditates ipsæ nostræ, atq; appetitiones, in ijs quæ ad utilitatem pertinent, potissimū uersantur, nec sane à uoluptate disiunguntur, ac iucundi specie. Vtilitatis autem nomine intelligi cūcta uolumus, quæ ad uitæ usum, atq; commoditatem spectent, ciuilisq; uitæ conseruationem. Quæ quod & delectant, & uoluptatem afferunt, ubi eorū possessionem assecuti sumus, iucunda etiam dicuntur, sunt q; admodum possessoribus grata. Quo fit, ut utilia quæ ap pareant, ac iucunda, naturaliter & cupiantur & eligantur à nobis. Nam de honoribus, præfecturis, magistratibus, alia uideatur fortasse ratione tractandum. Nos enim principia

tantũ hac præsertim in parte quærimus, quibus natura du ce homines moueantur ad cupiẽdũ primo atq; eligẽdũ post etiã ad agẽdũ, assequẽdi gratia, etiã cũ sudore ac periculis.

Singulis artibus atq; actionibus finem constitutum esse suum.

Quibus e rebus efficitur, ut artes, ciuilesq; exercitationes cunctæ finẽ respectent, & ipsæ quoq; aliquẽ ac maxime suũ, cũ illarũ principia ab iis, de quibus dictum est, causis sint profecta, inopia scilicet ac natura. Nã q; non actioni cuiq; modo, uerum etiam arti atq; facultati, suus constitutus est finis. Quocirca cũ uariæ sint atq; multiplices hominum tum exercitationes, tum artes ac studia, fines quoq; & ipsi constituuntur, non uni.

Omnes fines ad unum tandem referri.

Caeterum ubi summa totius reipublicæ administrãdæ ad unum, eumq;, summum refertur magistratũ, militiæ quoq;, ac gerendi belli ad imperatorem, sic fines & ipsi omnes ad unum eumq; summum ac præstantissimum referuntur finem, propter quem omnino omnia suscipiantur & officia & opera, ad quem quidem ipsum suum quiq; dirigant cursum, perinde ut in portum qui nauigant, atq; ut inter magistratus alius cedit aliũ, minorq; maiori, atque inter ciues, iuuenis seni, ignobilis nobili, priuatus in magistratu agenti, sic finium sua quoque ratio est habenda, præstabitque alteri, is ipse, ad quem alter ille refertur, ut res familiaris rei rusticæ, & hæc ipsa res rustica faciendi aratri, ac uomeris officinæ, quando uomeraria officina subseruit agriculturæ, ipsa autem agricultura rei familiari. Omniũ aũt erit præstãtissimus, maximeq; optabilis

Atq; expetendus is, qui gratuito quidē ac propter seipsum tantum & quæritur, & expetitur, & cuius assequēdi gratia cæteræ omnes actiones sunt curæq; susceptæ. Videntur autem hoīes id maxime & cupere & quærere, ut bene ipsi uiuant. Nam uiuere commune est animalium quidē omniū, bene uero uiuere solius est hominis.

Vnum quenq; finem bonum aliquod esse.

Vocirca fines, etiā ipsi e qbus existit bene uiuere, q bonum quoddā sunt singuli, ex bono em̄ sequitur bene, perinde ut ex honesto honeste. Nā & qui bonū præstitit officium, bene dicitur egisse, & qui honestum aliquod egit facinus, honeste. Inter ipsa autem bona (quod idem dictum est de finibus) est aliud alio melius ac præstantius. Illud uero & optimum & præstantissimum, & omniū maxime optabile, quod cætera complectitur, continetq; omnia, quod & summum & ultimum merito est suo habendū, quod adeptus qui fuerit, nō aliter, q̄ qui in portum ex alto delatus est, finem sit postremum assecutus. Id quod in gubernandis populis, regiaq; in administratione usuuenit, ut pastores, agricolæ, mercatores, artifices, urbiū præfecti, ciues demū oēs, milites item, ordinesq;, & ipsi centuriones, tribuni, duces, uniuersus deniq; exercitus regi pareat, rexq; illis præscribat, & publice oībus, & priuatim singulis.

Fines alios esse extrinsecus positos, alios ipsis inesse actionibus.

Vorum quidem omnium ea diuisio est, ut fines alij q sint extrinsecus quidem positi, quemadmodum in exercitatiōe et usu medicinæ sanitas. Alij uero ipsis insint actiōibus, sintq; actiones ipsæ fines, ut eius qui fortiter se gesserit, feceritq;, aut facit fortia, actio ipsa fortis, fortiterq; egisse, uel agere, est finis, quem qui assequitur, fortis dicitur, & qui magnifice agit, magnificus, cū medicus

qui ægrotum sanauerit, non ipse propterea sanus quidē dicatur, uerū bonus atq; peritus medicus, sanitatisq; solers seu procurator, seu artifex.

Fines alios esse opera, alios officia.

Esciam ego q̃ ab aliis, quæ dicturus proxime sum, probabuntur, dicam tamen, eritq; suum cuiq; arbitriū de iis, ut uoluerit, & iudicandi, & sentiendi, utemurq; distinctione hac, ut quæ existunt ex administrationibus aut artis, aut facultatis cuiuspiam, rebusq; uel faciendis, uel constituēdis, earumq; præcipue artium, quæ manu exercentur, opera ea uocemus, ut telam opus esse texturæ, architectonicæ ædificium, indusiarii indumentum, eruntq; opera ipsa sui artis cuiusq; fines. Quorum uero nulla existunt præter actiones ipsas opera, non uerebimur eas ipsas actiones finem assecutas, appellare officia, eaq; fines esse dicere, ac finē liberalitatis esse, eiusdem recte utendæ officiū, similiterq; fortitudinis, atq; magnanimitatis. Recentiores enim philosophi, q̃q̃ præstantissimi quidē, maximeq; acuti uiri, dum græco tamen modo, quibusq; ab Aristotele traditum est uerbis philosophantur: parum curauerunt uidere, quid latine etiam dici, & quonam modo, quaq; etiam ratione ac uia, aut possit, aut etiam debeat. Nec uero eum me ego esse, aut dicam, aut sentiam, qui philosophum profiteri aut possim, aut debeam, aut omnino ausim, tamen ut consueuere, qui periculosa tranant atq; ignota flumina, quibusdā quasi contis, tentabundus amnem ingredior. Quid enī obfuerit uadū quærere, si non magis fortasse certum, at minus omnino lubricum ac uerticosum? nullū autem in euentum reprehendendum fuerit, horum alios admonuisse.

Materiam, formam, ac priuationem conuenire ad uirtutes constituendas.

D hæc quanq̃ idẽ Aristoteles quæ de moribus dis
a seruntur, neq; eruditius, neq; exactius, quærenda esse censet, sed crassa quadam & pingui potius perscrutatione, atq; ut maiores nostri dixerũt, Mineruam, nihilo minus audacius, fortasse tamen in ostendendis, explanandisq; principijs non dubitabimus remotiora quædam, significantioraq; sciscitari & quærere, quorum ex indagatione principia ipsa clariora appareant, sintq; illustriore in loco posita. Idem ipse igitur & indagandi solertissimus, & præcipiendi optimus magister Aristoteles tradit, ad constituendam generationem tria simul conuenire, materiam, formã, & quam recentiores e nostris uocant priuationem, quæ & rectius, & expressius, & iudicio etiam meo proprie magis carentia dicta est, à uetustioribus quibusdam latinis, sed nõ sit de uerbo controuersia. Ego uero hac nũc in parte, & in in hoc, qui est de moribus, tractatu, & indigentiam & inopiam indifferenter, & cum libuerit, etiam penuriam appellabo, ut quod moralibus sũ de uirtutibus dissert urus, quæ honestis constituuntur & præclaris ex actionibus intelligatur apertius, uirtutũ etiam ipsarum principia, & quæ sint, & qualia. Tantum uero abest, ut ratione hac disciplinas ipsas perturbemus, ut magis magisq; alteram alterius sustentemus præsidio.

Inopiam esse unum e principijs.

Asci igitur hominem cum summa rerum omnium
n inopia, quis est qui neget? addam & illud, maxima etiam cũ ignoratione. Nanq; solus cũ sit ad eloquẽdũ natus, septimo uix anno eloqui quæ sentit exacte potest. Animalia feré omnia ubi alia progredi, alia aut uolare, aut natare, aut repere apta sunt, uictum ipsa sibi per se compa

rant. Solus homo postq̃ & pedibus & manibus et lingua, qua excellit, commode utitur, uiuere tamen nec ipse adhuc per se, aut à se solus potest, neq; conseruãdi sui munus, aut obire, aut tutari, neq; quas ad resnatus est, nisi multos post annos eas attingere. Itaq; diutius à parentibus alitur, uicti tatq; annos complures aliena & opera & cura, discitq; laboriose eloqui, cum animalia cætera sponte uoces suas, suaq; signa nullo docẽte proferant. Laborat itaq; hõ solus, postq̃ instrumenta corporis perfecta sunt omnia, etiam extrema illorum omnium inopia, quæ ad uiuendum sunt pernecessaria, quodq; grauissimũ est oĩm, summa premitur rerũ ignoratione atq; inscitia, cum etiam ad sciendum sit, atq; ad contemplandum natus. Itaq; alia ad animalia cum respexeris, nihil homine nascitur à re præsenti destitutius, ac si non displiceat uobis, qui maxime docti estis, etiã inscitius ignorantiusq;. Est igitur data homini indigentia comes quasi quædam, uel excitatrix potius ad ea comparanda, quibus seq;. uitamq; & opus tueatur, abijciatq; ignorantiam.

Hominem natum esse ad agendum, agendoq; informari.

Vnde hunc hominem nasci ad agendum docent ipsæ, e quibus constitutus est, partes ac mẽbra. Sũt enim nati pedes ad ferendum corpus reliquũ, atq; ad inambulandum, manus ad tractandum, laborandumq;, ad uidendum oculi, ut ad audiendum aures, ad olfaciendũ nares, aliaq; ad munera membra item alia, ac partes corporis, quæ post subseruiant ei, consequendis illis, ad quæ natura duce ac ratione, inopia etiam impellente trahitur. Agendo itaq; formam illis indit, ipsæq; actiones, quæ ab agendo dicuntur, informatrices sunt quasi quædam eorũ, quocirca & uirtutum quoq; oĩm, quippe quæ honestis, consummatisq; cõstituãtur ex actionibus, ni forte uirtutes ipsæ

eædem, honestæ sunt ac laudabiles actiões, quæ formã quoq; suam pro subiecta materia referunt.

Singulis uirtutibus suã attributam esse materiam.

Ingulis eñ uirtutibus sua attributa ẽ materia, tãetsi nõnũq; eadẽ ipsa materia alijs quoq; subijcit̃ actio
s nibus atq; uirtutibus. Siquidem magnificentia & liberalitas in pecunia uersantur eroganda, sed illa tantum dãdo, hæc uero magnifice potius ædificãdo, qua de re post fortasse uberius. Habetis optimi uiri, planeq; ut arbitror, intelligitis, perinde ut in constituenda generatione, in formandis quoq; uirtutibus, materiam, formam, ac priuatione m simul conuenire. Itaq; ad ea a quibus digressi fortasse uidemur, redeamus.

Moueri appetitionem ob inopiam.

n Ascitur igitur homo egenus, inops, omni etiam e parte necessarijs carens, quanq̃ quibus ipsi caremus, non egemus tamen omnibus, neq; enim flabello si caruerim, egeam illo in frigoribus, aut sub brumæ tempestate. Hinc itaq; appetitio suscitatur eorum omnium, quibus aut ipsi caremus, aut eorum egeamus usibus. Hinc etiam expetitio eorum quoq;, quæ & commodiora, & uitæ magis opportuna uisa sunt, magisq; honoratu digna iudicantur, in primis rerum cognitionis atq; scientiæ. Nam cum rudes nascamur, ignariq; simus etiam propter animum a ratione minime alieni, ob hanc ipsam consequendam rerum cognitionem, causasq; earum ac rationem tum intelligendi, tum sciendi maxime cupidi & studiosi sumus. Laudabilissima sane res, supremumq; in modum spectanda atq; honestanda expetitio rerum huiusmodi, atq; ut proprie fortasse magis loquar exoptatio. Quotus enim siue a natura, siue ab institutione, siue dei dono ac munere, siue ab ijs simul omnibus (quanq̃ quæ a deo tribuũtur, omni sunt e parte ꝑ

fecta,

fecta) quotus inquam sic est, uel præditus, uel institutus, uel adornatus, ut expetisse ea magis iudicari debeat quam optasse? Quando eorum quæ optantur, nō tam actiones ipsæ nostræ futuræ per se ipsæ sunt assecutrices, quam aut fortunæ opera, aut dei beneficentia & munere.

De fortuna.

Verum in maxima re, eaq; perdifficili & rara fortunæ habere rationē, nec pij esse, nec christiani uidetur hominis. Atq; hæc quidē nequaquam eo consilio dicuntur à nobis, quo peripateticorum sententijs aduersemur, sed quod dū illis assentimur, uideri nolumus religionis nostræ immemores, cum etiam quæ fortunæ attribuantur, eorū per multa fortasse & plurima, si per seipsa cōsiderentur, ac non perinde ut præter propositum ac finem à nobis ipsis constitutum eueniunt, uideri possint ad rerum naturam prorsus referenda, uel ad secretiorem, incompertioremq; quandā constitutionem, cum tamē natura ipsa ut mūdus uniuersus deo pareat, obtemperetq; præscribenti (necesse est enim, & regere & moderari unū omnino omnia) Nam quod ad fortunā attinet, quis quæso modo sit aliquo ingenio præditus, quis inquā fortunā ipsam, aut incertum, aut temerariū, aut sine causa, ordine, serieq; omnino ulla uagū ac palans quippiam esse asserat? nemo profecto sanæ sibiq; constantis mentis atq; consilij hoc aut sentiat, aut profiteatur. Quod enim absq; causa? quid porrō ē causa ortum ducēs, incertū? suoq; nec gradiens processu nec ordine aut temerariū? licet temerariū, quoad nostra intersit uideatur. Verūenim latent nos & rerum causæ & origines, earumq; progressus atq; conuersiones sunt oīo incognitæ. Itaq; fortunæ nomē ipsum populare initio atq; ab ignoratione ductū fortasse non temere

quis arbitretur. Serunt agricolæ, neq; est prorsus annuus sationis prouentus, multaq; interim ante messem accidũt, præter illorum opinionem, & quãq; sunt prognosticorum ac temporum obseruantissimi, aduersus opinionem tamen illorum atq; obseruationem contingunt non pauca, quæ q̃dem ipsa æque dicuntur, ac si uredines, tempestates, nimbi ẽ certis constitutisq; minime proueniant causis, ac tum ẽ cœli ipsius ac stellarum commotionibus, tum ab elementorum inter se alternationibus pro seminum, ac soli ipsius natura et habitu. Itaq; dũ fortunã uel accusamus, uel causamur, et naturam, & deum ipsum criminamur etiam calumniose, atq; ut uerius fortasse loquamur, ignauiam nostram, detegimusq; criminando ignorantiam, simulq; uitæ conquerimur, tum imbecillitatem, tum breuitatem, quodque tanta etiam causarum ipsarum, cœlestiumq; progressionum abstrusio sit, atq; latibulum tantopere tenebricosum, cõditionis penitus nostræ, mortalitatisq; ipsius ob superbiam, arrogantiamq; obliti. Verum ad nostra redeamus. Nascitur idem, ut dictum est, homo ad agendum, utq; agendo assequatur, comparetq; sibi ea, quæ deesse iã sentiet, unde actiuus est dictus. Cumq; anima sit corporis ipsius humani pfectio, imperetq; ipsa corpori (perfectionis enim imperium est) eiusq; membra ac partes omnes cum ad agendum pariter ac faciendum sint appositæ, utetur & illis anima, perficiendi atq; assequendi eius, ad quod intendit quodq; auet, atq; expetiscit, gratia.

Vsum rationis homini tantum esse concessum.

b Vius igitur ipsius animæ triplex cũ sit uis atq; potentia & uegetandi & sentiendi & ratione utendi. Vegetatio quidem & herbis & stirpibus cum homine est communis, nam & illæ quoq; dicuntur uiuere, & quod

hac præditæ sunt anima, dicuntur animãtes, sentiendi quoꝙ uis ipsa cõmunis est hoĩ cũ bæluis. Sola igitur actione ac rõne animæ ꝑs utens, hoĩs est unius, huiusq; ipsius oĩno ꝑpria. Quocirca suũ ac peculiare hoĩs est cũ rõne agere, illãq; agendo seq, eiusq; se dictis accommodare. Nulla eñ absq; ratione actio est ꝑfecta, finis aũt perfectum quiddam est, & perfectissimæ cuiusꝙ actionis finis, etiã perfectissimus.

Finem expeti quia bonum.

e Vmꝙ sit perfectio de ratione boni, id efficitur ut finis iccirco quia bonum est, expetatur, quodꝙ aliud alio perfectius, illud perfectissimum iudicandum est, quod & idem optimum. Perfectissimum igitur atꝙ optimum idẽ quoꝙ est, & summum, ac bonorum omniũ maxime, uel expetendum, uel exoptandum, ad quod omni etiam sit studio contendendum, finisq; idem ultimus, ad quem cæteri referantur omnes. Fructus igitur uitæ humanæ totius actiões ipsæ sunt, ratione temperatæ & rectæ.

De ratione.

r Atio enim regendis moderandisq; hominũ actionibus, idẽ prorsus exercet ius, eademq; authoritate utitur, qua in moderanda naui, is qui dicitur gubernator. Quippe qui clauo inhærens, & uẽtos explorat, & cursum dirigit, & futuris de tempestatibus solicitus, omnia simul circũspectat, & q̃ timẽda sunt cauet, et q̃ administrãda, quoq; administrãda modo & decernit & impat. Quocirca uita ipsa hominis, et in actiõibus homine dignis uersabit̃, unde actiua est agnominata, & actionũ ipsarum, uitæq; totius ratio dux erit ac magistra, quando rationalis animæ pars homini solum est concessa, cum animalium cæterorum excellentia &, actiones ipsæ uitam hãc sic constituant, ut qui ita uixerit &, bene uixisse, & finem assecutus iudicetur illum, qui est nobis à natura propositus, ac per usum habi-

tumq; ratione dictante comparandus. Quã uia futurus est finis ipse, & perutilis, et iucundus admodum, ac natura ipsa humana dignus ac proprius, & à ratione constitutus, atq; in ætate bene constituta, ex eoq; etiã perfectus, quod agẽdo, ac diu multumq; exercendo fuerit comparatus, deniq; & summus & optimus, & iusti possessoris etiam iusta possessio, qui quidem ipse sit maxime consummato, & iudicio, & officio.

Ex actionibus à ratione profectis & moderatis uirtutes morales constitui.

u T igitur uegetantis proprium munus est uiuere, sentientis uero sentire, sic eius qui ratione utitur, agere cum ratione. Vsus autem ipse morem inducit. Quo fit, ut actiones ipsæ a ratione profectæ, illum sequantur, sintq; ex eo etiam morales dictæ. Eædem igitur actiones, & morales, et secũdum rationem progressæ, ipsæ quidem uirtutes erunt, quando & rationem sequũtur, & à moribus nomen habent. Cunq; rationis proprium munus atq; officium sit, honestatem complecti, sitq; ratio ipsa norma quasi quædam recti, ea denique selectrix boni, & iudex honesti, erunt hæ ipsæ morales uirtutes, atq; actiones, tum honestæ ac rectæ, tum ad bonum contendent. Honesti uero est laudatio, recti æquitas, ac iustitia. Est enim rectitudo iustitiæ temperatrix, uel ipsa potius iustitia. Humanarum igitur actionum à ratione profectarum, illiq; se accommodantium finis est uirtus, uel eædem actiones sunt ipsæ sibi & finis, & bonum, quod ipsum homines etiam à natura ducti appetunt, illoq;, ut potiantur, contendunt. Cum autem uirtutis ipsius moralis existat proprium, ac suum cuiusque uirtutis munus, & definitum officium, ipsaq; in plures uirtus secetur partes, quemadmodum ipsum quoq; diuiditur bonum, sic aliarum

quidem uirtutum alia sunt & officia & munera, ut tempe rātiæ, modestiæq; temperare appetitum libidinis, modumq; adhibere tum uoluptatibus, tū doloribus, quæ non tam animum, q̄ corpus ipsum ac sensus male afficiunt, hominemq; ipsum, qui ex anima constituitur, ac corpore. Vt etiam fortitudinis in periculis, ac maxime asperis belli laboribus, tum retinere ac confirmare fiduciam, tū sedare metum, formidinemq; repellere, & cōfirmato animo, mortem oppetere, dū ratio idipsum suadeat. Vt etiam prudentiæ, de qua præcipere hortatu præsertim uestro decreui, atq; intellectus, cuius prudentia ipsa alumna est, propriū, ac peculiare est, quaq; in actione ac re administranda & metiri, & pensitate, et cū eta simul attendere, & antequam agendū quid suscipitur, & postq̄ susceptum id est, & in eius progressione quid utile, quid contra inutile, quid sequi, & quid uitare, tū in eligendo & decernendo, tum etiam in agendo ac prosequendo debeamus, cum uirtutis sit huius studium intellectusq; ipsius officiū multo ante prospiciendi quæ obesse, quæ contra prodesse ualeant, quæ profutura sint, quæ ue etiam offutura Quocirca uirtutum omnium & dux & comes & magistra, quasi quædam merito est à doctis uiris habita, & ore pleniori à peritis imperitisq; pariter laudata. De qua tamen anteq̄ dicere ipse aggredior, quoniam actiones eō spectant nostræ, ut publice ac priuatim bene uiuatur, uidendū est, ac si non plane explicandum (quod maioris est operæ) innuendum tamen, quodq; in pictura usuuenit adumbrandum quibusdam quasi coloribus, quid sit ipsum bene uiuere, quodq; permulti etiam, non bene solū, uerum beate quoq; quærunt uiuere, an alterum sine altero sit uiro bene constituto per se satis, ad hæc in quo differre uideantur. Atq; ubi utriusq; compos factus quis fuerit, qualis hic esse sit habendus, quaq; appellatione assecutio ipsa bene beateq; ui-

uendi, sit etiam uocitanda.

Quid sit bene uiuere.

E

X iis igitur quæ dicta sunt, efficitur primum ut bene uiuere sit non cuiusq; hominis, sed eius tantum, qui est bene ipse quidem constitutus, deinde ut ipsum bene uiuere, sit bene atq; cum ratione agere, & assidue quidem bene agere, continuatoq; studio & opera in uita ipsa ciuili, hominumq; societate & cœtu. Neq; enim bene constitutus uir existimandus est, aut soliuagus, aut sui tantum studiosus, atq; amator, uiuensq; in solitudine. Qui igitur ea aget, quæ & uiro & ciue digna sunt bono, et patrefamilias frugi, quiq; pietatem colet atq; iustitiam, deo, patriæ, parentibus, cognatis, amicis, ipsi hominum generi, quoad eius facultates tulerint, iusta honestaq; præstiterit, qui laboribus atq; erumnis non cesserit, neq; succumbet aduersis, abhorrebit a turpibus, sequetur honesta, atq; commendatione digna, ipsamq; imprimis naturam, ratione & duce & comite, aut hic bene dicetur uiuere, aut nomen ipsum bene uiuendi futile iudicandum est, atq; omnino uanum. Poteram & breuius complecti definiens, bene illum uiuere, cui nihil desit uirtutibus omnibus publice priuatimq; exercendis. Sed magis placuit illum circunscribere. Nam quibus eum circumscribimus, in iis uniuersis uirtutes ipsæ pro sua cuiusq; sibiq; subiecta uersantur materia, quæ ubi minime defuerit, nec singulis uirtutibus, nec item uniuersis omnibus pro loco, re, ac tempore, publice priuatimq; exercendis, huic quomodo deesse poterunt facultates ad uictum, ad uestitum, ad cultum, ad tutandum, conseruandamq; tum honeste, tum abundanter rem familiarem ac propriam, de qua etiam prodesse aliis ualeat? Atq; hæc quidem ipsa satis esse ad bene uiuendum iudicari recte quidem

possunt, cum usus ipse uirtutis sit, uel etiam plenissimus ho nestissimae uoluptatis, nullaque existat uoluptas solidior, quam quae ex honestis & claris capitur actionibus, eaque ipsa e fonte uirtutis manet, ut hic ipse bene constitutus uir, comitem ad bene uiuendum secum habeat etiam uoluptatem, seque & rationis usu dignam. Quod si ut principi doctrinae huius Aristoteli placet, summum hominis bonum est agere secundum uirtutem, eamque optimam inter alias ac perfectissimam, qui secundum omnes bene aget, iure meritoque suo nonne hic & uere dicetur, & recte indicabitur bene uiuere? nonne & ille quoque ipse optime, qui secundũ caeterarum omnium praestantissimam? Pictorum quidẽ munus atque officium est omnium pingere, boni uero, bene pingere, & alius quidem, ut de Apelle tradit propertius, in Veneris tabula summam sibi laudẽ uendicat, alius alia in re depingenda. Excellentissimi uero pictorum est omnium in omni picturae genere retinuisse excellentiam. An fortasse seruare quispiã illud maluerit in hac quae est de bene uiuendo dissertione, quod graeci pariter ac latini seruant, ut cum dicitur absolute poeta, Homerus à graecis, Virgilius à nostris intelligatur? Non quod illi in omni poeticae genere fuerint eminentissimi, sed quod in haeroo tantum maximeque generoso carmine praeferantur, quando nec exacte in hac ipsa quaestione singula ita sunt quaerenda, ut ab oratore exigas syllogismum qui est dialectici, cum illius sit proprium enthimema. Et mercator quidem numeros digerit ad utilitatem uidelicet ac mercaturae usum. Ab arithmetico uero numerorum ipsorum proportio, quae & quanta sit, quaeritur. Commune igitur est homini quidem uiuere cũ herbis, fruticibus, arboribus, itẽ beluis, ferisq;, ad haec alitibus piscibus, addo et repẽtibus. Bñ aũt uiuere hois est unius, qa unus ipe ad agẽdũ atq; cõtẽplãdũ ẽ natus, atq; ob utrũq; re

liqs excellit, quæ uitæ utunt muneribus. Huiusmodi uero excellentiæ possessio, ut bene, ut perfecte, nequaq̃ tamẽ omnibus uel paucis admodum potius contingit hominibus, ut non pictorum e numero cuiq̃, aut poetarũ, aut medicorum contingit esse suo in genere, artificioq̃ excellentẽ. Omnia.n. perfecta rara q̃ eadem ipsa sunt admodum difficilia, quæ quadrasse ex omni parte, uidetur diuino quodam beneficio, potius q̃ humano ingenio atq̃ opera cõtingere, & quadrasse illa uidetur bene instituti hominis non ad se ipsum, uerũ ad deum optimum maximũ prorsus referre. Ac de bene uiuendo hac nũc in parte hactenus.

De beate uiuendo.

Quod uero ad beate uiuendum attinet, rei huius opinio de mẽtio introducta est ab ijs qui posthabita, despectaq̃ ratione, uitam admirati sunt illorũ, qui agerent in potentatibus, abundarentq̃ copia generis omnis rerum. dũ affluenter ipsi uiuunt magisq̃ bene, abutunturq̃ potius, q̃ utuntur rerum ipsarũ copia, eamq̃ nõ tam ad frugem conuertunt, q̃ in suam ipsorum ac rerum simul perditionem, ut magis ipsi trahantur a sensu, q̃ ducantur a ratione. Quod mihi quidem uidetur inde ortum ducere, quod in generatione hominis, prima cum sit animalis pars ea, quæ uitalis est, communisq̃ animantibus omnibus. Sequatur autem secũdo loco pars altera, cuius munus est sentire, ex hac coniunctione ac propinqtate hæc ipsa sentiens uis admirabili afficitur cupiditate & studio uitæ ad illaq̃ mouetur semp maxime, quæ uitæ conferre cẽseat. Tertia uero pars, quæ a ratione nomẽ ducit, sic accedit atq̃ annectit̃ sentiẽti, ut tanq̃ perfectior imperare debeat inferiori, ac minus perfectæ. Et sentiens quidem illa pars, quo uitali propinquius conciliatur, eo minus rationi obsequitur, digrediturq̃ ab illa longius. Quo uero fit rationali cognatior, eo obedientius ratio

ni sese accõmodat. Quocirca corrupta pars ipsa quæ media est deprauataq;, illud unũ quærit, totaq; in eo est, refertur q; ad illud, ut ocium sequatur, turpisq; uoluptates. Ocium autem aduersatur negocio, uoluptas mala labori, qui actionum omnium est comes. Quid quod ut honestum quod est, illud hominis tantum est, propter rationem, sic quod turpe beluarum, quippe quæ illa careant, ac magis magisq; inclinent ad uegetalem. In hac uero ipsa deprauatione illud usu uenit, quod in bilancibus, quarum altera quo propendeat, eo trahit præcipitatq; secum alteram. Accedit huic malo in honesta sæpe institutio, maleq; ipsa temperata, quo fit, ut relictis actionibus, pessundataq; ratiõe, illi ipsi ferant̃, qui sic affecti fuerint, a sensibus, magis q̃ ut a ratione temperent̃. Nec uero agere illis propositum est, sed cessare, nec rationali dare operam parti, illiq; inhærere, atq; animum colere, sed beluarum more, corpori tantum incumbere omni studio & opera. Quã e re uitia illa manant omnia, quæ ocij sunt, uoluptatisq; malæ assecle, nec tam hominum propria, q̃ ut dixi, beluarũ, quæ nunq̃ quidem quiescunt, nisi cum repletæ sunt, etiam supra saturitatem, à qua grauissime premantur, quibus eò deteriores sunt homines, quod ratione contaminata, rationis ipsius munera conuertunt ad assequendas atq; abutendas turpissimas cupiditates, copia ipsa rerũ sufficiente materiam. Quo in genere uitij, atq; in tanta hac declinatione humana ab excellentia, tantoq; in abusu tum rei familiaris, tum sensus, animiq;, ac rationis ipsius, é Romanis principibus, Heliogabalus, Gallienusq; ante alios eminuere. Hic igitur abusus, tantaq; & appetitus, & rationis contaminatio cum uerteretur in admirationem, extolleretur que à quibusdam, qui docti, sapientesq; haberentur, cum & illi propter rerum copiam, uoluptatumq; affluentiam tantam, imprimisq; ob molestiarum uacuitatem ac laborũ, beati

putarentur, eadem attulisse uidentur, beate uiuere ut putaretur esse aliud à bene uiuendo, de quo paulo ante diximus. Quod si beate uiuere est, curis, molestijs, laboribusque uacantem esse hominem, & inertia, desidia, lasciuiaq; languescere, abutẽtem & corporis & fortunæ & animi bonis, tollitur ut uiuere secũdum rationem ac uirtutem, sit ipsum bene uiuere. Quota enim uirtus, in qua exercenda non & curæ multiplices, & labores permulti, & molestiæ admodum etiam graues suscipiantur? An quæso quæ obeuntur pericula, qui suscipiuntur à forti uiro labores, uacare eos dicemus, etiam supremum in modum angentibus curis? cum sit aut gladio comparanda uictoria, aut subeunda mors, cum pugnetur de sanguine, de honore, de libertate, quibus in uita ducenda, ac gerendis rebus nihil sit omnino charius, nihil etiam optabilius. Age temperare appetitum libidinis, sedare dolores, nonne est imprimis difficile? quod si difficile, nunquid non & laboriosum, & graue? Itaq; labores qui tollũt, & honestas & præclaras actiones tollunt, quæ sunt uitæ ipsius humanæ fructus, tollunt & uirtutẽ, deniq; & laudem & gloriam, quæ lux quasi quædam & actiones illustrat, & ipsos etiã authores. An nõ gerere magistratus, atq; in summis uersari honoribus, est quasi se ipsum laboribus mersare atque molestijs? de quibus recte quidem dici illud potest, quod in fabulis de illis legitur, qui apud inferos in phlegethonte cruciantur.

De uoluptate.

Locus autem hic ipse admonet, de uoluptate aliquid ut explicemus, de qua in ijs quoque libris, qui sunt à nobis scripti de fortitudine, non pauca sunt etiam disputata, eam scilicet esse duplicem, ducereque à natura ip-

sa ortum. Vtilia enim ac bona quæcunque naturaliter uolu‑ptatem afferunt, & alteram quidem, cuius principia atque ortus sint à laboribus, molestijs, difficultatibus. Post uero incrementum eius atque progressio sit maxima cum iucun‑ditate & lætitia. Alteram uero cuius educatio sit à mollitie, langore, desidia, cuius exitus plerumque sit dolorũ plenus ac tristiæ, nõ raro etiam calamitosus. Atque hæc quidẽ ipsa uoluptatis species uitiorum est comes, ac turpitudinis socia. At altera illa uirtutis atque actionum omnium, quæ sunt secũdum uirtutem. Qua enim ĕ re aut maior capietur uolu‑ptas, aut plenior, aut optabilior, aut naturæ congruentior, quam ĕ iustis, liberalibus, fortibus, magnanimisque actioni‑bus? Quid enim iucundius, q̃ pie ægisse? q̃ in homines be‑neficee? in deos religiose? Atque hanc quidem ipsam uolu‑ptatem nulli dolores corrumpere, nulla uis eripere, nulla fortunæ procella impellere in scopulum potest, nostra est, permanebitque nobiscum, q̃diu memoria ipsa, recteque fa‑ctorum recordatio permanebit. Deducitur ad grammaticũ ingemiscẽs ac plorãs puer. Eripit̃ illi ludus, qui eius ætatis est proprius, sentit sæpius doctoris atque correctoris feru‑lã, obiurgationesque grauissimas, cogitur uigilare ad mul‑tam noctem, matutino tempore expergisci, in librum incum‑bere, & omni ferè uigiliæ ac diei tempore, nunc ingenium exercere, nunc memoriam, post & uocem, dum recitare, quæ à doctore accepit, cogitur inter increpationes & scuti‑cam. Quid his omnibus molestius, grauius, tristius? addam & lachrymosius? Hæc oĩa ꝑpessus est Virgilius, adijce & summas rei domesticæ, ac natalis soli angustias. Sed quænã q̃so maior, quæ inq̃ maior, solidior, exq̃sitior, optatior, atq; oĩ ẽ ꝑte ꝑfectior uoluptas, q̃ cũ priceps orbis terrarũ, Augu

stus, senatus item ac populus Romanus gentium dominus assurrexit in publico recitanti? Quae Aristotelem comitaba tur uoluptas, mulcebatque instruentem non Athenas modo, non graeciam totam, uerum orbem ipsum terrarum uniuersum? aperientemque secreta naturae ante penitus incognita ac latentia in abstruso? seque ipsum reputantē, ac merito etiā gloriantem, sua peruestigatione, suis uigilijs ad ea peruenisse, quae graecorum aut aegyptiorum nullus esset antea cōsecutus? Quae illius magistrum Platonem, quem graecia, sicilia, italia supra hominem uenerata est, quem reges propter ingenij excellentiam suspexerunt, admirati sunt populi, coluerunt quicunque diuinarum, humanarumque habere rerum cognitionem uolebant, cū omnis recta cognitio ab illius institutione atque doctrina duxerit exordiū. quod quidem ob meritum id pretij ab hominibus retulit, diuinus ut appellaretur? Sed redeamus unde digressi sumus, confiteamurque bene qui uiuant, idest qui uirtutem colāt, honestisque uersentur in actionibus, uera illos perfectaque & homine digna uoluptate frui. At uoluptatem illam quae in popinis, ganeis, plumaque domicilium sibi constituit, & fallacem esse et imperfectam, & summorum etiam dolorum altricem atque administram, eiusque plerūque fructus esse calamitosos, cum haec ipsa quae honestatis est socia plurimum ubique conferat, & ad beate uiuendum, qua de re nunc agimus, & ad foelicitatem, quae summū est bonorum omniū. Eam igitur ipsam uoluptatem quod in animo, honestisque est actionibus constituta, quod tranquillitatis est amica, ac ueri boni comes, quod de tellure poetae dicunt, almam iure suo uocabimus. Quin etiā qui quod rectores urbiū ac populorum principes, locupletissimos item homines abundare plurimis, indigere nullis cernerent, atque in uoluptatibus agere, beatos uocauere, eadem qua deos appellatione, decepti sane multis de cau-

fis. Siquidem nulli hominum generi plura desunt, deestq; illis cum primis animus bene constitutus, ac plerũq; honestus ille rerum ac diuitiarum usus qui est secundum rationem, ac rectam & utendi & uiuendi regulam. Desunt artes bonæ, ac rectæ præsertim cogitationes, & mentis illa sanitas, sine qua nec beatæ quis uiuere, nec fœlix eē potest, at contrariis abundant, quæ non modo superuacanea. uerum etiam perq; inutilia sunt, maximeq; pernitiosa. Abundant assentatoribus, lenonibus, malarũ, turpissimarũq; uoluptatum ministris, qui rapinarum admoneant, qui ad improbitatem impellant, qui etiam ad auaritiam, atq; ad deorũ contemptum, flagitiaq; ad alia, quæ ciuibus, priuatisq; hominibus uix in mentem ueniunt, illorumq; prætereunt cogitationes. Videas quosdam in summa copia maxime inopes, alios in maxima potẽtia, sibiipsis rebusq; suis ubiq; diffidẽtes, omnia formidare, odio cunctos prosequi, nulli credere, de suspitione ac metu somnum non capere, hos aut ueneno, aut aperta ui filios sustulisse, illos aut fratres, aut parẽtes, aut ex coniũctissimis aliquem. Quinetiam ipsi sibi qui mortem consciuerint, quis igitur beate dixerit horũ quempiam uiuere? quis uitæ sibi beatæ fœlicisq; eos exemplum statuat? nisi qui illis ipsis fuerit longe deterior, atq; à ratione magis alienus: multoq; etiam ignorantior? Diuitiis quidem si careas, uocabere tantũ pauper, sin illas cum possideas minime utare, earũ possessio quem afferat fructum? quibus male si utare, abũdas iam instrumento ad omnem & malitiam & nequitiam, atq; ad postrema quæq; flagitia. Qua e re et diuitiæ pessum dedere sæpenumero diuites non paucos, & principatus exitium non raro peperere dominantibus, ac pauperi adesse quidem probitas potest, & recti atq; honesti studium. At male utenti diuitiis, abutentiq; principatu, cõtraria his insunt studia, & artes, atq; cogitationes contra-

riæ. Itaq; dum falsa creditur existimatione nihil illis deesse, desunt re ipsa plurima, et optima etiam quæq;, eademq; pulcherrima, sine quibus beate uiui nullo modo possit. At utet dives, & recte & bene diuitijs, ac rebus partis, utetur & principatu in illo qui est constitutus, & bene quidē ac beate ab utroq; & agitur & uiuitur. Verū beatitudo hæc non tam à diuitijs manat, atq; à dominatu, q̄ à iustis, honestisq; actionibus, atq; ex usu, qui sit rectus ac secundum rationē rectam. Nam diuitiarum ac potētiæ sola quidē est materiæ subministratio, bene uero agendi, atq; utendi recte modus animi ac rationis proprium munus est atq; officium, eiusdemq; ut recte, sic & perfecte, & cum iucunditate. Itaq; ad beate uiuendum, diuitiæ ac principatus materiam tantum conferunt. Vsum autem rectamq; administrationē, quæ uirtutis est ipsius forma, ē qua laus manat omnis, & boni & perfecti magistra ratio docet, & animus ipse exercet, temperatq; bene quidem ipse constitutus, cuius illud proprium est officium. Neq; enim laus statuæ est in ære, aut marmore, sed in artificis opera, id est in opere ab artifice ē marmore informato, uel in ipsa potius informatione, lausq; atq; suspectio operis ab eo quidem existit, proficisciturq; bene qui sculpsit, expressitq; naturam, minime uero ē marmore ac materia, tametsi laudari quidem potest materia, ut apposita, ut peridonea, statuæ tamen perfectio & uiuenti similis forma tota est ab informante. Vt autem similitudine magis fortasse utamur propria, laudatur Homeri poesis à forma, non à subiecta re, hoc est troiano à bello, in quo pleraq; referuntur fabulosa, minimeq; uerisimilia, cū inuenti etiā sint qui dixerint nullum illud omnino fuisse bellum, uerum tamen ut bellum ipsum fuerit, utq; europæ atq; asiæ orbis satis concurrerit, commendatur tamen Homeri poema à sola informatione, præclarissimaq; & absolutissima operis to

tius constitutione. Id quod non ex omni contingit parte in Lucani poemate, propter formam neq; absolutam, neq; sibi parte ex omni constantem, etsi materia ipsa neq; cōspectior offerri, atq; haud scio an uberior potuerit. Quo fit ut beate uiuere nullo modo queat, qui nō & ipse bene etiā uiuat, cū tñ beate possit, qui bene. Nam si nec beate, ubi illi defuerint ad bene agendum facultates, semper tamē bene beateq;, cū recte utenti affuerint. Quamobrem bene qui uixerit, et beate illū & bene uixisse satis constat. Dici enim uere nequit, bene illum ac beate uixisse, cui materia defuerit ad agēdū. Recte nāq; & bene, & secundum rationem agētes, & beate & bene dicuntur uiuere, neq; enim agit, materia cui desit agendi. Itaq; bene ac beate uiuere, non uidentur aliquo modo seiungēda. Tametsi apud Terentium populariter ille inquit, uixit, dum uixit bene, ad uoluptatem illud referēs, uitamq; luxu diffluentem. Quantopere autem luxus sit ac cusandus, colendi agri studiū docet, prudēs enim agricola, ac rei suæ rationem habens, luxuriem segetum tenera depascit in herba. Omnis enim superfluentia uitium est.

An qui bene ac beate uiuunt dicendi sunt beati.

Quibus explicatis restat quærere, num ut qui fortiter agunt, fortes, qui temperanter temperati, hi ne ipsi beati dicantur, qui bene ac beate uiuāt, atqui nomen ipsum ducendum potius uidetur à causa potiore. Nam beatitudo ferē præ se tantum fert & molestiarū carentiam, & rerum omnium affluentiam, cum maxima etiam uoluptate. Sed nos bene uiuere, uoluptatem esse, nec ponimus, nec esse uolumus, & rerum copia commendatur ab honesto usu, uerum uoluptatem ipsam bene uiuendi comitem esse dicimus honestarūq; actionū. Honesta autem

omnia iucunditatem afferũt. Itaq; quemadmodũ uidemus sub sole umbram naturaliter corpus sequi, cũ umbra tamen ipsa non constituat corpus, sed ea potius de corpore constituatur sub sole, sic uoluptas sequitur eas quæ uirtutem cõstituunt actiones. Quippe quæ nunq̃ discedat a bene uiuẽdo, non tamen ut bene uiuere, ac secundum rectam rationẽ agere, susceptum sit propter uoluptatem, sed propter seipsum. Laudant̃ præclara facinora ac nobilissimæ quæq; actiones publice priuatimq; commendantur, non quod actiones ipsæ susceptæ fuerint aucupandæ laudis gratia, sed uirtutis. Cum tamẽ honeste generoseq; factorum fidelissima ubiq; comes sit laus atq; commendatio. Erit igitur alio hic nomine, & suo, ac maxime proprio exornãdus, quem maiores nostri fœlicem uocauere, non pauci etiam beatum. Nam & uitam beatam dixere quidam libentius, q̃ fœlicem. Sed nomen ipsum fœlicitatis magis sibi cõstat, & hodie apud philosophantes pro summo accipitur bono. Quocirca ut quid ipsa sit, & quæ fœlicitas, facilius atq; apertius declaretur prius, quis & qualis sit fœlix uir, uidetur circũscribẽdus.

Quis & qualis sit homo bene constitutus.

c Enset Aristoteles summum esse hominis ciuili in societate agentis bonum, secundum rationem agere, seq; ac res ad illam suas referre, bene uidelicet cõstituti hominis, & in ea ætate constituti, ut norit, intelligat, sciat, quid ratio ipsa sit, quid secundum rationem agere, quid sit ipsum quoq; bene agere, & quã ob causam bene sit agẽdum, quis sit & qualis bene agendi finis, & quam ad metam actiones dirigendæ, cur denique ad fœlicitatem undiq; contendatur. Quo igitur fœlicitatem ipsam facilius ac distincte magis intelligatis, qui eã sit adepturus primo quidem amatorem illũ constituimus ciuilis societatis, uiuẽteq;

in hoim

in hoium cœtu, sub legibusq; communibus. Ad hæc studiosum iusti, honestiq;, ac ciuilium consuetudinum, cum primisq; publici boni, demum referētem ad rectū honestumq; omnia, id est ad rationem, quæ sola est hominis, habetq; nihil omnino cum beluis commune. Secundo autem loco puerum esse eum uolumus, neq; annis, neq; moribus. Nā neq; puerilis ætas capax est ratiōis, cum uinci se turpibus ab effectionibus patiatur, neq; ciuilibus est apta muneribus propter teneritudinem atq; inscitiā. Summum enim quæri ab eo bonum oportet, qui & illud noscitet, puestigetq;, & animum continuo exerceat in ijs quæ rationis tantum sunt, ac secundum eam ipsam & agenda & cogitanda, cuius etiam uestigijs ubiq; inhæreat. Nam pueriles in sene mores, multo q̄ ætas ipsa puerilis, minus sunt consequendam ad fœlicitatem idonei. Qui igitur ita sit affectus animo, bene eum constitutum dicimus, quodq; bene constitutus sit, adipiscēdæ fœlicitati omni ē parte idoneum, muneriq; tanto appositum. His igitur talibusq; erit artibus initio p̄ditus is, quē nos quidem assequendam ad fœlicitatem instruimus, id est ad comparandum summum mortalium actionum, ac desideriorum omnium bonum, nec solum summum, uerum etiam honestissimum, ac multo maxime iucundum. Huic item ipsi inesse atq; adesse uolumus partes ac uires omnes corporis integras, beneq; ualentes. Ager enim glareosus, atq; ex harena constans, male etiam situs, minime est fertilitati accōmodus, præterea corporis ipsius speciem cū dignitate. Turpitudo em̄ atq; deformitas perridicula est. At fœlicitas nihil in se habet ridiculū aut despicabile, cū sit ipsa maxime p se admirabilis ꝑpter raritatē atq; excellentiam. Itaq; fœda hominem facie, ac deformi corpe, adipiscēdæ fœlicitati esse haud satis idoneū, Vatinius ille declarauit, q nō risui solū atq; contēptui ꝑmultis ē partibus erat expositus, uerū etiā

cunctis fere ciuibus odio fuit atq; inuidiæ. At fœlicē & admiramur oēs, & colimus, et summo in p̄cio habemus. Quis autē magistratus aut honor tātam p̄sefert maiestatē, quanta fœlicitatē comitatur & authoritas & dignitas & reuerentia. Vt igit̄ partes ipsæ oēs corporis bene decēterq; dispositæ, & cōformatæ speciē constituūt, species uero ipsa undiq; sibi constans, primo indolē, post uero dignitatē atq; expectationem, sic partes simul singulæ, quæ quoddam quasi corpus maxime absolutum, fœlicitatem constituunt, necesse ē undiq; sint om̄es, & uniuersim & particulatim, bene decenterq; appositæ, & cū dignitate collocatæ, etiā ad ornatum & cultū, nedum ad formā ipsam et speciē constituēdam. Itaq; nec nobilitas huic deerit, nec genus, aut maiorū commendatio, domesticaue ad uirtutem exempla. Volumus enim quod Cicero in inquirendo, ac describendo oratore facit, perficere fœlicem, qualis fortasse fuerit nunq̄ inuentus, qui tamen esse & qualis debeat, aperte ut intelligatis, nihilq; illi neq; corporis animiq;, neq; externis ē bonis, quibus opus est, aut quod deceat omnino defuturum, sciatisq; ut summum, sic rarissimum, & adeptu difficillimum bonum esse fœlicitatem. Sed quid admiremur hæc in ea, de qua nūc agimus fœlicitate? cum natura ipsa in corporis sensuumq; absoluta constitutione fabricanda sic laboret, ut p̄fecta undiq; species, nullo unq̄ in hoīe cōperta fuerit, aut uisa, & siq̄n uisa, non tamen diu sibi cōstans, cum oīa sint in motu posita, nec eodem in loco status illorū paulo sit etiam diuturnior. Erit igitur huic ipsi homini quē, ut dictum est, quasi ad fœlicitatē instituimus, genus clarū, parentes etiā clari. Nā etsi tū poetæ, tum rerū gestarū scriptores ad Romuli accumulāt excellētiā, q̄d fuerit Marte genitus, atq; à lupa educatus, tamen q̄bus credas Romulū agitatū do

loribus, quaq; ira percitum, cum ab Sabinis hostibus palā increparetur, conuitiantibus mentitum dei genus, natum ex incœsto coitu, incerto patre, nutrice maxime fœda, & fera alitum. Quid enim ciuili in uita opprobriosius, quā nō legitime esse genitū, quā ferarū more, ne dicā à feris esse educatū, ut Romulū ac Cyrū ferunt? cū cōtra ad Gracchorum exquisitam laudē magnā accessionem fecerit Cornelia mater. Et quoniam fœlicē hominē, ut Cicero eloquentem perquirimus, quisnam extiterit artifex, quis inq̄ aut artifex aut faber extiterit, materia si defuerit, qs deniq; pfectus, ni materia ipa parte ex omni idonea fuerit & accōmodata, quaq; non solū bene informari possit, uerū etiā eleganter, digne, conspecte, pulchre? Quid uero dignius, aut elegantius, quid item fœlicitate pulchrius cōspectius'ue? Quocirca adesse huic uiro materiā uolumus, diuitias. s. atq; externa bona, qbus pro materia utatur, quæ si fuerint paterna auitaq;, sintq; ut uulgus definit, non parta labore, sed relicta, fœlicitatē multo qdē ille ipe sibi cōpabit facilius. Sin & materia quoq; ab illo ipso p uirtutē, honestasq;, atq; homine dignas cōparabitur actiones, fœlicitas ipsa, sua nimirū illius & propria peculiarisq; magis fuerit, tituloq; magis legitimo uendicata, ut qui nati à naturaq; quodam modo instituti ad uirtutem sunt, & à seipsis perq; semet ad illam se accōmodant, laudabiliores, atq; admirabiliores multo sunt, itemq; cōspectiores, quā q ab institutore ac magistro aliquo. Ipsas uero diuitias, externorumq; bonorum abundantiam ad copiam referri, non ad superfluentiam ac luxū uolumus. Nam si fœlicitas uirtute maxime cōparatur, perq; honestas ac rationabiles actiōes, ipsa uero uirtus medio critas cum sit quædam, & copia quoq; bonorum, ipsaq; eē materia medioceris debet. Est enim superfluentia ac luxuries uitium ē nimio profectū, ē quo & ægritudines tū animi

tum corporis magna ē parte prof luūt. Ipsa uero externorū honorum ac maxime diuitiarum mediocritas, erit eiusmodi, ut nihil possidenti desit, ut satis ipsa sit, beneq; sufficiat opportuna omnia, & quotiens usus uocauerit, sit etiam præsto. Neq; indignabimur qđ formosa in muliere usu uenit, estq; cōmendatione dignum, ut sit etiam honeste ornata ac decenter culta. Etenim ut in corporis bonis uires requirimus, partiumq; omnium corporis ualentiam ac bonū robur, non tamen ut quem nunc ad fœlicitatem dirigimus, is habeat Milonis robur, aut Ladæ celeritatē. Nā nec fœlix hic ipse, de quo agimus, ad currendum in stadio natus est, uerum si currendū forte fuerit, bene curret, neq; ad ferendum humeris taurum, quod ne baiulatoris quidem munus est, aut fossoris, ne dum ut sit bene constituti ciuis. Sed quotiens usus honestasq; uocauerit, & clypeum feret, & iaculum, beneq; & iaculabitur, & pugnabit sub clypeo. Sic bonorum externorum sua quædam est mēsura, quæ tamē plena sit, abūdeq; cumulata, atq; ubi & quotiēs opus fuerit, suppeditet usui materiā ēt uberē, honestisq; actiōibus, eaq; ab usu honesto & recto magis est termināda, q̄ dialecticis disputationibus. Et quoniam huic ipsi quem circunscribimus, ducenda uidetur uxor, prolesq; honeste suscipienda, ne aut naturæ aduersetur, aut legibus, ea quidem ita suscipietur, liberis ne careat, quin ut plures etiam habeat, qui tamen singulis fœturis gemini si nascantur, aut trigemini, bene quidē cū illo actum fuerit, non tamen ut aut hoc illi sit desiderādum (quod quidem uerendum est potius) aut si contingat, non in bonam uertat partem. An fortasse ut absq; centenis esse liberis, fœlix poterit, quippe qui etiam sine filiorum Herculis numero fœlix quidem erit, sic absq; diuitiarū supfluētia atq; luxurie? Nā & nimia lux prospectum eripit, qui tñ esse absq; luce omnino nequeat. Itaq; ut

uires corporis eiusmodi esse uolumus, quæ bene & ualide sibi constent, ad obeunda animi imperia, corporisq; ipsius munera, sic & diuitiarũ, externorumq; bonorũ copiã talem ac tantã, quæ abunde etiam suggerat necessaria, quotiens usus honestasq; postulauerit, & recte agendi ratio.

Quid & quale sit satis.

Ec uero hoc ipsum quod recte quidem satis dicitur, n quodq; recentioribus à philosophis sufficiens dictitat, sic intelligi uolumus, ut quod indusiariis sutoribusq; contingit, satis habere materiæ putetur, dum tantũ ei sit alutæ, ut inde calceus, tantũ pãni, ut inde palliũ fieri possit, ultra uero nihil omnino sit reliquũ, quin & sutorem bonũ, quo cõcinnet calceũ etiã bonũ è lato corio, ac pelle, & indusiariũ è panno superante & amplo, alterũ calceum in cidere alterũ uestimẽtũ malumus, ut reliquiæ etiã supersint nẽue laborare uideatur inopia. Ne mihi quidẽ cõuiuiũ illud esse uideatur, nec cõuiua lautus, aut splendidus, è quo discubitũ ubi fuerit, nihil supersit reliquiarum in mensa. Prædia quoq; ita habentur à locupletibus & fortunatis ciuibus, ut non familiæ solum fundãt, quæ satis tantũ fuerint (unde eñ fundi dicti) uerũ ad usum quoq; uberiorẽ largioreq;. Bona igitur externa quæ procedenti ad fœlicitatem pro materia seruiant, ad possidendum utendumq; secundum rectam rationem, & ipsa quoque copiosa & possidente digna erunt, perq; utenti accommoda.

De bonis corporis.

Orporis quoq; bonorũ ea habenda est ratio ac tenẽ e da regula, ut species ipsa, eiusq; constitutio sit & decora undiq;, & partes tum singulæ, tũ simul cunctæ sint ad munus quæq; suum appositæ, etiam sua cum dignitate & gratia. Nam si tota species decora, & partes singulæ erunt itẽ decoræ. Igitur ubi conformatio ipsa corporis

tum corporis magna ē parte proflużt. Ipsa uero externorū honorum ac maxime diuitiarum mediocritas, erit eiusmodi, ut nihil possidenti desit, ut satis ipsa sit, beneq; sufficiat opportuna omnia, & quotiens usus uocauerit, sit etiam præsto. Neq; indignabimur qđ formosa in muliere usu uenit, estq; cōmendatione dignum, ut sit etiam honeste ornata ac decenter culta. Etenim ut in corporis bonis uires requirimus, partiumq; omnium corporis ualentiam ac bonū robur, non tamen ut quem nunc ad fœlicitatem dirigimus, is habeat Milonis robur, aut Ladæ celeritatē. Nā nec fœlix hic ipse, de quo agimus, ad currendum in stadio natus est, uerum si currendū forte fuerit, bene curret, neq; ad ferendum humeris taurum, quod ne baiulatoris quidem munus est, aut fossoris, ne dum ut sit bene constituti ciuis. Sed quotiens usus honestasq; uocauerit, & clypeum feret, & iaculum, beneq; & iaculabitur, & pugnabit sub clypeo. Sic bonorum externorum sua quædam est mēsura, quæ tamē plena sit, abūdeq; cumulata, atq; ubi & quotiēs opus fuerit, suppeditet usui materiā ēt uberē, honestisq; actiōibus, eaq; ab usu honesto & recto magis est termināda, q̄ dialecticis disputationibus. Et quoniam huic ipsi quem circunscribimus, ducenda uidetur uxor, prolesq; honeste suscipienda, ne aut naturæ aduersetur, aut legibus, ea quidem ita suscipietur, liberis ne careat, quin ut plures etiam habeat, qui tamen singulis fœturis gemini si nascantur, aut trigemini, bene quidē cū illo actum fuerit, non tamen ut aut hoc illi sit desiderādum (quod quidem uerendum est potius) aut si contingat, non in bonam uertat partem. An fortasse ut absq; centenis esse liberis, fœlix poterit, quippe qui etiam sine filiorum Herculis numero fœlix quidem erit, sic absq; diuitiarū supfluētia atq; luxurie? Nā & nimia lux prospectum eripit, qui tn̄ esse absq; luce omnino nequeat. Itaq; ut

uires corporis eiusmodi esse uolumus, quæ bene & ualide sibi constent, ad obeunda animi imperia, corporisq; ipsius munera, sic & diuitiarũ, externorumq; bonorũ copiã talem ac tantã, quæ abunde etiam suggerat necessaria, quotiens usus honestasq; postulauerit, & recte agendi ratio.

Quid & quale sit satis.

Ec uero hoc ipsum quod recte quidem satis dicitur, quodq; recentioribus à philosophis sufficiens dictitat, sic intelligi uolumus, ut quod indusiarius sutoribusq; contingit, satis habere materiæ putetur, dum tantũ ei sit alutæ, ut inde calceus, tantũ pãni, ut inde palliũ fieri possit, ultra uero nihil omnino sit reliquũ, quin & sutorem bonũ, quo cõcinnet calceũ etiã bonũ è lato corio, ac pelle, & indusiariũ è panno superante & amplo, alterũ calceum incidere alterũ uestimẽtũ malumus, ut reliquiæ etiã supersint néue laborare uideatur inopia. Ne mihi quidẽ cõuiuiũ illud esse uideatur, nec cõuiua lautus, aut splendidus, è quo discubitũ ubi fuerit, nihil supersit reliquiarum in mensa. Prædia quoq; ita habentur à locupletibus & fortunatis ciuibus, ut non familiæ solum fundãt, quæ satis tantũ fuerint (inde eñ fundi dicti) uerũ ad usum quoq; uberiorẽ largioreq;. Bona igitur externa quæ procedenti ad fœlicitatem pro materia seruiant, ad possidendum utendumq; secundum rectam rationem, & ipsa quoque copiosa & possidente digna erunt, perq; utenti accommoda.

De bonis corporis.

Orporis quoq; bonorũ ea habenda est ratio ac tenẽda regula, ut species ipsa, eiusq; constitutio sit & decora undiq;, & partes tum singulæ, tũ simul cunctæ sint ad munus quæq; suum appositæ, etiam sua cum dignitate & gratia. Nam si tota species decora, & partes singulæ erunt itẽ decoræ. Igitur ubi conformatio ipsa corporis

positurarumq́; partiũ omnium, undiq; fuerit absoluta, ac uires ipsæ integræ, neq; Milonis robur, Ladæq́; si affuerit celeritas fœlicitatẽ multum adiuuãt, neq; si defuerint, labefactãt illam, quippe q́bus nullo pacto fœlix indigeat, ac multo minus Pyrrhi Epirotarũ regis pollice aut eius oculis, q é Lilibæo Siciliæ classem Carthaginẽsi é portu soluentẽ conspicabatur, dinumerabatq́; uelorũ numerũ ac nauium seriẽ. Hoc est igit̃ qđ Aristoteles, quiq́; alij illũ secuti de moribus disserunt, pingui aiunt Minerua agendũ in ijs esse, uidelicet disfertionibus minime dialecticis, sed quas ꝓbare usus, & cõmẽdare ratio ciuilis possit. Igit̃ cũ de fortunæ id est externis, deq́; corporis q̃ necessaria uisa sũt, bonis disseruerimus ad animi transeamus bona, q̃ aut ipsa fœlicitatẽ constituũt, aut eadem ipsa potius sunt fœlicitas. Tria enim tantũ bonorum sunt genera, ciuili ab hoĩe, beneq́; cõstituto ac ciuili in societate uiuenti q̃renda atq; expetenda. Nam q̃ ad deũ spectant, atq; ad eũdem ipsum hominẽ, utpote cũ cœlitibus cõmunitatem quãdam habentẽ, alterius fortasse q̃ȝ ciuilis facultatis disciplinæq́; munus fuerit idipsum q̃rere, tãetsi q iuste erga homines sese habet, erga deũ quoq; ipsum pie reuerenter religioseq́; sese habeat necesse est, quando absq; religione deiq́; optimi maximi cultu fœlicitas existere, nullo modo potest, nec ratione aliqua comparari.

Fœlicitatem pertinere ad hominem tantum.

Ona igitur illa, de q́bus est iam dictum, animi bo-
b nis inferiora sunt, minusq́; præstantia, illiq́; ob hoc subseruiunt. Quo enim aut in furioso robur, nisi ad maiorem eius infœlicitatẽ, aut in torpẽti & stupido diuitiæ?, ꝑterq; ad infamiã, q neq; illis utat̃, neq; sciat omnino uti? Nam furiosus ignẽ illis immiserit, seq; post iniecerit cõflagrãtibus. Cum igit̃ animi, externis præstent bona,

illaq; sint ad usum tantum comparãda, usus autem ipse minime laudetur, nisi fuerit ratione tẽperatus, hæc uero ipsa temperatio animi cũ sit, rationi sese accõmodãtis, nimirum animus est, ad quẽ alia illa omnia referãtur. Homo igitur cũ sit ipse ad agendũ natus, solusq; animalium oĩm ratione prææditus, animi profecto qui in homie ipso præstat, prælu cetq; actiones, bonum illud ad qdod alia referũtur, aut ipsæ adipiscentur, hoc est per eas ipsas homo, aut actiones ipsæ erunt, ipsum illud summum & honestissimum bonũ, ac maxime omnium homini expetendum. Quem quidem hominẽ solum utiq; qua parte anima rationalis est seorsum ab alijs rationale constituit animal. quo fit, ut homo solus appellari & esse fœlix possit, quãdo ratione solus utitur, ijsq; actionibus, quibus solis fœlicitas comparetur.

Actiones ipsas oportere honestas esse.

Væ quoniam non modo summum humanorum est bonorum omnium, cum cætera ad illam referantur, uerum etiam honestissimũ, oportet ipsas quoq; actiones ubiq; ad honestatem sese adiungere, neq; ab honesti curriculo pacto ullo deflectere. Quid quod ciuili in cõsuetudine & uita tum honestas tum iustitia primum obtinent locum? Igitur si ciuile & humanum est bonum fœlicitas, & actiones esse humanas oportet, uidelicet tum honestas, tum iusta, cum honestas turpitudinis, iustitia iniquitatis, improbitatis, uiolẽtiæ, rapinæq; sit aduersaria. Quocirca qui ad fœlicitatem instituitur, & honesti & iusti erit eũ primis studiosus. Quæ duo & uincula sũt societatis humanæ, & p ea actiones ipsæ cõmendãtur. Ad hæc ratiõis eius, quæ in ciuitatibus uersatur, uitaq; sociabili, prima est iusti atq; honesti cura. Neq;.n. cõsistere aliter humana societas, hominũq; ipsorũ inter se cœtus ualeat, ne dum ut absq; illis cõsequẽda fœlicitas sit nequeat, quæ quidẽ aut fortasse nul-

la in solitudine agenti contingit, aut multis e partibus man ca & mutila. Videte obsecro quanta uis sit honesti, qđ ma iores illi nostri laudatissimi uiri cũ laudare insigni aliquam specie mulierem uellent, honesta eam facie esse dicerent, & cum genus cuiuspiam, ac familiam cõmendare, honestis illũ e parentibus ortum prædicarent. Iure igitur actiones cũ pri mis sunt ab honestate commẽdandæ, atq; à iustitia, quæ uin culum est ciuitatum omniũ, totiusq; societatis humanæ, qua sine neq; rectum, neq; æquabile, neq; quod inolescat, & cre scat cũ diuturnitate aliqua prorsus est nullum. Id quod in bona & mala corporis ualitudine declarat. Inæqualitas em̃ humorũ, uisq; illorũ intemperantior ægritudinẽ gignit. Se cus uero æqualitas sanitatem. Quid quod rectum præter iu stum omnino est nullũ? Recta enim quæ sunt plus minus'ue in hanc q̃ illam in partem dextra sinistrã ue nullo modo de clinant. Et in altero quidẽ hoc est nimio, exceditur, quod est uim afferre. In altero peccatur deficiendo, parumq; redden do cuiq; quod suum est. Et quoniam iusti honestiq; potissi ma habetur ciuilibus à legibus cura, fuitq; uel maximũ hoc ipsum illorum studium, qui leges condidere, eundem hunc quem ad ad fœlicitatẽ dirigimus, uolumus ciuiliũ legũ ma xime studiosum sse, ad easq; actiones illũ suas publice priua timq; accommodare, ut non solum sciat quid patriæ. quid pa rentibus, quid ciuibus quoq;, uerũ etiã quid aduenis atque peregrinis debeat, quo munus ĩplere, atq; officiũ suũ omni e parte ualeat. Est em̃ fœlicis hominis maxime proprium offi cium, & bene agere & erga plurimos bene agere, idq; assi due & cum iucunditate. Iure igitur indoluisse fertur Sci pio Aphricanus, quod amici diẽ amisisset, in quo beneficiũ contulisset nemini. Itaq; quod natus sit hic ipse sociabilis, erit societatis conseruandæ omni qua possit arte atq; officio studiosus, conferens publice priuatimq; multis & dãdo &

benefaciẽdo q̃tũ tamẽ facultates tulerint, delectu adhibito, atq; usu à ratione tẽperato, in primis aũt dabit operã amicitiæ tũ comparandæ, tũ etiam honestis artibus conseruandæ. Habetis iam qualẽ eum esse oporteat, quẽ bene constitutum dicimus, adipiscendamq; ad fœlicitatem idoneum.

Bene cõstitutũ hominẽ nec puerũ nec adolescẽtẽ eẽ posse.

Quod autẽ pueritia præter ludos, quædamq; ætatis eius delinimẽta, aliud quærat, aut probet nihil, q̃d q̃ adolescẽtia quoq; plerũq; inhonestas sequat̃ uoluptates, q̃bus capta regẽdã sese turpibus p̃mittit cupiditatibus, accedat oportet ĩs, de q̃bus iã diximus, ætas apposita ac p̃idonea honestis, laudabilibusq; actionibus, rectaq; à ratione tẽperatis, & quarũ ratio sit magistra, dux uero prudẽtia. Puerilia nãq; oblectamẽta uana sunt, & ludi ipsi cessationes quasi quædẽ esse debẽt, ac breue quidẽ tẽpus, ab actionibus uocandũ, ad quas geniti à natura sumus. Cõcedũtur aũt pueris ludi, nõ aliter q̃ equinis pullis uacationes à ferẽdis oneribus, q̃d nõdũ eorũ corpus sit de uehẽdis illis bene aptũ hoc ipso quẽ bene eẽ cõstitutũ uolumus, prorsus indigni, in q̃tũ spectẽt ad relaxationẽ animi, uiriũq; refocillationem, quo post ualẽtior redeat ad pulchra & se digna munera obeũda. Omnis igit̃ cessatio ab agẽdo turpis, nisi quæ relaxationis ac reparãdarũ uiriũ gratia, perinde ut somnus ipẽ qui à natura tributus est, quo per eum cessẽt à laboribus, ad quos fiat postea reditus recẽtiori cũ uigore & robore. Ad hæc pueri adolescẽtuliq;, p̃p teneritudinẽ, rerumq; ac uitæ ignorationẽ, nec cogoscẽdæ apti sunt ueritati, neq; p̃cipiendo honesto, minimeq; accipiendis rationis præceptis sequẽdisq; illius monitis, q̃d uirtutes ẽt morales sint in mediocritate positæ, sitq; ætas illa maxime rudis, plusq; in ea polleat

appetitus, ꝙ ratio, ꝙ mẽs ipsa, quo fit, ut à malis rapiatᷣ cupiditatibus, decipiaturq́; honesti ac recti specie, à prauo turpiq́;, quocirca propter ignorantiam labuntur ac peccant.

Oportet agentem intelligere, scire & uelle.

b As itaq; ob res & intelligentẽ & scientẽ & uolentem esse oportet eum, qui ad agẽdũ moueatᷣ, ut agere cũ laude possit, rectáq; sec̃ rationẽ. Nã neq; agere recte potest, qui parũ intelligat, quid sit rectũ, neq; honeste, q honesti naturã ignoret, neq; sponte, q à prauis trahatᷣ affectionibus. Demũ neq; exercendis honestis delectari, qui ignoret, quæ sit natura uoluptatis, quæ etiã homine ratione utente d gn , neq; fœlicitas ipsa quid tandem sit, norit, aut quo itinere ad illã accedatᷣ, perinde ut nec est, nec esse miles bonus potest, q ignoret quæ sint strenui militis partes su[illegible]q́; ipsius munera. Itaq; quo actiones ipsæ pfici ualeat, earumq́; fructus maturescere, annis opus est solidioribus q in puero atq; adolescẽte sunt infirmi, quibus in ætatibus uoluntates maxime inconstantes sunt, atq; assidue fluctuant, cũ actiones nullæ nulla facinora laudari iure possint, quæ non sponte fiant, proficiscanturq́; à uolũtate maxime libera, suiq́; iuris, atq; omni é parte confirmata.

Qui sit uir fœlix.

i Gitur qui assidua rectáq; continuata opera & studio pro loco, tempore, atq; facultatibus, sciens ipse uolẽsq́;, ac libẽs honestis uersabitur in actionibus, uirtutis gratia, ac bene faciendi studio, rectáq; sequetur in cunctis rationem, ad eamq́; ubiq́; seq́;, actionesq́;, cogitationesq́;, ac curas accommodabitᷣ suas, corporisq́; ac fortunæ bonis honeste abundeq́; affluentibus secũdũ rectã utetᷣ rationẽ, ut & bene & beate his ex ipsis uitã ducat, publicis & priuatorũ cõmodis intendens, dei optimi maximi in primis memor animiq́;, qui ipse in bonis uiris numẽ est quasi

quoddã ubiq; familiare & præsens, nimirũ felix hic et erit, & merito ab alijs eẽ sedus ẽ, quales uiri qđ q̃rarissimi, aut nulli potius sunt usq; inuicti, qđ q; diuinũ prorsus qddã magis q̃ humanũ ui teaẽ eẽ fœlicitas, iccirco cœlitũ muneri ab antiqs hoc est ascriptũ. Et uero qd diuinius, q̃ uitã omnem exerceri in pulcherrimis cogitationibus, atq; ĩ bñfaciendo? quo qd maius habeãt cœlites? nullius ẽt opportunæ rei esse indigẽtẽ, quin habere abũde, & unde bñfacias q̃plurimis.

Fœlicem fieri non posse miserum.

Vo fit, ut fœlici cui semel esse contingit, is esse post q miser nulla conditione queat, cũ sese quocũq; uerterit, mens, cogitatio, recordatio, animus ipse sibi conscius, lucẽ illi offerat, ac diem absq; ulla caligatione & nubibus, uel potius tanq̃ quibusdã in speculis repræsententem. innumerabiles operas, infinitas actiones suas, diuinarũ quidem actionũ maxime similes publice priuatimq; benefaciendi. Quodq; ita quidem uixerit, ut & bene ipse & beate uixerit, nec quicquã omnino egerit aut prætermiserit, cuius ipse ducatur pœnitentia, cupiatq; id infectum, quin mentẽ ipsam exercendo, diuinarum atque humanarum rerum naturas considerando id quoque cõsecutus fuerit, ut quod maxime diuinum est, mundum omnem, quæq; mundo contineantur, ingenio ipse suo subiecerit, habueritq; cõprebensa Tantum igitur habes, quo fieri miser queat, ut in illis ipsis rebus, quæ afferre miseriam uideantur, præseferat animi sui generositatẽ, & fortitudinẽ illam quidẽ insuperabilẽ summa cum toleratione illarũ ac despicientia, nõ quod illas non sentiat. Est eñ homo nec quisq̃ magis sentit aduersariũ, q̃ qui uersaẽ in acie, ac manũ conserit, sed quod felicis est hominis, talem sese gerere ut miser fieri nequeat, neq; si quædã contingãt, quæ ab agendo uel repellant eum, uel impediant quominus bñ agat, iccirco de gradu decidet atq; cõculcabit

Neq; enim muscæ aculeus pictorem ducentem penicillũ, in digito si insederit, tãtopere aut turbabit eũ, aut molestia tã ta afficiet, ut retrahere ab incepto illum ope aut oĩo ualeat, aut ne pictor ille ipse sit, possit efficere, diuertatq; penitus à pingendi officio, maior est res (mihi credite) fœlicis uiri sta tus, q̃ ut excuti ipse ex illo queat. Quod si aduersitates maximæ illæ quidẽ ipsæ fuerint, atq; æthnæ montis & onus & incẽdium secũ ferant, sub onere tamẽ illo minime succũbet, quin illud contentis etiam uiribus perferet. Nam q̃q̃ age re fortasse quod suum esse intelligit, quodq; est solitus ipse nequit, illud tamen agit obtinebitq;, ne superetur ab onere, corruatq; sub sarcina, præstabitq; æque ac fortiter perferen do sese omnino inuictum atq; insuperabilem, etiam aduersus flammarum globos, & saxa igne liquefacta, quæ mon tem eũ uomere poetæ tradunt. Quo quid maius? quid etiã diuinius? efficietq; quod sol ipse, ut quo radios inferre suos nequit, splendorem refulgendo immittat, qui ẽ radijs eius manat, quo tenebræ discutiuntur. Non poterit itaq; uir fœ lix his aduersantibus assueta munera honestissimaq;, qui bus insueuit, præstare officia. At illud summa cum admira tione præstabit, ut malis urgentibus, atq; undiq; incursan tibus, cum tempestates adeo etiam fœdæ ipsæ fuerint, ut eri piant subito nubes cœlũq; diemq;, generositatis tamen ipse suæ atq; fortitudinis lumen etiam q̃ clarissimũ, uel profun dissimis ostẽdat in tenebris. Agricola ubi uidet ab imbribus repelli se atq; tempestatibus, ab arandi aut sarriẽdi officio, manum retrahit ab aratro & sarculo, ac sub proximum sese tectum inferens, aut sub dio ipso, arborẽue sub aliqua, ba culo innixus perstans, tantũ animo turbatur aut frãgitur, ut nonnunq̃ etiã renitens obloquatur hactenus, & cœlum & nubes suum quoq; facere officium esse permittendũ. Nã quæ de Hercule à poetis referuntur, totq; ab illo exanclatis

laboribus, huc omnino spectat, ut qui semel fœlix, nullo pacto effici miser queat. Quod quia supra hominũ putetur uires existere, diuinum ex hoc & habetur illud, & iudicatur, unde et Hercules inter deos à mortalibus fuit relatus. Quod autem fabulosa hæc habeantur, quis audit uocem illam Laurentij dicentis, inter carbones quàm candentissimos, uerte iã, assum hoc est, itelliget profecto, maiora his ab historicis etiã christianis, hoc est nostris, referri. Merito igitur diuinæ rei compos effectus, fœlix dicitur, qui quod deorũ est propriũ, miser effici prorsus nequeat, nec ipse permittat. Cũ igitur fœlix uir sit huiusmodi, summumq; hominis bonum sit animi seu operatio, ut qui recentius philosophati sunt, loquuntur, seu energia, ut Aristotelæo & græco utamur uerbo, siue effectio, quod uerbũ satis placet, ducitur enim ab efficiẽdo, ut officium, siue perfunctio, siue actio secundum uirtutem, aut si plures sunt uirtutes, secundum optimam quidẽ ac perfectissimam, nimirum fœlicitas ipsa huiusmodi quidẽ effectionibus atq; artibus ab homine & comparabitur, & iure censebitur comparata, ac fœlix ipse beneq; & recte, & uiuet, & aget, & uiri ac ciuis boni fungetur muneribus, in primisq; uirtutes colet, ipsamq; illã maxime perfectã summa singulariq; continuatione, cæterorumq; cum ciuium excellentia, in eoq; uinci se ab alijs minime patietur. Externis quoq; bonis satis abũdabit, recte illis in publicas priuatasq; commoditates, atq; honeste utens. Idẽ etiam aduersos atq; acerbos casus æquissimo feret aĩo, perstabitq; inconcussus, immotusq; secutus uitæ præsertim genus illud, quæ uirtute ex ipsa merito agnominetur perfecta.

Quæ sit uita ac uirtus perfecta.

Vo fit, ut quærendum adhuc uideatur, quæ sit uita
q perfecta, quæq; itẽ uirtus illa cæterarum oĩm maxima & optima, et supremũ in modũ perfecta. Quibus

perſcrutādis, offeret ſeſe duplex fortaſſe genus fœlicitatis; alterum uitæ eius quæ tota uerſatur in agēdis rebus, quæ uis pfici ea ſine mētis agitatiōe atq; officijs nullo pacto queat. Alterum uitæ quæ maxime quidē cōtemplatur, in eoq; uerſatur tota, etſi ne hæc quidem ipſa ſeparari omnino ab agendi poteſt muneribus. Homini enim utrūq; à natura eſt inſitum, ut et agat, & mente perſpiciat, atq; ita quidem inſitū, ut alterum alterius auxilio indigeat. An quæſo quiſpiā mentem occupatam in maximis ac pulcherrimis perſcrutationibus, inquirendisq; officijs habebit, adeo ut loquēdi uſus, et conferendi cū alijs cogitationes ſuas, communicandiq; uitæ conſilia, ſit ei omnino nullus? nullus etiā rerū aliarum, quæ naturales ſunt, & ſine quibus uiui nulla ratione pōt? An igitur i uita, quæ actiua dicitur, qui honeſte uerſabitur, recta mq; ubiq; ſequetur rationem morales complexus uirtutes, præditus et ipſe corporis atq; externis bonis, quibus recte beneq; utetur, animiq; & rectis & bonis effectionibus inſiſtens, ſeq; pro loco, tempore, ac facultatibus honeſte gerens, patriæ, parētibus, liberis, amicis, ciuibus, peregrinis opera ſua aſſidue atq; accōmodanter conferens, an quæſo ſine hic ſuo fraudabitur? At non eſt perfecte contemplatus, primum nec recte, nec honeſte agere, nec recta cum ratiōe, nec ſecundum uirtutem quis pōt, niſi ipſe quis ſit, & qua conditione, quē etiā ad finē genitus, & cognouerit, et bene etiam fuerit contēplatus. Prima enim recte agēdi ratio eſt, ut rectum ipſum quid ſit intelligatur, deinde delectum ordinem, menſuram, quomodo adhibebit, quomodo temporū, locorum, facultatum, & ſui & aliorum rationem habebit, niſi ea omnia diu multumq; cogitando, penſitando, ultro citroq; uolutādo, bene fuerit, exacteq; ſecum ipſaq; cū ratione cōmentatus? ut ea mihi uideatur ferē habenda fœlicitatis ratio, quæ & doctrinæ & ſciētiæ. Qua in re ſi non oīa

usquequaq; fortasse inter se quadrant, tamen in hac, ut dictũ est, quæstione non est exactiore agendũ Minerua, scientia est quæ habet rerum naturæ omniũ cognitionẽ, & dei, & uniuersorũ, quæ cœlo, terra, aquis, aere, cõtinentur, ex ijsq; & ab ijs gignuntur. Erit fortasse aliquis, qui rerum harũ omnium assequatur cognitionem, eamq; perfectam, hic erit ille omnino perfecte sciens, cui nihil deerit, ad ueram et perfectam scientiã. Qui uero ex hac ipsa maxima & perfectissima scientia ea fuerit adeptus oĩa, quæ ad physicam cognitionẽ spectent, nonne hic eã assecutus dicetur scientiæ partem, quæ ad physicã cognitionẽ spectat? nonne & ipse physicus cognominabitur? qui arithmeticam, musicam, geometriã, astrologiã, nonne mathematicus? Verum transeamus ad disciplinas paulo humaniores, magisq; ciuiles. Ex oratoria facultate, e latinis hominibus assecutus est Cicero, quãtum assequi maximus orator potest, in agẽdis causis, in explicandis rebus, quas scribendas suscepit. In describendis uero rebus gestis. Liuius ac Salustius. Itaq; ille suo in genere summus orator, hi diuersis tñ artibus, suo in genere summi historici. Nihil igĩ aut physici, aut mathematici? nihil aut Aristoteles, aut Plato, aut Ptolemæus? nihil hi, quos dixi, Cicero, Salustius, Liuius sunt assecuti, quod horũ nulli integrã, totamq; sunt scientiam cõplexi? Immo & assecuti sunt, & de hoĩm genere optime meriti. Ostenderunt enim, uel fecerũt ipsi potius uiã alijs, ut assequi idem ualeãt. Quãobrẽ & sunt, & diutissime erunt in hoĩm admiratione & cultu. Sunt igitur ut scientiarũ & doctrinæ gradus quidã, sic et fœlicitatis, quod ni esset, frustra & natura nos ad agẽdum procreasset, & actiones uanæ ipsis cum uirtutibus simul essent. Atqui uanæ minime sunt, nam & uictor uictoriam adipiscitur, & magistratus honorẽ. Victoria uero tanta erit, quanta uictorum hostium multitudo ac subactarum

gētium. Honor quoq; pro amplitudine magistratus ipsius, qui si fuerit summus, & honor ipse summus, sin mediocris & honor quoq; rationis eiusdem, pro nobilitate etiā ac magnitudine patriæ ac populorum. Fuit. P. Scipio natus in urbe Roma, urbium omnium maxima, & gentium plurimarū domina, nobilissima é familia, clarissimusq; é parentibus, & cuius pater, patruusq;, ac maiores domi militiæq; multa & magna gesserint, ipse bellorum cōfector, uictorq; ducis omnium maximi, qui ante se fuissent, triumphator deniq;, & patriæ, italiæq;, ac Romani imperij liberator, instaurator, erector, continentiæ, fortitudinis, pietatis, diuini cultus, liberalitatis, moraliumq; uirtutum omnium exemplū & specimen. Doctrinarum ac rerum naturæ cognitionis maxime studiosus, quippe qui summos, qui tunc essent, & philosophos & poetas secum habuerit, fueritq; illis familiarissime usus. Ac post tot tantaq; à se gesta in rerum inquisitione, naturæq; contemplatione, eiusq; ac rerum plurimarū cognitione conquierit, utq; idem ipse ducibus alijs, ac bellorū administratoribus, & continentiæ & fortitudinis & gerēdi belli sese exēplū præbuerat, sic in quiete ac maxime honesto ocio ciuibus itē suis honestissimarū artiū, studiorūq; immo orbis totius ciuibus, atq; illis omnibus, bene qui uolūt uiuere, uiriq; boni esse, uirtutūq; fieri & auctores & patrocinatores. Talis hic igitur ac tātus uir erit ne à suo ac naturali fine repellēdus? tātis à se cū laboribus ac laudibus comparato? At expertus est ciues ingratos. At quo ipse animo tulit ingratitudinē? maxime. s. forti, & popularis ignorantiæ contemptore. Et enī in se coacta, & in aere sub solē diffusa nubecula, nec illi lucem eripit, nec diem fœdat. Quin ingratitudo hæc causam illi ad fœlicitatem perfectus adipiscendā attulit, quod ab gerendis rebus, urbanisq; administrationibus, quibus abunde fuerat iam perfunctus, ad uitæ humanæ conside

næ conſiderationem, rerũq; cognitionẽ naturæ, ſumma cum honeſtate & laude auocauerit, qua in cõtẽplatiõe & quiete eſt poſtea mortuus, perpetuo cũ teſtimonio europæ, aphricæ, atq; aſiæ hominũ. Marcus Aurelius Antoninus Auguſtus, ſiquis unq̃ alius, genus hoc ipſum fœlicitatis maxime integrũ, & bene agẽdi & cõtẽplãdi ſumma etiã cum perfectione uidet̃ conſecutus. Nã & reipulicæ Romanæ omnium quæ unq̃ fuerint maximæ & præclariſſimæ præfuit, uel orbis potius imperio, q̃ diu uixit, atq; ex quo die iperator creatus eſt, præfuit, atq; ita quidẽ præfuit, in eoq; adminiſtrãdo mentẽ ſic ſecutus eſt, atq; animo cõtemplatus ea, ad quæ natum ſe intelligebat, nec à rebus tamẽ gerẽdis ſeſe auocãs, neq; à peruestigãda rerũ natura, ingeniũq; nobilibus ſtudijs, ut ob maximã, maximarũq; rerũ cognitionẽ ſit philoſophus cognomiatus, et optimã ob adminiſtrationẽ pater fuerit & ſenatus & populi & imperij totius habitus, cuius dicta factaq;, uita deniq; omnis fuerit ſuprema in hominũ admiratione & cultu, à quo & ſenatus & pouplus uiuẽdi regulã, legesq; acceperit, quiq; ipſe ſibi in iperio et in uita omni cũ domeſtica tũ ciuili, uiuendi regula ac lex fuerit, atq; ut omniũ ipſe maximus, ſic etiã & optimus et ſapiẽtiſſimus cõmuni omniũ ſententia iudicatus & habitus, quiq; & moriens fuerit ob merita inter deos relatus, tẽplaq; ei ſunt poſita, & ſacerdotes decreti, uidelicet in uitæ teſtimoniũ, & cõmendationẽ. Nam de uxore parũ cõtinente, ea ſibi animi æquitate cõſuluit, ut ſuadenti acerbius in illam animaduertendũ, reſponderit, ſi uxorẽ dimittimus, reddamus & dotem, dos autem erat imperiũ Romanum. Oportet autem in toto hoc tractatu, qui humana de fœlicitate habetur, meminiſſe, ea nos conditione genitos, ut mortaliũ ſimus non cœlitum ẽ numero, quiq; & moueamur, & afficiamur, & perturbemur, caſibusq; ſubijciamur fortuitis, ita tamẽ ut proſterni minime

aut expugnari prorsus ab illis patiamur. Quando enim tã ta extitit aeris perturbatio, ut non sol tandem radios suos immittens, & nubes dispulerit, & aerem serenum reddiderit? An quod tempus præstat, ut nullum quãuis magnum non sedet animi dolorem, non etiam præstabit & ratio & animus ipse bene fortiterq; institutus, & rerum humanarum memor? quod fortissimi quiq; uiri præstitere, eorumq; officium est præstare.

De uita perfecta.

S Ed, ut dixi, quæramus adhuc quænam sit uita pfecta, in qua fœlix ipe uersetur, ut alterum quoq; fœlicitatis genus, quod sit, & quale etiã ostẽdamus. Videtur autem perfectum id esse, quod undiq; sibi cõstat, impletq; omnis numeros. Atq ratiõe hac, fœlicitas, utraq; ẽ uita agẽte, & cõtemplante comparata, quod homo sit ad utrunq; à natura genitus, & integra quidẽ est & perfecta hominis in societate humana uiuentis fœlicitas, cui & corporis & fortunæ bona adsint, q̃ta satis sunt, eaq; ad copiam, & animus semper in actionibus honestis, pulcherrimisq; agitationibus cũ iucunditate uersatus, uel illis potius deditus, q & fruatur recordatione præteritarũ actionũ, recteq; à se factorũ, sitq; in bene collocandis officiis, & cũ rõne administrandis rebus, frequens, assiduus, atq; indefatigatus, ut nec tamẽ propter contẽplationis studia distrahatur ab agẽdo publice ac priuatim bene, nec ꝑpter actiones, à rerũ humanarum naturæq; peruestigationibus, contemplandisq; ab illis, ac mente & animo perfruendis. Sed fortasse perfectum ipm alia ratione quærendum est in hac ipa pfectæ uitæ quæstione ac uirtutis etiã perfectæ, dicendumq; uirtutem contemplandi esse per se præstantiorem, q̃ agendi, qđ minus perturbari queat, cum & paucioribus indigeat, & mẽtis illa delectatio, uel perfunctio potius, an magis frui

tio, ut christiani loquuntur theologi, quod uerbum & grãmaticum est, & recte deductum, à uerbo enim fruor teste etiã Prisciano deducuntur, indifferẽter fructurus, & fruiturus, unde fruitio, integrior ipsa sit, firmiusq; sibi cõstet, neq; quæ in uita contingunt actiua obnubilationes serenitatem tantam obscurare, ac fœdare habeant. Qua è re, & uitam quoq; esse præstantiorem, & quia sit præstantior, etiam perfectiorem. Etenim inter homines bene agere, non est ab homine ipõ, humanaq; natura discedere, at mente indagationeq; rerum maximarum cognitionem complecti, & earum causas, naturas, ac rationes habere comprehensas, mundumq; ipsum cogitationibus subiecisse, ac per q̃sitionibus suis omnem, quæ summa quidem sapiẽtia est, hoc profecto supra hominis uidetur esse cõditionem, acceditq; ad diuinitatem, quando hac ipsa uia cœlitibus maxime similes efficimur. Itaq; quanto diuina præstantiora sunt humanis, & uirtus, & uita, tanto etiam ipsa præstantior, ex eoq; etiam perfectior. Bene igitur dictum, comparari fœlicitatem per uirtutem perfectam, etiam in uita perfecta. Vos uero optimi uiri meam hanc dissertionem sic omnem accipite, ut cum de qualitatibus corporeæ constitutionis habetur sermo, biliosum, aut pituitosum aliquem dicimus, nõ q̃d nõ alijs quoq; constitutus sit ex humoribus, uerum quod uel bile uel pituita abundet amplius, sic uitam contemplantẽ atq; indagatricem non adeo perscrutandis cognitu dignis rebus deditam, ut nihil omnino agat, quando quod homo est, & inter homines uersat̃, & oratione erga illos utitur, & cogitationes alijs etiã aperit et ostẽdit suas, et docet & monet, et hac uia bñfacit ẽt q̃plurimis, et ignorãtiã ruditatẽq; ex aliorũ pectoribus excutit, tũ differẽdo, tũ etiã scribendo, ac transmittendo ad posteros inuẽta & commentationes suas æternitate dignas, quo effectum est, ut etiam

fortiter, prudenter, continenter, quæ gesta ab aliis atque ad ministrata fuere, ea quoque cōtemplantium studiis atque opera perpetuitati commēdentur. Sed ita quidem accipite, ut contemplator ipse supremū in modū uersetur in exercenda & colenda mente, sitque eius cōmentationibus maxime atque etiam constanter deditus, atque ita q̄dem deditus, ut penè illis uideat̄ affixus. Nequaq̄ tñ ut ab humana societate abhorrens, amicitias fugiat, parentibus morbo aut egestate laborantibus opem, operāq; suam ferre denēget, patriā pericli tantem, cū possit, non adiuuet tueaturq;, consiliū honesta in causa petēti dare renuat, quæ si non præstiterit, & impius & maxime iniustus sit, uiuendiq; genus hoc eius sit uel maxime detestādū. Nec uero hac nos potissimū ī pte de illis loq̄mur, qui negocijs humanis oīno relictis, deo famulant̄, diuino tantū cultui intenti. Verū cū omnis hæc oratio suscepta sit de homine ciuili, atque in societate uiuēti, q̄ ita se societate ab ipsa retraxerit, ut præter mētē indagationēq; aliud curet nihil, in solitudine ac sibi soli uiuens, ferino etiā more magisq̄ humano utens, fœlicitatem quonāmodo consequatur? summū scilicet humanū ac ciuile bonū, cum in ciuitate neque uiuat, neque boni aliquid in cōmune cōferat, atque ab hominis uita transferat se ad ferinā? Itaque hic ipse contemplator sequetur in ipso illo uiuendi genere etiā munera atque officia boni uiri. Scimus non paucos defessos rebus urbanis, senectute iā aggrauante, relicta urbe, sese in agrum contulisse, illicque uitam ægisse tranquilliorem, laboribusq; ac ciuili uita iam defunctis uiris dignā, eosq; nihilosecius & uiri boni, & senis probi, & ciuis de patria benemeriti munia, non ita quidē abiecisse, ut à se ipsis oīno discesserint, ac bonitatem, probitatē, patriæq; charitatem sic exuerint, ut consilia, responsa, sermonem deniq; suum adeūtibus denegēt, seq; ab illorum conspectu subducant. Quod qui faciunt, ut

in agros se conferant (nam id facere sæpenumero aut ingra uescens cogit ætas, aut tempora ipsa, propter malum reipublicæ statum suadent, cum nec publicis in actionibus ingenij uis elucescere, nec locum retinere uirtus suum possit) uidentur terræ bene cultæ usum ac morem secuti, cuius bene quidem aratæ multaq; diligentia occatæ, sartæ, expurgatæ, ut fructus est seges, sic actionum plurimarum fructus est cessatio à laboribus, requiesq; in colendis tantum mentis agitationibus, & præteritarum actionum perfunctione, & præsentium perscrutatione ocio ac uoluptate, & de qua dictum est, fruitiõe. Quo quid aut optabilius, cum in portum peruentum iam sit, aut suauius? cum ad quietem & ocium, qui fructus nõ inexpectati laborum sunt præteritorum omnium? aut perfectius cum nihil iam sit reliquum, quod desiderari queat? præter ꝙ si indignemur emori, quod quidem ipsum est uelle naturæ repugnare, & uitæ bene actæ fructum suum amittere. Quod si perfectum, de quo nunc agimus accipiendum forte icirco est, quia sit ad finem iam peruentum (finis enim perfectio est, uita hæc ipsa, de qua loquimur, quod ad finem sit iam peruentum actionum) sitq; requies constituta in mentis suauissimis cõmentationibus, ijsdemq; eum recte actorum memoria perfruendis, erit icirco perfecta & uirtus, quæ ei ætati aduenit perfecta, & uitæ totius fructus etiam perfectus, & ætas quoq;, quam similem esse necesse est, propter defunctionem rerum antea actarum, usumq; rerum maximarum, ac diuinorum humanorumq; cognitionem, summamq; ob sapientiam etiam ipsa perfecta. Quod enim parte ex omni consummatum, atq; undiq; affabrefactum est, id uere recteq; perfectum dicitur Atq; hæc quidem uita talis omnino est, iureq; perfecta dicenda. Qui vero fructus, quæ etiam uoluptas capiatur, ubi ab administrandis maioribus rebus, ciuilibusq; negocijs ꝓ

tractandis in hanc quietem, & tanquam in portum ex alto mari sit applicatum, poterunt uberius dicere, & certius testificari, quibus contingit & fortunæ flatu secundiore uti, et maiores res atq; in excelsiore loco positas administrare, et tanq; in luce uersari maximorum, maximeq; illustriũ negociorum. Ego uero ingenue quo uobiscum agam, meaq; pro consuetudine (nam & uos ipsi uitam, mores, studia, actionesq; iam nouistis meas) nunc demum anteactæ uitæ capio laborumq; præteritorum, quos plurimos ac maximos inter agendum subij, fructum etiam suauissimũ. In tranquillissimo enim ocio constitutus cœlitum mihi ipse uideor sortitus uitam. Nam septuagenarius iã ualido corpore, bonis externis quantum satis est, modestiæ præsertim meæ, suffultus, animum solum exerceo, eumq; continenter, præterq; cum (nec tamen quotidie) uillam inuiso & hortos, gladioq; expurgo arbusculas. Mente autem sic fruor, ut solũ hanc meã esse ducam, soli huic inhæream, eam unam excerceã, ac colã, quotidie aliquid ætate hac studijsq; meis dignũ contemplatus, cogitationes ipsas meas aut scriptis mandans, aut cũ amicis eas conferens, meaq; hæc exercitatio, curaq; q; suauissima contemplandis diuinis atq; humanis rebus tãtum est intẽta, ni uobis fortasse secus uideatur, quod huic sacello adornãdo sim intentior, sed cõcedatis hæc Adrianæ uxori, quam uiuam merito amaui plurimũ, & mortuam monumentis his prosequor. Isq; ut dixi, fructus est, & quidẽ bene suauis eorum omnium, quæ & iuuenis olim ægi, & nũc senex ago, ipsiusq; ãteactæ uitæ recordatiõe magis magisq; incendor, tum ad res cognitu dignas quæq; sapiẽtia constituunt, maiori quodam studio perquirendas, tum ad suauissimos illos fructus, qui inde proueniunt, perfruendos. Nãq;, ut scitis, adolescentulus patria cedẽs propter ciuiles dissensiones magna rei domesticæ iactura facta, ob aduersario

rum ini potentiam, ad Alfonsum me regem in etruriam contuli, aduersus Florentinos bellum gerentem, & cum illo haud multo post Neapolim, in qua litteris ita dedi operam, ut annos natus uix quattuor & uiginti etiam inter senes, eosq; qui in litteris consenuerāt, iudicarer excellere, Alfonso inde mortuo, cum à Ferdinando eius filio accersirer, graui bello implicitum eum plures annos grauissimis cum laboribus atq; erumnis maximus sum secutus, inde Alfonsum etiam filium iubente patre. Quibus cum ita uixi, ut eorum causa pericula etiā non mediocria adierim. Inter quæ tamē diutius uersatus, non pauca etiam scripsi, quodq; uel cum primis fuit difficile, attritis ac pené ad internitionem perductis Ferdinandi rebus, bis inter illum & innocentium octauum pontificem maximum exortum & conflatum bellum composui. Ferrariensi uero in bello quod acerrime illatum à Venetis fuerat, eum me gessi, ut mea potissimum opera, meisq; consilijs in ipso belli ardore secuta pax fuerit, cū italiæ totius quiete & ocio. Ex eoq; in rerum administrationibus, & Ferdinādi & Alfonsi, ita domi militiæq;, me ipm gessi, ut primum locum in deliberandis & consultandis rebus, capiendisq; consilijs permultos annos tenuerim, ea cū integritate & fide, ut meis de administrationibus, neq; tunc sit questus, neq; hodie queratur ullus, quin palā multi, clam omnes & damnant tempora, & fortunā accusant, quod Caroli octaui gallorū regis aduentus, qui regnū hoc neapolitanū occupauit, q̄suis annū uix illud tenuerit ab regijs me ac regni admininistrādis rebus oīo distraxerit, quæ pfecto res quieti et ocio huic meo, mētiq; perfruēdæ causam attulit. estq; deo optimo maximo gratias ex hoc ut agā. Nā qđ uos ipsi scitis, ter sub Ferdinādo cedere negocijs cū tentassē, qđ mihi ab illo nullo mō fuit cōcessū, hostilis uis diuīo quodā bn̄ficio mihi ociū peperit, publicisq; ab negocijs ces-

ſationem,in quã,ut dixi,fruor ante acta uita, nihilo tamen adminiſtrationibus ex ipſis locupletior factus.Mentem aũt ipſam ſic exercẽs & colẽs,ut e procellis illis turbidis,in portum quietiſſimum pariter ac ſecuriſſimũ ſim delatus. Quo in ocio & cœlitibus ipſis mihi frui uideor,& in ea tranquillitate uiuere,ut & nunc demum,& mihi ipſi non regibus uidear omnino uiuere.Poſſum itaq; ex me ipſo fidem uobis facere,bene cõſtituto homini nihil eſſe optabilius,quietius, fœlicius,q̃ ubi ab negocijs ciuilibusq; adminiſtrationibus, honeſte ſecedenti ocium contigerit, in quo mẽte fruat̃,id eſt diuinorum numinũ familiaritate atq; amicitia. Sed iam tempus eſt,alterum illud fœlicitatis ut aperiam genus quod ſit & quale,quodq; & merito perfectum dicatur,& ſit ſuo iure ſummũ bonorũ omniũ,finiſq; & ultimus & perfectus.

De perfecta fœlicitate.

Nimalia cætera præter hominem omnia quod ratio
a ne careant,ac mente,fœlicitatis ſunt expertia.Itaq; hominis ſolius propriũ ac peculiare bonũ eſt fœlicitas,cuius adipiſcendæ cauſa eſt ad rationem omnino referenda actionũ cunctarum directricem ac magiſtrã,atq; ad mentem,per quã cœlitibus ipſis cognatione quaſi quadã iũgimur.Itaq; quod ratione menteq; differimus à beluis,differimus etiã fœlicitate.Contra uero,& quidẽ nõ pauca doceãt,cœlitibus hominẽ eſſe q̃ familiariſſimũ,maximeq; acceptũ,atq; ut ex uitæ cõmunitate ac ſenſuũ,quædã quaſi familiaritas exiſtit homini cũ beluis,ſic ẽ cœleſtiũ cognitione ac diuinarũ maxĩe rerũ quædã ẽt emanat cũ cœlo cœlitibusq; cõmunitas,quodq; uix auſim dicere agnatio.Quocirca illd ipſum quod hominẽ beluis cõiungit,perinde ut uitale atq; ſenſoriũ & uocatur,& eſt,ſic & eſt,& uocari diuinum debet,quod hominẽ dijs conciliat,atq; amicũ facit. Ineſt igit̃ homini,quod diuinũ quidem ipſum ſit,aut eorum,quæ ho-

mini insunt, maxime diuinum aliquid, aut diuinitati simile ipsum admodum. Nihil autem cœlitibus tã simile, aut quod diuinitatem tantopere repræsentet, q̃ mens, nihil deorum actionibus tam cognatum, q̃ mentis illa ipsa sapiens agitatio & studium, nihil quod ex omni adeo parte cœlestem ac diuinam illam beatitudinem referat, quam mentis ipsius beatæ & fœlix illa perfũctio, quaq́; nostris à theologis fruitio recte dicitur. Igitur si deorum est tranquillitas, quies, oblectatioq́; maxime sedata, & à curis solicitudinibusq́; omnino absterſa & uacua, hæc eadem ipsa sedatio, oblectatio atque tranquillitas, quies item, quando nihil quæritur, quia nihil deest, diuina prorsus ea esse res uidetur, per quam fœlicitatem adipiscitur, uel ipsa potius esse uidetur fœlicitas, quam neque afferunt principatus, quanuis ampli, neque diuitiæ etiam perquam multæ, neq; sensuum delinimenta, omnia simul cumulata, non uires corporis etiã uastissimæ. Habent enim secum plus tristitiæ, q̃ iucunditatis, molestiarũ, q̃ uoluptatis, laborumq́; q̃ quietis. Demum hæc ipsa & simul cuncta & separatim singula plena sunt satietatis, atq; pœnitudinis. Et satietas quidẽ affert fastidium, cum fœlicitas quidnam aut fastidiũ sit, aut satietas, ignoret penitus. Pœnitudo uero infectum cupiat, quod est iam factum, contra fœlicitas, quæ est cum uoluptatis ueræ ac sinceræ perfunctione, quonam modo infectum cupiat, quodquidem & sit, & esse utiq; intelligatur, tum optimum & pulcherrimũ tum etiam iucundissimum? Ad hæc mens ipsa diuina prorsus res est, at sensoria delinimẽta animaliũ sunt, quorũ uita etiã q̃breuissima. Nã bona externa fortunæ sunt addicta, eaq́; incerta, minime propria, quorũ ẽ possessione facile eijciamur. Potentatus ac magistratus periculosi, præcipites, molestiarũ pleni, calamitosi. Mens uero sibi sua & propria est, hominiq́; cũ cœlitibus cõmunis, & cuius natura sit inuiola

bilis,expers calamitatis ac periculorũ omniũ,ipſaq́; ſibi & abũde cuncta ſufficiens,& hominẽ ipſum ex ſeſe pficiẽs,& cũ oĩa cõplectaꝛ,& proficiſcaꝛ,penetretq́; quo uelit,nullis tamẽ ipſa finibus circunſcribiꝛ,niſi quibus cœlites ipſi, nec ſpatijs coerceꝛ alijs. Quinetiã uirtutes quæ de moribus nomen habent,cõparãturq́; agẽdo,materia ſi defuerit,exterioraq́; adminicula,fruſtra quidẽ annitenꝛ,eruntq́; illarũ conatus omnino irriti. Quis em̃ erit liberalitati locus, atque magnificentiæ,pecunia ubi defuerit? Quis iuſtitiæ ubi ad retribuẽdũ nullus fuerit omnino aditus aut oportunitas? Ad hæc iuſtitiæ munus atq; officiũ erga alios exiſtit,q̃ ipſi ſi deſint nullus prorſus eius ipſius erit uſus,nulla effectio Aſt mẽs ipſa ſola ac ſine alio contẽplaꝛ,munusq́; & exercet & pficit ſuum,in periculis potiſſimũ bellicis perficiꝛ fortitudo,qd ea,nulla ſi offeranꝛ? Quid quod corporis quoq; auxilio ac uiribus opus eſt forti,ſine quibus nauare operã omnino ſuã nequeat,cũ contẽplantis opera illis uix indigeat, niſi qua cõtẽplator ipſe homo eſt,exiſtitq́; ẽ corpore,in quo mens ipſa refulgeat,quemadmodũ ſolaris in mũdo refulget lux. Nam mẽs quia diuina ipſa quidẽ eſt,eo minime indiget. Itaq; morales uirtutes humanæ ipſæ quidẽ ſunt,quæ uero uerſaꝛ in cõtẽplatione uirtus,prorſus diuina,quippe quæ cœleſtiũ numinũ deiq́; ipſius eſt munus. Etem̃ cœlites,cum ipſi & ſint,& uitã uiuãt ſempiternã,nec dormiũt profecto relãgueſcuntq́; ceſſando,ocio ipſi dediti nec nauigationẽ exercẽt mercaturæ gratia,ut quæ deeſſe ſibi ſẽtiũt,ijs cõparatis,poſt quieſcant,atq; abundent in ocio & quieto & marcido nec bellũ gerũt;ut pace parta,uiuãt ſecuri,quibus nullus inſit metus,nulla cupiditas. Ni fortaſſe aſſentiri Homero uoluerimus iocanti in carmine,& res humanas ad deos transferenti. Illud tamẽ pie ſancteq́; ſuadenti,habere deos rerũ mortaliũ curã,illaſq́; moderari & regere. Reliquũ eſt

igitur cœlites ut ipsi contẽplentur, sitq; illorũ ꝓpria cõtẽplationis perfunctio atq; fruitio. Quod cũ ita sit, uita hominis quæ uersatur in contemplationibus, & cuius officiũ est mentis ipsius cultus atq; effectio, cœlitũ nimirũ uitæ est perq̃ similis, et quia diuina, iccirco & potior & præstãtior, quã humana, quando hæc quidẽ hominis, qui mortaliũ est ẽ genere, illa uero dei, ac per se quidem nullius indiga, nisi qua, ut dictum est, contemplator ipse homo est, & uita animali, eaq; ad breue tempus utitur. Itaq; ut contemplantis hominis uita est præstãtior cœlitũ ob similitudinẽ, sic & uirtus, ipsaq; mentis effectio, hoc est contẽplatio, est etiã præstantior, igitur & perfectior, tantoq; etiã perfectior, q̃to diuina sors præstat humanæ, estq; ea perfectior, tũ propter boni perfunctionẽ absq; perturbatione ulla, tũ uel maxime ꝓpter æternitatem uiuẽdi. Habetis iam q̃d sit & uirtus ꝑfecta, & uita ẽt perfecta & genus hoc fœlicitatis, quæ à contemplando nomẽ accepit, q̃tũ ẽt & quomodo ab illa differat, ad quam ciuiles uidẽtur actiones cõtendere. Quocirca bene, exacte, uere, atq; enucleate ab Aristotele philosophãtium omnium consummatissimo uiro definitum est, fœlicitatẽ mentis esse effectionem, secundum uirtutem perfectam, atq; in uita perfecta, cum perfunctione uidelicet anteactæ uitæ, cognitioneque diuinarum atque humanarum rerum, eorumq; fruitione omnium, & quoniã christiani ipsi sumus, cum spe etiam cœlestis uitæ, qua ipsis quoque cum cœlitibus, æuo sit fruẽdum sempiterno.

h Aec habui apud uos de fœlicitate quæ dicerem, quam tamen christiani alia quadam uidentur ratiõe et uia q̃rere, uitã omnẽ, uitæq; ipsius actiões ad deũ referẽtes, quãobrẽ & mortuos q̃ pie, caste, religioseq; deo addicti uixere, cultuiq; eius dedicati, aut ꝓ religione mortẽ oppetiere, beatos eos uocãt, et fœlicitate cũ cœlitibus

bus frui, beateque cum illis agere uolunt. Pontifices item, antistitesq; beatam quoq; ducere uitam hanc putantur, qui integritatem secuti, morũq; sanctitatem, deo famulantur. Nec profecto aliter de religione, religiosisq; & castis sacerdotibus est censendum. Mihi uero ipse sic persuadeo, si non fœlicem (nam humanæ fœlicitati opus est q̃plurimis) beatã omnino illos uitam agere, ac uitæ huius fructum assecutos, siquidẽ quantũ honestæ uitæ satis est, procul ab ciuilibus molestijs ac laboribus, de templorum bonis ac fortunis absq; labore, sineq; sudore ullo, eis suggeritur, & actiões, curas, cogitationesq; suas omnes diuinum in cultum conuertunt, sacrisq; tantum rebus dant operam, pie ipsi sancteq; instituti. Qua ratione hominum quoq; generi dum pie uiuũt, dũ sacra caste administrant, deum propitium atq; placatũ reddũt. Verum enim humana fœlicitas, qua uidelicet homines ipsi sumus, qua ad agendum, atq; ad contemplandum nati, qua uita ipsa in hominum societate agitur, ipsiq; mortales sumus, his illis ipsis quas attigimus, alijsq; etiam rationibus, ab antiquis philosophis est quæsita. Permulta quoq; fœlicitatẽ circunstant alia, quæ magis fortasse ad hoĩm aliorũ opinionem, q̃ ad eos ipsos, quos fœlices dicimus, uideantur referenda. Nemo enim fœlicem putat eum, qui sit mortuus, quippe cum sit uiuentium fœlicitas, tamen spectare uel multum ciues alij ad eam arbitrantur, si post fœlicium uirorum obitum liberis integra permanserint bona, honores, amicitiæ, tituli, taliaq; permulta. Suus tamen & fœlicitati statuẽdus est terminus. Ad hæc fœlicitas minime opinione, uerum re ex ipsa constat, comparaturq; ijs, de quibus supra dictum est artibus. Et mors quidem ipsa fœlicitatis est humanæ terminus, desinitq; statim homo esse, ubi quis fuerit uita functus. Reliquum est de prudentia ut disseramus, quæ sola cũ moralibus uersetur actionibus, actiones nostras omnes pari

terq́; & publicas et priuatas ciuilesq́; ac familiares dirigit ac componit. Quia uero aduesperascit iã, ac satis multa hodie dicta sunt à nobis, & meus hic ipse dicendi et uester, caeterorumq́; qui hic adsunt, audiendi labor alium in diem, cõsessumq́; in alium reseruetur.

ONGREDIENTIBVS HANC IN aediculam uobis Tristane Caraciole ac Francisce Puderice, deq; more consessus huius disserẽtibus de uirtute, ac de hominum moribus, adsum ipse promissa seruaturus, quorum debitorem hesterna me disputatione cõstitui de prudẽtia uidelicet disserturus, re saneq; difficili, nostrisq́; à maioribus aut parum explicata, aut minime omnino tractata luculenter. Verũ antequã rem ipsam aggredior permulta quidem perinde ac rei ipsius magnitudo fert, explicabo, digressim quidẽ sed tamẽ, ut ita dixerim pedetentim progrediens. Ac primũ quidem dicere nequaq̃ uerear, ut ab homine humanitatem, sic à uiro dictã esse uirtutem. Cũq; tum stirpes herbaeq;, tũ pecudes, brutaq́; animalia genus quaeq; suum habeant, solius tamẽ hominis moralem esse uirtutem. Quippe cum nec brutorũ genere, nec stirpium, animantumq́; caeterorum homo contineatur. Atq; ut nare, suum est piscium, uolare auiũ, proprium deniq; generis cuiusq; ac peculiare quoddã munus est;, sic solius hominis peculiare ac propriũ officium esse, agere, uersariq́; in negocijs obeundis, actiones uero ipsas, atq; agendi uim hominis naturae sic inhaerere, ut in morem, qui habitũ post cõstituit, conuertantur. Qua ẽre uirtutes ipsae morales sint dictae, agendo enim atq; assuescendo comparantur. Cumq; homo ex anima constituatur ac corpore, placuit maioribus nostris, uirtutus ipsas ad animam omnino debere referri, animamq́; ipsam trifariã partiendam censuere, in eam quae alat, quae sentiat, quaeq́; ratione utatur. Ac primam quidem

illam cuius tantum est alere, inesse solā herbis ac stirpibus, quæ quod loco minime moueātur, soloq; infixa sint, hac ipsa tantum uia, alimoniā sibi comparēt. Secundā uero cū altrice illa uegetabiliq; coniūgi, atq; in unū coactam, constituere animal, quod à potiore quidem parte sit, sentiens appellatū, quodq; & loco moueatur, & icedat, pro insita generis eius cuiq; ui ac natura. Duabus his naturis tertia illa innexa, quæ rationalis est ab indita ratione dicta, tertiū cōstituit genus, quod excellentiā ob ipsam uocatū est rationale, perinde ut alterū illud à sensu sensuale, cæterū hoīe ab ipso humanū quoq; appellatū est genus, utq; deorū quæ sunt, ea dicūtur diuina, sic quæ hominū sunt, humana. Quo fit, ut quemadmodū actiōes ipsæ humanæ quidem sunt, id est hoīm, sic etiā & uirtutes, quæ agendo comparantur. Quodq; ipsos inter homines, qui excellūt, dicti à latinis sunt scriptoribus uiri, inde excellentia quoq; ab ipsa uirtus est agnominata. Nec uero me præterit, ab iisdem quoq; scriptoribus & aquarū uirtutes, & arborū atq; herbarū dici, quod licenter quidem dictū, non est qui neget, quadam sub similitudine uocū, ac translatione, ut cū legitur. Nare per æstatem liquidā conspexeris agmen. Transtulit enim poeta eximius ad apes motū illū, qui proprius est pisciū, & pelagoq; uolamus, ad homines, cū uolatus ipse tantū sit auium. Quoniā autem anima, ut dictum est, ipsa in tris diuisa est partis, nec primæ illius partis munus est aliud, q̄ alere, crescere, procreare. Secundæ uero cernere, olfacere, audire, gustare, tangere, neutiq; in harū animæ uiriū aliqua, quæ ab aliis potentiæ, potestates ab aliis dicuntur, neq; in cūctis simul collocari uirtutes ullo pacto morales queūt. Etenim uires illæ, quæ natura ab ipsa sunt insitæ, qua è re naturales uocātur à physicis, nec rationi subiiciūtur, nec rōnis ductu, de statu modo aliquo dimouētur suo. Cū tamen hæc ipsa ratio nostras & dirigat et

moderetur actiones. Ad hæc quod ualēti quis utatur stomacho, quodq; procerā exercuerit in staturā, sitq; abūde etiā fœcūdus, neq; ut tēperatus laudari, neq; ut liberalis, fortis ue aut pōt, aut debet, neq; ut intemperans, meticulosus ue, aut ut auarus accusari. Huiusmodi eñ uirtutes ac uitia morū sunt, haud quaq; naturæ. A sensibus quoq; q̄stūuis acutis, aut cōtra obtusis, nemo ut bonis ac probatis institutus moribus cōmendatur, aut ut turpibus ĩprobatur ac peruersis. Licet aūt sensuū sit ipsorū etiā abusus, omnis tñ improbatio inde ducit ortū, quod ab ipsa fuerit ratione recessum, cuius sub ductu atq; imperio nullus huiusmodi continget abusus. Siquis eñ aut surdus matris utero prodijt aut cæcus, uitio id naturæ dari solitū est, nō homini. Contra uero eidē naturæ laudi, si quis præter cæteros & acutius uideat, & prospiciat etiam longius. Etenim hebetius cernere aut perspicacius, naturæ ipsi attribuitur, quod in pueris ostenditur, qui acutius, et in senibus, qui obtusius uideant, cum ijsdē in senibus summa inesse soleat prudētia, summusq; rerū hūanarū usus atq; peritia. Quibus in rebus adolescētuli manci prorsus reperiūtur. Quid quod nullo docente, nullo etiā institutore adhibito, sed natura tantū monstrante, insitaq; ā ui, sensibus ipsis utimur, cum uirtutibus comparādis opus sit institutoribus ac magistris. Nemini præterea ut olfaciat, audiat, gustet, digladiandum est cum fortibus uiris, ubi ratio ipsa tulerit, sit etiam in acie occumbendum. Namq; sensibus ut utamur, natura ipsa magistra nobis est, non ratio, quod in bæluis manifesto apparet, quarum sensus nullo prorsus rationis beneficio, q̄ qui hominum esse plærunq; consueuere uegetiores, uidelicet comparandis uirtutibus non in plurimis obstandum est, ac repugnandum naturæ? Cum nulla tamen naturæ inferenda uis sit, adhibendaue repugnatio, quo aut aurium utamur aut oculorum officijs

Quocirca uirtutes hæ, de quibus nũc habetur sermo, neq; à natura illa animantum genitrice nobis insunt (quid ẽm probitati continentiæq; cum stirpibus) neq; à sensibus, quorum opera nullo nostro conatu adhibito, ipsa tãtum per se, suoq; existit impulsu. Reliquum est igitur ut uirtutes ac uitia, de quibus uel probi habemur, uel improbi, commendamurq;, aut uituperamur, ad eam sint animæ partem referẽda, cuius propria est ratio. Si enim rectam prudentia sequitur rationem, ipsiusq; rationis peculiare officiũ est, à recto non recedere, quo relicto, in defectum abire, aut in exuperãtiam est necesse, cum sit ab ipso detorquendum itinere, nimirum ratione utentis animæ laus hæc est propria, cũ propria etiam sit hominis, qui animantibus ex omnibus solus est illius particeps, solus etiã intellectu præditus ac mente, quæ quoniam sola est hominis, hæ: ipsa quoq; ad omnem excellẽtiæ humanæ partem sola est amplectenda, ad eamq; & agendi & contẽplandi munus omne referendum. Quo fit, ut duplex etiam in homine uirtus existat, altera contẽplatrix ipsa quidem, semotaq; ab actionibus, altera uero actiõibus ipsis usq; dedita, ab illisq; merito agnominanda. Quamobrẽ intellectus & ipse qui utranq; complectitur uirtutem, est etiã distinguendus in agentem scilicet & contemplantem. Cæterum e tribus animæ partibus, cuiq; pro sua tamen natura appetendi uis est indita, etsi de altrice & progignente illa tacendum parte in hac omnino uidetur. Quomodo enim appetat, quæ nec sentiat ipsa quidem, nec cognoscat? Itaq; sensualis illa in ea prorsus inclinanter & mouetur & fertur, quæ sibi ipsi ꝓfutura esse sentiat, quæq; adepta ubi fuerit, appetito tunc ipsa & sedatur & conquiescit. Inest igitur homini duplex appetitus, à sensu quidem alter, alter uero à mente atq; intelligentia. Et qui à sensu ipse quoq; duplex est, alter cupiditati sese accommodans, alter iræ. Concupiscimus ẽm

cupiscimus enim bona, quæ appareant, quibus adipiscendis quamuis difficultas sæpenumero proposita sit, labores tamen maximi, periculaq; grauissima etiã sponte subeuntur. Etenĩ cõmotio ipsa, quæ est ab ira, ad difficilia, eaq; erumnosa & ardua nos impellit, quæ uero à cupiditate, ad grata ac periucunda. At appetitio illa quæ mentis siue comes siue cliens est, & assecla, simplex est duntaxat, ac latino nomine uoluntas. Itaq; quod ea propria est hominis laus, quæ à mente proficiscitur, qui administrandis rebus dant operã, ubi longius ab ea discesserint. ut demẽtes passim increpantur, atq; insani, qđ ab illa agẽdi sanitas omnis manet. Virtutũ itaq; moralium in ijs sedes est constituta, nãq; aut in ipso tantum constituuntur intellectu, ut prudentia, aut in appetitu intelligentiæ comite, ut iustitia, aut in ea appetitione, quæ cupiditatis est alumna, accommodat sese tamẽ rationi, illiq; obsequitur, ut tẽperantia, aut in irascibili, qualis est fortitudo. Nesciam tamen quomodo prudentia ipsa mediã quasi quandã inter eas sese uirtutes exhibet, quæ hinc ab intellectu, illinc à moribus nominãtur, quadã cũ sua ipsius cõmunitate. Quocirca nec moralis ꝓprie dici uirtus põt, cũ ab ĩtellectu ducat ortũ, nec etiã ĩproprie, cũ nisi in bonis ac probatis uiris inesse nequeat, quando uiri boni sunt à moribus tantũ, rectisq; atq; honestis ab actionibus appellati, ab ijsq; etiam probantur. Quia uero ubiq; à calumniãtibus cauẽdum est, (nullum enim tam catum est, tamq; appositum dictum, ad quod uiam non sibi faciat cauillatio) non pigebit, in hoc ipso dissertionis nostræ principio, & tanq; limine, quasi testatũ relinquere, licet sensus ipse sit à sentiẽdo deductus, licet sentire cũ brutis sit nobiscum commune, qui aliud quidem genus constituimus, tamen hoc ipsum sentiendi uerbũ, & de illis quoq; recte dici, usurpatumq; sic esse à maximis præstãtissimisq; philosophis, quæ mentis quidẽ sunt atq; intelligẽ

tiæ, nedum sensualis naturæ ac ferinæ, ut cum legitur, male de animæ immortalitate sensit Epicurus, & negligendũ non est, quid de nobis quisq; sentiat, & uicit in senatu Catonis sententia, & Aristotelis sententia est ac Platonis. Ita q; uerbum sentio, à quo est sententia etiam ad ea, quæ mentis sunt ac iudicij usurpatissime accõmodatur. Idq; inde mihi uidetur profectum, quod duplex cũ sit appetitus, alterq; à sensu, ab intellectu alter, is qui existit à sensu, suapte natura rationi obtemperat, illiq; sese adiungit, etsi ueteres illi parũ adhuc expoliti rerũ naturæ idagatores, q̃q; sensus, q̃q; intellectus sũt, eadẽ solius sensus esse cẽsebãt. Nec uero hac potissimum in parte omittẽdũ duximus, concessum esse grãmaticis dicere actiuum, ac passiuum, inceptiuũ ac meditatiuum uerbũ genitiuos, item atq; ablatiuos casus, rethoribus demõstratiuum, ac deliberatiuum genus, rerum scriptoribus natiuum saxum, satiuum olus, furtiuam pecuniã, dialecticis affirmatiuam seu dedicatiuam, ac negatiuam enunciationem. Philosophantibus uero secundũ hanc ipsam similitudinem, negari nulla prorsus cũ ratione debere, quo minus uegetatiuam dicam & sensiuam animam, alterum à uegetatu, alterum à sensu (nam sensitiuũ omnino est barbarum, quod origine careat) itemq; ab intellectu intellectiuum, à genaratu generatiuum, & huiusmodi multa. Nam quanquã & generans, & intelligens, & sentiens, & uegetans, recte admodum ac latine dicitur, tamen hæ terminationes cum sint participantium uocum, non tam uidentur explicare insitam illam rebus quibusq; uim, q̃; actionẽ ipsam, cum intellectiuus atq; actiuus, quod nominum habeant terminationem, illam ipsam uim uocibus insitam manifestius indicent, declarentq; significantius. Sed nos legẽ nec philosophis statuimus, nec rerũ scriptoribus. Sequatur facultatẽ libere ac dicendi genus quisq; suũ, ipse uero arbi-

tratu meo, quæ à recentioribus usurpantur philosophis, parum ubi pbabũtur, constituam mea mihimet uerba, ueluti à sensu sensiuum animal, & sensualẽ ac uegetalem naturã, perinde ut rationalẽ, atq; aïalem. Hæc habui quæ de prudẽtia dicturus, apud uos aliosq;, qui hic adsunt, tãq̃ iaciẽdis præfarer fundamentis. Itaq; ad illa statim transeo, quæ secundo loco uidentur explicãda. At prius quidem q̃ & quæ & qualis prudentia ipsa sit, dicere iam aggredior.

P Rincipio satis constat prudentiam, de qua dicturi ẽ uestigio sumus, uirtutẽ quidẽ & ipsam quoq; eẽ quippe quæ dux sit atq; magistra cæterarum uirtutũ oĩm, utq; Erricus pater tuus dicere Franciſce solebat, materfamilias. Nam cum ẽ uirtutum cœtu atq; socitate aliæ à moribus nomẽ duxerint, ut iustitia, liberalitas, tẽperantia, à mẽte aliæ atq; ab intelligentia, ut scientia ut sapientia earũ, q̃ morales sunt, uersanturq; in actionibus, ita quidem & comes ipsa est & socia, tantaq; illis familiaritate coniũgitur, tantoq; in honore habetur & precio, ut perinde ac ducem, natuq; maiorẽ, & sequantur eã oẽs, & eidẽ pareant admonenti. Quod qua ratione, quibus etiam assequatur meritis (otiosi eñ sumus, & hoc ipm agi hodie à me summis etiam adhortatiõibus uoluistis) etsi non adeo fortasse multis, uberioribus tamen uerbis explicare constitui, aristotelæo more harum rerũ & causas, & principia, & rationes secutus. Namq;, ut ad agendum nati atq; educti sumus, rationis ẽt participes, sic natura hac duce trahimur actiones ad ipsas ratione recta, sibiq; undiq; constante moderandas.

Virtutes morales neq; inesse à natura, neq; esse contra naturam.

N E autem propter hæc ipã naturæ principia, ex ijs, qui disserentibus hæc nobis hoc in consessu astant, quanq̃ docti ipsi q̃dẽ omnes, & ingenio maxime ad intelli

gendum perspicaci, ne inquam quispiam fortasse censeat, uirtutes esse homini à natura insitas (neque enim aliud sunt uirtutes ipsæ morales, quam actiones ratione temperatæ, aut ipsis ex actionibus cum ratione, & quidem recta constitutæ) Primum quidem omnes ipsa uobis inditio est, facitque usus ipse fidem, agendo, assuescendo, diu multumque exercendo, illas cōparari. Eorum enim quæ à natura insunt omnium nihil se habere, alio quam quo à natura ipsa cōstitutum est modo aut uia, aut arte potest ulla. Indidit saxo natura grauitatem, eadem ipsa leuitatē flammæ, grauitati deorsum ut feratur, ac decidat, leuitati sursum ut euehatur & euolet, aduersis oīno commotionibus atque impulsibus. Nam nūquam non solares radij authores erunt caloris, nunquam cōtra excitatores frigoris. Itaque non inesse nobis uirtutes à natura, primum illud docet, quod pueri rudes admodum cum sint, instituere eos in scholis oportet. Sensim enim ut mouendis passibus ad inambulādum humanis etiam adhibitis adminiculis à nutricibus ac parentibus, sic discendis ijs, quibus est opus, sub ipsis paulatim admonitoribus instruūtur ac magistris, magna quoque adhibita diligentia, & cura. Cumque ignoremus ipsi ab initio agendi modum ac uiam, nesciamusque quid sit bene, quid contra male, uel agere, uel facere, uel sentire, uel discernere, & doceri prorsus opus est, quid sit bene atque honeste, & quibus etiam assequamur illud artibus ac rationibus. Ac nunc quidem blandiendo, pedetentimque ac pelliciter ad honesta inducimur, nunc uero contra minis terremur, atque clamoribus, nequid turpiter improbeque admittamus. Itaque ob hanc ipsam causam, & quod nati ad agendū sumus, & quod ignorātes, ut iam diximus, indigemusque institutiōe, natura ipsa ne ab artificio suo recederet, idoneos nos, maximeque appositos fecit ad ea perdiscenda, quæ muneris atque officij essent nostri. Nemo igitur aut à natura fortis,

aut magnificus. Quid quod ad eloquendum etiam instituimur sub præceptoribus? etsi oratio est homini tantum inter animalia cætera à natura concessa. Quod quãuis ita sit, non tamen uirtutes ipsæ homini sunt à natura negatæ aut uetitæ. Quod si esset, assequendis atq; comparandis illis, aditus nobis permissus esset omnino nullus. Quis enim instituet aut lapidem aut uentũ sursum contendere? cum uentus naturaliter ad latera, lapis uero deorsum spõte feratur sua. Itaq; ut à natura uirtutes ipsæ minime insunt nobis, uerũ discendo potius, itemq; & exercendo & assuescendo comparantur, eadem ipsa natura minime reluctante (quis enim instituitur, quomodo aut utatur oculis, aut auribus, aut naribus, aut quomodo etiã lingua) sic illas minime nobis innatas esse uoluit, aut tanq̃ animis nostris infixas. Qua in re mediam sese ipsa nobis præstitit, summa etiam cum liberalitate & munificentia, nec solum mediã, uerum etiam adiutricem. Non instrumenta enim ad agendum modo idonea, pernecessariaq; nobis contulit, mentemq; insuper diuinã, iudicẽ quidem, atq; indagatricem oĩm, uerum ingenuit in nobis ipsis affectus quidem illos, quibus & moueamur, & impellamur ad ea cuncta, quæ utilia, honesta, iucunda, bonaq; uideantur. Bona eñ suapte natura, ad se expetenda hominem trahũt, ad quæ uolẽs ipse rapitur, ijs illis de causis, quas haud multo à me ante audiuistis. Neq; igitur homini morales à natura insunt uirtutes, ut lapidi grauitas, ut flãmæ leuitas, neq; illis natura aduersatur. Nam neq; flãma ulla omnino arte consuescet, deorsum ut intendat, neq; saxũ ut euolet in sublime. Quod siquãdo externa utrũq; uis, in igne & lapide assequitur, statim tamen ad naturã fit reditus, atq; ad illud ipsum, quod eis est ingenitũ, atq; utriusq; proprium. Absolutissime igitur à philosophorum omnium solertissimo dictum est, uirtutes eas, quæ à moribus no-

men ducunt neq; esse homini à natura insitas, neq; compa-
randis illis naturam aduersari, uerũ consuescẽdo ac diu mul
tũq; exercendo, illarũ cõpotem ipsum fieri.

De affectibus humanis.

T quoniam in affectuum nostrorum mẽtionem inci
e dimus, qui ipsi sint et quales si aperuerimus, nobis
(ut arbitror) nullo modo uidebitur à suscepta mate
ria alienũ. Affectiones has qui recentius philosophati sunt.
libentius cum Cicerone uocauere affectus. Quotiens enim
uel sensus, appetitusue, uel mens ipsa sub specie utilis, iu-
cundi ue, aut boni, quod simul & utile & iucundum est, ali
quid nobis offert, tum mouentur illi primo ad cupiendum,
inde nosipsi ad agendum ea, per quæ cupiditati satisfiat no
stræ. Motus autem hi, uel ij demipsi sunt affectus, uel ab ipsa
affectione suscitantur. Etenim afficiendo mouemur, nec affe
ctus ipse nisi commotio quædam est. Sunt autem affectus nõ
uni, nam commotiones quoq; sunt & ipsæ non unæ. Et. n. cũ
offertur nobis species aliqua, quæ nocendi uim habere intel
ligatur, ex eo afficimur statim metu, incipimusq́; expauesce
re. Et cũ offertur ècontrario species aliqua utilis, iucundi ue
assequendi, excitatur ibi cum cupiditate simul, atq; haben-
di studio, spes quædã atq; fiducia boni eius adipiscẽdi, atq;
ut affectus ille, metus, hæc spes dicit, sic metuentes pallore
afficimur, deterremurq́; atq; deijcimur animo, contra uero
confirmamur à spe, atq; implemur fiducia. Quid cũ adepti
sumus iam, aut apparet omnino breuior ac certior adipiscen
di èuestigio boni cuiuspiam spes, nonne gaudium repente
enascitur, uel illa potius, quæ diffusiore quodã tractu appel
latur uoluptas? cuius partes sunt gaudium, lætitia, exulta-
tio, & gestiens illa commotio, quam nõ improprie fortasse,
placet appellare gestiẽtiam. Cuius ubi metus irrepsit, suspi-
tioq́; amittẽdi, aut illud iã amisimus, ibi dolor nos occupat,

atq; tristitia, contraria omnino affectio. Affert aliquando ca sus, tẽpusq́; aut uiuẽdi ratio, graue aliquid ac laboriosum, confestim molestia quædã subtristis & grauis male nos habet. Rursus si apparuit spes aliqua quietis ociíq́;, ac laborũ finiẽdorum, illico afficimur lætitia, reddimurq́; hilariores. Conficimur alias desiderio diutius absentis amici, aut rei, quam iam omnino amisimus, cruciat nos cura eius ac recordatio, angimurq́; dolore. At ubi repente sese amicus ipse nobis offert, redditurq́; ex insperato, aut præter spem amissa restituitur res, exilimus adeo lætitia, ut persæpe etiam gestiamus. Prosequimur odio turbulẽtos ciues, atq; inquietos, & quorum etiam uim timemus, atq; iniurias, quosq́; aduersari rebus nostris aut scimus iam, aut etiam suspicamur. Cõtra beniuolẽtia complectimur, amamusq́; beneficos, bonos, & in quorum confidimus patrocinijs, speramusq́; profuturos eos rebus nostris, familiariumq́; nostrorũ. Quoniã autem non est hic locus affectus prosequẽdi singulos, illud in uniuersum dicimus, res actionesq́; quascunq; nostras, rerũ quoq; ipsarũ euenta, habere ubiq; secũ comites, aut uoluptatẽ, quiq́; affectus uoluptarij ipsi sunt, aut dolorẽ, atq; molestiam, quæq́; affectiones graues per se sunt, atq; erumnosæ. Qui igitur affectus sint, & quales etiam, iam uidetis.

Affectus naturales esse moderandos, uirtutesq́; assuescendo comparari.

Os autem ipsos satis cõstat, quoniam motus quidã
h ipsi sunt, nũc uehemẽtiores esse, cõtra nũc remissiores, mediocritatẽ etiã quãdoq; retinere, et quoddã quasi mediũ inter parũ et nimium. Mouemur eñi ipsi, afficimurq́; plus minus'ue, aut ẽt mediocriter, q̃ntũ scilicet satis est. Quocirca metiri illos rõne oportet, moduq́; adhibere ac mẽsuram. Hæ eñi ipsæ cõmotiões ad agendũ nos impellũt,

quæ si fuerint feruentiores, ad iniqua, uiolenta, flagitiosaque nos rapient. Violentior enim ignis atque æstuetior inflāmat magis, exuritque, quam calefacit, & pluuiæ intēperantiores demergunt sata messemque ac fruges corrūpūt. Eædē cōmotiones ubi pusillæ ipsæ fuerint, remissæ, languidæ, & actiones quoque nostræ lāguētes, infirmæ, inutiles, uanæ, sæpenumero etiā ridiculæ. At modus ubi accesserit, ut neque aut relanguescant actiones, aut impetu, furoreque quasi quodā præcipitētur, tū gignitur, existitque in agendo mediocritas illa, quæ iure meritoque uirtus dicitur, & moralis quidē uirtus, quoniam ab assuescendo nomen hoc sibi cōparauit, nō aliter fortasse quam uidemus iis in artibus, quæ manu fiunt, quæque etiā exercēdo discuntur. Puer enim assuescit primo tolerare castrensis labores, post iaculari tælū, exercere arcum, agitare equū, inde in aciem prodire, conserere etiā cū hoste manū, atque his artibus miles euadit. Adolescentulus quoque lignariū ad fabrum adducitur, ignarus penitus, ducēdi aut serrā, aut asciā, aut terebellū, paulatim itaque discit, ac discendo assuescit. Assuescendo aūt ac diu multūque exercendo, iā aliquot ante annos rudis ignarusque fabrilium rerū omniū qui fuerat ad magistrū deductus, efficitur & ipse artifex, & quā assuescendo artē prius didicerat, ipse post alios docet, instituitque ad eam. Igitur & uirtutes perinde ut artes assuescendo cōparātur. Vtque illæ pro subiecta quæque materia modū retinent atque mensurā, moderanturque ac dirigūt destinatum opus, quibus quidem faciendis ac seruandis informant tandem illam, sic nos affectus ipsos temperantes, modumque illis ac mensurā adiungētes, recta ratione adhibita, formā eam actionibus indemus nostris, quæ uirtutes illas esse, talique dignas nomine, summa etiam cū laude ostēdāt hominumque admiratione. Vtque faber ipse fingendis à uasis figulus, ab auro aurifex, lanarius quoque à lana artifex dicitur, sic & ipsi ab agendis iustis iusti, à

liberalibus liberales, ab usu fortium consuetudineq; magna nimorum officiorum fortesq; atq; magnanimi.

Affectus naturales nō esse uirtutes, sed actiones ipsas.

Quibus è rebus iudicare ipsi facile quidē ac recte potestis, uirtutes, de qbus nūc agimus, perinde ut neq; insunt à natura homini (nō ut illa tamē cōparandis ijs repugnet) sic neq; affectus ipsos nobis inditos uirtutes ullo pacto esse, uerum hominis ipsius actiones atq; effectiones uirtutes eas esse, de quibus nūc disserimus, hominis inquā moderandis atq; dirigendis illis solerti opera, diligēti atq; assidua cura sese exercentis, ac totis etiā uiribus in id munus incumbentis. Assurgendū tamen merito est naturæ, gratiæq; illi q̄ maximæ agendæ, quæ ut hominē ipsum summa cū excellentia animalium genuit omniū, sic eam illi uim ea instrumenta, uigorem illum, illā facilitatē, potestatē, uersabilitatē atq; aptitudinē indidit, ut quas ad res natus esset eadem ipsa & genitrix & altrix, illum item sic instruxerit, ut habilis ad eas, accommodatus, appositus, summum etiam in modum aptus inueniatur, ut nihil ei prorsus desit, præterq̄ si ipse sibi deesse uelit, aut tributis sibi à natura muneribus, perperā uti ac peruerse malit.

Virtutes non cōsistere in affectibus, sed in illis recte moderateq; utendis ac tēperandis uersari.

Profecturum in militiam filiū atq; in hostem, pater instruit armis ac tælis, quibus & se tueatur, & hostem petat, omnia demū illi suggerit, quibus cōparare sibi uictoriam ex hoste ualeat. Negociator item missurus filiū aut nepotem Alexādrina aut lugdunensia ad negocia, suffulcit illum, & quasi subarmat pecunia, per litteras cōmendat amicis ac mercatoribus alijs, demum illis instruit atq; communit omnibus, quæ sint ad negociandum idonea, ac faciendis lucris, multo profecto apparatius, instructiusq;

muniuit nos natura comparandis uirtutibus, q̃ aut pater ille proficiscentem ad certamen filium, aut hic ipse negociator ad mercaturã exercendã. Cæterũ ut neq; in armis filio traditis. sed in optimo armorũ usu pugnæ euentus ostendit, neq; in pecunia lucrum existit, sed in filij solertia, qui utiliter prudenterq; utetur illa, sic neq; in ijs opibus uiribusq; quibus natura nos instruxit, armauitq;, uerum in actionibus ipsis, & in usu exercitationeq; agendi uirtus cognoscetur nostra. Quocirca perinde ut affectus ipsi uirtutes minime sunt, sic neq; uires facultatesq; nobis à natura concessæ, per quas tamen ac per potestatem ab illa tributam, faciles, apti, appositiq; ad agendum sumus, uirtutemq; comparandam. Per affectus uero ad illã excitamur, excitatiq; progredimur, quo commotio ipsa nos uocat, dirigitq; recta ratio. Nostrum autem est, & naturæ ipsius uti potestate, ac muneribus, & affectus ipsam sequi, intra gyrum rationis illos ut contineamus. Deniq; opus ita informemus nostrum, munusq; impleamus proprium, ut quod pictorũ est, forma q̃ maxime pulchra illud honestemus. Qua in re eo q̃ pictores studiosiores erimus, quod pictura, ut poeta inquit, inanis quædam res est, cum uirtus ipsa humanorum sit animorum uera naturalisq; alimonia, et homine ratiõe utẽti maxĩe digna.

Quales sunt actiones tales fieri habitus.

b Voniam autem artis quæstuosas, militiam quoq; in similitudinem adduximus, quæretis fortasse, quo uocãda sit nomine assuefactio hæc, frequẽsq; agitatio & opa, ẽ qua uirtus quæq; constat. Cũ artes ipsæ singulæ, nomine ornatæ atq; distinctæ sint suo, ut ea quæ in depingẽdis uersatur animalibus ac rebus alijs, pictura, quæ in faciẽdis indumentis, indusiaria, quæ in administrandis pigmentis, pigmentaria. Ad hæc quæ in uẽdendis atq; emẽdis mercibus sese exercet facultas, negociatio, seu mercatura. Quæ

in gerendis bellis militia, seu belligeratio. Ne igitur simili- tudine ab ipsa recedamus, consuetudo assidua frequensq; exercitatio humanarum actionum, à recta ratione admini- strata, temperata, directa, ut puta iusti hominis exercitatio frequensq; & temperata actio uocabitur iure suo iusti ho- minis habitus, hoc est iustitia, ut pictoris pictura, negociato ris negociatio, magnanimiq; uiri habitus, magnanimitas, fortis uero fortitudo, liberalis quoq; liberalitas. Perinde nã q; ut habitus male uel bene ornatum hominem indicat, dici musq; purpuratum, sericatum ue, qui uel purpura uestiat, uel serico, sic habitus hic agendi uestitus quasi quidã indi- cat fortiter agentẽ, fortẽ, liberaliter, liberalem, laudabiliter, laudabilem, turpiter, ignauiter, effœminate, turpẽ, ignauũ, effœminatum. Est enim assuetudinis habitusq; ipsius pro- priũ indicare, qualis fuerit actio, actionisq; frequẽtatio, qua lis etiam exercitator ipse, frequentatorq; actionum. Quin- etiam ut artificis cuiusq; exercitatio, id est ars, munus est ar tificis ipsius, exteraq; quædam opera atq; effectio, hominis tamen ipsius opera non naturæ quidem solius, sic iusti, for- tis, magnanimi, liberalis habitus, frequensq; exercitatio, ex trinsecus quædam ab homine cõparata res est, minimeq; na turæ ipsi tantum ascribenda, non tamen ut non ipsa nobis uel summã etiam aptitudinem ad ea indiderit, facilitatem, propensionem, appositionem.

Virtutes in habitu cõsistere, nõ in potẽtijs, aut affectibus.

Taq; tria esse in homine cum intelligantur, uis illa habilitasq; à natura tributa, quæ potentia hodie à philosophantibus dicitur. Græce inter peripateticos est dynamis, & affectus, de quibus pauca diximus, & item habitus. Priora duo qđ homini à natura insunt, & ipsa quo q; dicuntur naturalia, posterius ipsum ac numero tertiũ, ex terior quædã res ẽ, atq; ab ipo homine agẽdo cõparata. Quo

circa & habitus dicitur, quia extrinsecus est adhibitus, & hoiem ipsum qualis sit in actiõibus suis indicat, ut opa qdẽ ipsa fabrilia fabrilisq; exercitatio fabrum. Effectiones uero ipsæ hominis agẽtis, seq; in actionibus exercẽtis, uel iustũ, uel iniustũ, uel fortẽ, uel timidũ, uel liberalẽ, uel auarũ, uel contra res suas prodigentem apertissime ostendunt. Neq; uis igitur potestasq; à natura insita, habilitasq; illa natura lis et homini indita, neq; affectus ipsi quoq; à natura nobis tributi, sed actiones, assuetudinesq; agendi, quæ diu multũ q; frequẽtatæ in habitum uertũtur, dicũturq; & ipsæ habi tus, uirtutẽ indicãt, uel ipsi potius habitus sũt uirtutes. Re cte igitur appositeq;, atq; è rei natura, ipsaq; de ratiõe à pe ripateticorũ principe diffiniuntur, uirtutes esse animi habi tus in mediocritate cõsistentes, atq; ab electione pfectos, re cta etiã rõne productos atq; tẽperatos in exitũ usq; agendi. Quemadmodũ igitur neq; à natura boni aut mali, neq; im pij sumus aut pij, qđq; possimus liberaliter aut auare age re parce, aut prodigẽter, neq; liberales dicimur uel auari, parci seu profusi, neq; item quod ad hæc ipsa afficiamur, sic neq; ab affectibus, neq; à ui potestateq; ad agendũ nobis in sita, agnominari uirtus aut potest, aut debet, cũ ea bonũ sit hominis, nõ qua uita utitur, neq; qua sensibus tãtũ est præ ditus, sed qua ratione utitur, atq; actione ratione ab ipsa tẽ perata, cõparaturq; à nobis ipsis, non quia & uiuimus, & sentimus, quod cõmune quidẽ est etiã cũ bæluis, sed quia so li sumus ad agendũ appositi, mẽtisq; ipsius compotes, quæ extrinsecus dei dono hoim generi effunditur, quo fit, ut uir tus etiã extrinsecus comparetur. Et uero principia quibus ad agẽdũ trahimur, ea insunt nobis, suntq; naturalia, cũ ta men actiones sint uolũtariæ. Nã cum aduersum libidinẽ, in temperatasq; sensuũ cupiditates, illecebrosasq; titillationes pugnamus, quæquidẽ nobis insunt, etsi nobiscũ ipsi pugna

mus, hostis tamen extrinsecus est constitutus, causaq; ipsa pugnãdi. Sũt enim conuiuia, comessationes, fornices, popinæ, ganeæ, magistratus, honores, pretiũ, pecunia, quæ quidẽ externa sunt omnia, pro quibus adipiscẽdis et mouemur ad ea, & actiones ipsas nostras eò dirigimus. Et ueloces quidem & lacertosi, & forma qui præstant: laudantur à natura, deq; bonis corporis, ut ab Homero de pernicitate quidem Achilles, de forma uero Helena. De bonis autem externis, admiramur, suspicimusq;, magisq; laudamus diuites, & in principatibus atq; honoribus constitutos. At de animi bonis, laudamus, aut suspicimus neminẽ, nisi qui laborãdo, exercendo, diu multũq; assuescendo ipsis in actionibus excelluerit, recteq; ac laudabiliter ĩ illis sese gesserit. Neq; uis igitur, neq; affectio homini insita, bonum uel malum hominem turpem uel honestũ constituunt, aut declarãt, uerũ habitus ipse, è bonis honestisq; aut turpibus, malisq; ex actiõibus comparatus. Vt si laus formæ ac roboris tota proficiscatur à natura, quã ad rem non parum fortasse cultus exercitatioq; uideri potest conferre, dexteritas itẽ manuũ. pspicacissimũq; acumẽ oculorũ, sint naturã ad ipsam referẽda, laus tamen uirtutis tota existat, integraq;, ab habitu, diuturnis laboribus, sũmo studio, præclaris difficillimisq; in rebus, cõstantissimo proposito: firmissimo cõsilio, ratione ubiq; & duce & comite, comparato.

Quæ res declarent habitum esse comparatum.

Vem quidem comparatum omnino esse, suumq; cu
q iusq; ac proprium iam effectum, inditio illud erit,
si agentibus nobis, exercẽtibusq;, quæ uirtutis sũt munera, uoluptas inter agendum aderit, delectabimurq; exercendo, aut minime saltem dolebimus, feremusq; haud grauate, ubi inter negocia, actionesq; grauia contigerint, quæq; per se sunt ipsa molesta & dura, in quibus satis qdẽ

fuerit non dolere, neq; animo confici, id autem est huiusmodi. Abstinet quis ab illis omnino uoluptatibus, quae corporis quidem sunt, aut modum illis suum ac temperamentum adhibet, si abstinentia ipsa, si moderatio ei molesta fuerit ac grauis, sciat temperantis uiri habitum adhuc sese minime induisse, sin & abstinendo delectabitur, & temperatio ipsa ea erit cum iucunditate, ut libenter etiã abstineat, utaturq; temperamento, ipsa prorsus delectatio ostẽdit habitũ ipsum confirmatq; illum iam esse perfectum, assecutumq; temperãtem ipsum aduersum corporeas uoluptates eam uictoriã, cui ob meritum, impositum nomen est tẽperantia. Itaq; quod uictoriae proprium est, temperatio ipsa abstinentiaq; iucunditatem affert aduersus uoluptates improbas decertãti. Subit quis molestias, labores, pericula illa bellica, inceptu aspera, confectu difficillima, in quibus de uita, de libertate, de honore agitur, & gloria, si male libenter, si pene inuitus accedit, si possit, illa etiam ut defugiat, lõge hic quidem à magnitudine dignitateq; abest uiri fortis. Vbi uero libens uolensq; illa obierit, & si fortasse neq; laetus, neq; ridenti similis (est enim res tũ imprimis difficilis, tum maxime rara) saltem neq; dolens, neq; id moleste ferẽs, munus si obeat, dum libens tamen ad illud accedat, de huius iã habitu certissimi quidem sumus. Et qui pecuniam libenter erogauerit, delectabiturq; erogando, ut uultu etiam ipso animi iucũditatem indicet (est enim iucũdum admodum bene facere, sustentareq; de suo q̃plurimos) habitum hic uiri liberalis est, uel summa etiam cum laude, hominumq; beneuolentia consecutus. Itaq; iucunditas ac delectatio in usu actionibus q; adhibita ac retenta, & illa quam ego fortasse nõ inepte soleo appellare libentiam, signa manifesta sunt habitus iã comparati, atq; omnino perfecti. Qua de re plura à nobis ijs in libris dicta sunt, quos de fortitudine, liberalitateq;

olim scripsimus. Permultis enim immo q̃plurimis cõstituẽdum ad habitum opus est. In primis uero hac ipsa, de qua nunc loquimur, tum libentia, tum delectatione. Atq; ubi delectatio uoluptasq; minime fortasse aderit, adsit omnino libentia, comes & uoluntatis certæ confirmatæq;, & electionis diu, pensimq; examinatæ.

De electione.

d E qua dicere etsi non est suscepti laboris, pauca tñ quædam de illa ut dicantur, res ipsa uidetur admonere. Namq; ut commotionum affectuumq; nostrorũ excitatrix est natura, sic electio principiũ est quasi quoddã in nobis ipsis constitutum, aut laudis aut uituperationis pro suscepta ad agendũ re atq; materia. Nemo enim inuitus ac nolens siquid ægit, aut etiam fortuitu ægit, à sapiẽtibus tamen uiris laudatur, q̃uis fortasse ab imperitis habeatur in pretio, & pueris insanisq; siquid peccauerint, fraudi nõ datur, quoniam locum in ijs electio nullum habet. Alteri enim propter ætatem ad capiendum consilium parum sunt omnino apti, alteris insania penitus illud cum deliberandi quoq; consultatione abstulit. Ab electione igitur tanq̃; fonte ab aliquo manant opprobrij commendationisq; riuuli, in suscipiendis actionibus, habituq; in utranq; partem comparando. Est autem electio (quod satis nunc sit) uoluntas non illa quidem peruagata, infinita, maxime audax, nullis obstricta regulis, aut frenis repressa, uerũ quæ sese ipsam moderetur, intelligatq; quid elector ipse præstare possit, quid etiam sit hominis, quid suum sit ipsius qui deliberat, quo aduires sese eius efferant, quid tempora etiam ferant, quid mores urbis, quid ratio ipsa non recti solum atq; honesti memor, uerum etiam loci, temporis, facultatũ, ordinis, fortunæ. Etẽim uolũtatis ipsius cõmotio atq; propensio pené insatiabilis est, quippe quæ neq; æternitati parcat, neq; deo

ipsi, nullisq; omnino frænis agitatio eius coerceatur. Quotus est enim ex hominum numero, qui nollet esse immortalis? qui procellis imperare, atq; fortunæ? futura quoq; multo ante noscere ac prædicere? Vnusquisq; tamē aliquo ingenio præditus, facultatumq; humanarum memor, ea eliget, quæ non homini solum susceptibilia ad agendum sint, uerū sibi ipsi in primis qui eligit, seq; opesq; suas, tempora, patriam, res ipsas parte e quaq; metienti, & rem præcipue susceptam, suscipientemq; se illam, & quæ contingere etiam inter agendum possunt undiq; exacteq; consideráti. Quãobrem electio ipa, reiq; electæ susceptio, p uiribus ipsis erit facultatibusq; eligentis. Et quoniã electio ipsa eorum est q̃ in consultationem ueniunt, sint necne agenda, & qua etiã ratione ac uia agenda, consultatio ipsa talis erit, quæ nec cōsultantē dedeceat, nec ruborem afferat eligti. Ridētur ab imperitis quæ de gigantibus cantantur in scholis, affectasse illos cœlum, inuasisseq; etiam superos, atqui ficta ea sunt irridendis illis, qui supra uires, supraq; ingenium suū agēda suscipiunt, attentãtq;, quæ minime sunt audenda. Nãq; ut actionum, sic etiam electionum moderatrix est, & quædã quasi dux prudentia, de qua dicendum suscepimus.

Non electione solum, uerum etiam cognitione atq; scientia opus esse ad recte agendum.

Ec uero eligenda quæ sint, & qualia etiã sint uidere solum oportet, uerū etiam scire ea ac nosse, nō tamen ut cognitione illorum ac sciētia contenti tantū esse debeamus, actionibus eñi atq; effectionibus constat morum uirtus, nō cognitione tantū ac scientia. Quis eñi quod qua ratione erogãda pecunia sit norit, liberalis uocabitur? Oportet igitur cum ratione delectuq; liberalis uir illam ut eroget, rursus qui quid agat, & quomodo agat, ignoret, laboretq; rerum, temporum, suiq; ipsius ignorantia, is nec recte, ullo

cte ullo modo agere, nec cum laude potest. Quippe cũ iustitiæ exercere munus nequeat, qui iustũ quid sit ignoret, aut quibus etiam artibus iusti nomẽ uendicandũ. Ad hæc ignorantes plærũq; decepti errant, dum pro optimis deterrima, pro honestis turpia, pro modestis improba, ignorata, incõpertaq; pro cognitis habeant atq; compertis. Bene igitur exacteq; perspectis atq; perpẽsis ijs, quæ tanq̃ ẽ rationis rectæ pœnu depromũtur, ut q tũ & pspicere se, & scire ea oportere itelligat, nõ ut sciat modo, uerũ ut bene pspecteq; utatur cognitis, illud etiã adiunget, ut suscepta à se actio careat leuitate, persistatq; ipse in proposito incepti consummãdi. Itaq; ut ad agendũ ipsi nascimur, item ad intelligẽdum sciendumq;, sic scientia atq; cognitio tũ rei susceptæ, ac nostrum simul, tum facultatũ, temporum, locorũq; comitari debet, uel potius antecedere electionẽ, nunq̃q; ab actiõe recedere. Ignarus enim atq; insciens, uel potius ignorãs, qd factu dignum suscipere, quid post susceptũ illud cum laude agere, aut recta cum ratione moderari ualeat? Cognitione igitur opus est atq; scientia, & in eligendo, & in persequẽdo, sed nec his tantum contenta uirtus est, nisi accedat etiã firmitas, ut dixi, propositi, constantiaq; progressionis.

Virtutem, uirtutisq; actiones gratuitas esse debere.

ET quoniam habitus perfecta quædam res est, uirtutumq; instar omnium, uel singuli potius habitus singulæ sunt uirtutes. Illud ppetuo qdem ab electione ipsa ad finẽ usq; susceptæ actiõis tenendum est, ut electio, ut actio, omnisq; animi contentio, sit omnino gratuita, ut finis deniq; tantum sit propter seipsum expetitus. Virtus enim nihil extra se quod sit, quærit aliud, nihilq; simulatum patitur aut fictum, nihil etiam aliũde arcessitum, astu uacua, à fraude auersa, à precio icorrupta, à furto prorsus aliena, libera, sui iuris, opibusq; etiam suis contenta.

Histriones in scœna regiam nunc personam referunt, nūc mercatorum, aut militum, cū tamen nec reges ipsi sint, nec mercatores, aut milites. Itaq; cauendum prorsus est, ne sub iustæ actionis specie lateat malitia, ne sub liberalitatis amictu delitescat captatio atq; largitio, liberarum prorsus ciuitatum pestis, uēdibiliūq; ciuium corruptela, uitia profecto tota fronte uirtutibus aduersantia. Agenda sunt igitur & fortia & liberalia, quæq; uirtutes ad alias pertinent, non ut ab simulato homine, ciueq; peruerso, atq; in libera patria regnum meditāte, uerum ab homine, ut par est, forti ac liberali, atq; ab eo uiro, qui ad uirtutem quācunq; aliam se instituat. Videtis iam qui sint hominis morales ad uirtutes ꝓgressus, quæ etiam uia. Nam cum ad scientiam simus atq; ad actionem in lucem editi, natura ipsa sic nos instituit atq; conformauit, ut nulla quidem è parte nobis defuerit, siue ad ea, quibus opus esset ad agendum, siue quibus etiam ad sciendū, cum utrūq; ad munus maxime nos idoneos fecerit, eas etiā uires facultatesq; elargita, tāta cum ingenij excellentia, ut & cœlū, corpoaq; ipa cœlestia homo sibi subiecerit, motus illorū atq; effectiones contēplando, mare item ipm, aeraq; submiserit nauigationi, terrasq; cultui, frugūq; ubertati & copiæ. Has ad opes facultatesq;, atq; ad ingenij uires addidit & cōmotiones illas appetitionū, actionūq; omniū excitatrices, quo autē in ijs excellētia enitesceret uniuscuiusq; posset, affectus illos reliquit nobis ipsis terminandos. Nullū enī certū illis modū statuit, liberos eos uagosq; esse permittens, ut & modū ipsi per cognitionem rationēq; statuentes, eos tēperaremus, coerceremusq; maiores illorum impetus, & languētes, ac tāq; uictos, deq; itinere iam fessos cohortando suscitaremus, ut mediū deniq; ubiq; retineremus. Quibus, exercitationibusq; assuescentes, habitū inde nobis cōpararemus, quo cōparato, qui & quas

lis quisq esset, ab actionibus ipsis dignosceretur. Quas ob res recte sapienterq à moralium uirtutũ institutore & magistro praeceptum est, laborandum esse atq assuescendum homini, comparãdam ad uirtutem, cuius principia essent ipsa in natura collocata, caeterum opera, allaboratio, pgressioq ad illam, assecutio deniq atq adeptio hominis eẽt integra, & solius quidẽ hominis sola. Itaq uirtus est homis unius bonũ, eiusq unius possessio atq patrimonium, cuius habitu ubi adornatus atq insignitus qs fuerit, p usum atq exercitationem facultatum ac uirium ipsi à natura tributarum, p affectuum moderationem ac temperamẽtum, per cognitionẽ aequi atq iniqui, utilis atq inutilis, recti ac praui, assiduamq per assuefactionem ac continuum usum, id efficit ac praestat, ut sciens, uolens, eligens, libens, recto cũ iudicio, constantissimoq proposito, deniq gratuita etiam opera, ad metam ipsam inde fatigato perueniat cursu, assequaturq uirtutem, finem uidelicet illum summũ, optimũ, pulcherrimũ, uiuentis in societate hominis, in ipsoq hominum coetu, sine qua ultimus ipse humanarum rerum oĩm finis comparari nulla ratione queat.

Per uirtutem comparari foelicitatem.

n Am si consequendam ad foelicitatẽ, tribus omninò est opus, corpis, fortunae, atq animi bonis, ad bona corpis à natura data, illud etiã adiunget ad uirtutem contendens uir, ut externis quoq abũdet cõmodis, & quãtum satis est bonis. Nã si daturus est operã actionibus cõparandã ad uirtutẽ necessarijs, et rebus ẽt ill[illegible]abit opq;, sine qbus neq uirtutis cõpari habitus põt, neq; foelicitas ipa, humanorũq; studiorũ meta cõtigi. Quocirca si futurus ẽ iustus hẽbit utiq q̃ ad iustitiã exercẽdã necessaria sũt et cõmoda, si liberalis quae ad liberalitatẽ, si fortis, quae comparandam ad fortitudinẽ ptinẽt, de reliquis ut taceamus uirtutibus.

quarum omnium eadem est ratio. Quod cum ita sit, uirtus ipsa affatim cuncta sibi sufficiet, eritq; eadẽ ipsa perfectus, & undiq; consummatus finis, cui etiam nihil desit ad bene fœliciterq; uiuẽdum, præsertim ubi post ciuilium humanarumq; actionum defunctionem, tanq̃ tutissimum in portum delatus, totumq; ad naturæ rerum, cœlitumq; contemplationem conuersus, in hoc ipso portu, rerumq; oĩm tranquillitate conquieuerit, ut non morales solum uirtutes, uerum etiam quæ summa est, diuinaq; iure ipso habenda, mẽtis nostræ uirtus, illam quoq; fuerit consecutus.

Virtutem esse mediocritatẽ, in eaq; constitutam.

SSet fortasse idoneũ de prudentia ipsa differendi tempus, cum uero dictum sit, uirtutes ipsas morales mediocritates esse quasdam, pars hæc non uidetur sic prætereunda, ut tanq̃ neglecta parumq; perspecta uideatur à nobis. Quãobrem sic accipite uiri optimi, iidemq; amicissimi, uirtutem quidem ipsam dignitate atq; authoritate sua omnino esse summam, proq; maiestatis amplitudine ac præstantia habendam esse pulcherrimam ac maximam rerum humanarum omnium, eandemq; etiam augustam, cæterum suam sibi sedem medio quodam in suggestu collocasse. Quo e loco pari authoritate atq; imperio hostibus aduersaret suis ac nostris. Habẽt eñ uirtutes ferè singulæ, immo penè omnes, duos aduersum se constitutos, & quidẽ inter se quoq; dissentientis aduersarios, alterum qui ut uiolentus quidam, atq; superbus, & contumax, imperio nolit eius acquiescere, aut audire præscribentem, alterũ qui imperium reformidet, deterreaturq; illius ab aspectu atq; augusta facie. Quas ob res prætoriũ sibi utrosq; inter hostes, aduersantiaq; inter se, ac uirtuti uitia, excessum scilicet ac defectum media in regiõe collocauit. Quo in loco pari cum dignitate ac uiribus æquæ magnis cõsideret. Quæ

cōſtitutione ac locorū poſitu effectum ē, ut uirtutē dixerint in mediocritate, hoc eſt medio inter utrunq; uitiū ſpatio cōſiſtere, ibiq; ſibi delegiſſe curulē quaſi quādā ſedē, prætoriūq; ſuggeſtum, in quo reſidens ipſa à dextra, exceſſum, ut impudentem, ac cōtumacem, ſibiq; præſidentem, ſi reuocare ad imperiū poſſit, hortatur uerbis, admonetq; oratione, ſin minus, male parentem illū ſuperbeq; atq; impudēter agentem repellit, atq; inſectatur, perduellemq; tandem iudicat, interdicitq; aqua & igni. A ſiniſtra uero, quæ pars in nobis imbecilla eſt, defectum, languentem quidem eum maximeque diffidentem, quem etiam blande ad ſe uocans, ac nihilominus conſpectum eius uerentem, uertentemq; ſubinde terga, retrahere ad ſe omni arte contendit, quod ubi impetrare parum poteſt, latitare illum, & tanq; in ſpecum confugiētem beluam, degere illic ignobiliter permittit, ipſa uero ſuo ſe in ſtatu atq; authoritate retinēs. Ita quidē illis iraſcitur, ut cupiat melius, illorum utrumq; rebus ſuis conſuluiſſe. In medio igitur conſtituta rationem ſecum in conſilium adhibet, quæ recti ordinatiq; illam admonens, aberrare certo ſuoq; ab itinere nunq; ſinit. Eſt autem rectū, ut pro ſubiecta illud materia definiamus, quod neq; in dextrū neque in ſiniſtrum, ſed tractum ipſum ſuum ſequens nullo modo declinat. Cum enim quæcunq; in magnitudine plus ſit & minus conſtituere, in ijs quæ ad animorum affectus, atque ad uirtutem pertinent, in dextra quod ſit pars ea uiribus prædita maioribus, quod eſt nimiū, hoc ē exceſſum collocamus, ſaneq; uiolentum atq; incompoſitū uitiū. In ſiniſtra defectum, quæ cū imbecilla ſit & frigida, & uitiū quoque ipſum eiuſdem uidetur eſſe naturæ, ut ob imbecillitatem atque remiſſionem, aut abſtineat omnino homine dignis præclariſq; ab actionibus, aut ſi agendum aliquid ſuſceperit, uel ignauiter illud exequatur, uel turpiſſime deſti

tuat, deseratq; inceptum. Reformidat igitur defectus, audet, confiditq; plus nimio excessus, illius causa est metus, huius confidētia atq; temeritas. Virtus igitur utriusq; naturam animaduertens, & frenum adhibere fiduciæ, moderariq; eam nititur, impetu coercito, & metui addit stimulos, calefacitq; eius frigiditatē, atq; imbecillitatem confirmat. Accōmodatissime igitur dictu; est, uirtutem in medio uersari, neq; ab illo deflectere, quod ratio ipsa medium esse docuerit. Rectum aūt nunc intelligimus, nō qualis à mathematico linea consideratur, aut quadrati latus, sed quale ratio ipsa, quæ humanis uersatur in actiōibus, ac sapiens, maximeq; exercitatus uir, agendiq; peritus, ac prudēs, sciēsq; rerum humanarū, uitæq; ipsius ciuilis indicauerit, habita ratione negociorum, locorū, temporum, meritorū, ætatum, personarum, quibus ex ipsis sumendum uideatur iudiciū, modi atq; mensuræ, ne in alterutrum delabatur, in excessū uidelicet aut defectum, ueluti in erogādā pecunia, neq; eñ quocunq; tēpore, cuicunq; homini, aut ex quouis pecuniæ genere, quacunq; ue in urbe, aut in negocio, tantundem idemue est dandum. Cuius rei exempla permulta in ijs libris extant, quos de liberalitate annis superioribus, ut ipsi scitis, edidimus. Iure igitur uirtus præposita est moderandis affectibus, cum proprium sit eius munus à medio nō recedere, illorum uero proprium fluitare atq; diffluere motu atq; exagitatione sua, expectareq; moderatorē, nunc q acuat, incendatq; remittentes sese, nunc qui retineat exultantes. Erunt igitur & actiones quoq; mediocres, ipsum ut assequantur medium. Nam & in actionibus non aliter q̄ in affectibus ratio eadem est tenēda, ut medium in illis quoq; retineatur. Quippe cum actiones ipsæ nunc uehemētiores, nunc ēcōtrario remissiores, maximeq; degeneres esse cōtingat. Itaq; et ꝑpter naturales affectus, in q̄bus moderandis

uirtutes uersantur, & propter actiones quæ ipsas constituunt, in quibus utrinq; defectus atq; excessus usu ueniūt necessario uirtus in medio cōstituitur, sectaturq́;, & dū afficimur, & dū agimus omni è parte, mediocritatē, quæ, ut sæpius dictū est, inter parū constituitur ac nimiū. Assequemur igitur mediocritatē hāc in agendo, si nos ipsos & cōsideraverimus, & metiemur, si illos quibuscū agimus, si rem, facultatē, personas, tempus, locū, patriam, urbiū, gentiūq; instituta, mores, leges, ciuiū artes, disciplinasq́;, hominū item opiniones ac iudicia, si modi quoq; ac mensuræ pensum habuerimus. Ad hæc, si bene ipsi intelligimus, quibuscūq; in actiōibus, quid, q̃tū, quomodo, quādo, qualiterq; oporteat, sitq; quousq; etiā progrediendū. Prima em̄ actione in omni, delectus suscipienda est cura, primariūq; ad uirtutem contendentis uiri studiū est atq; obseruantia deligendi. Vbi em̄ delectus ratio parū habebitur ac decori, manca prorsus ipsa etiam erit actio, ineritq; illius in facie, ut dici consueuit, neuus, uel potius maculosa cicatrix ac fœda. Quod igitur mediū sit & quale, qua etiam uia, et cur etiā quærendū sit, ipsi iam uidetis. Est aūt huius ipsius medij, tū perscrutandi, tū etiam iudicandi munus atq; officiū: rationis eius quæ à peripateticis recta dicitur, quo in campo uersatur prudentia, cuius quidem colendi atq; exercendi cura ad uirtutem hāc potissimū pertinet, uel eius potius est tota, agnominaturq; inde recta, quod quid rectū sit & quale, omni rimatur atq; perquirit studio, deq; eo iudiciū suū profert. Omnino autē rectū ipsum quod in moribus uersatur, hominumq́; in actionibus non tam per seipsum, quod antea quoq; dictum est, considerandum uidetur, ac perinde ut qui lineæ rectitudinem, aut obliquitatem quærūt, q̃ pro legibus, ritibus, moribus, cōsuetudinibusq; ciuitatū, nationum, gentiū, cū christiano sit homini ꝑmissus uini usus moderatus scilicet, ue

titus omnino mahometanis, pœna etiã proposita, nobis uxorem unam lex permittat, illis ẽt plures, adde & cõcubinas, uel ẽt denas. Quærendi igit̃ non solũ medij, uerũ ẽt habendi delectus, magistratus quasi quidã, propriũq; officiũ, rectæ rationis est, cuius ipsius utiq; iudex erit atq; æquus arbiter uir sapiẽs, multo rerũ usu, probataq; experiẽtia, cuius ẽ iudicio tanq̃ æquis ẽ bilancibus actiones ipsæ examinatæ prodeũt, iustaq; pensitant̃ trutina Ipsius uero delectus ac rationis rectæ pestis corruptelaq; ẽ ignorãtia, quã multa simul grauiaq; circũsistũt mala. Nãq;, ut iã diximus, incõpta ꝑ cõpertis habet, pro bonis mala eligit, pro honestis atq; utilibus turpia sectatur ac dãnosa. Quocirca ignorantes q̃ sunt, ijdem minime sunt capessendas ad uirtutes apti, nec solum nõ apti, uerũ etiã ipsi & uiri sunt improbi, & ciues deterrimi. Nam unde obsecro nisi ab ignorãtia tanta sunt in populo uitia? tã infames abusus, tã ꝑnitiosa exempla ac detestanda? ut in plebe, quæ populi ipsius sordes est uideantur, uitiorum quoq; omnium sordes atq; illuuies desedisse.

Circa uoluptatem & dolorem moderandum uirtutem uersari.

En autem pars illa quæ ad affectus animorũ, aut nostros potius pertinet, atq; ad uirtutes illorũ moderatrices negligentius à nobis tractata uideatur, quod reliquũ est, quodq; omittẽdũ nullo modo duximus, sic habete duos esse affectus, qui nullas prorsus animorũ nostrorum cõmotiones, nullas etiã actiones, nullũ deniq; humanũ inceptum deserãt, in quibus quidẽ sic uersant̃, ut eorũ alteruter comes sempꝫ assistat nõ agentibus modo nobis, uerũ etiã de actionibus, deq; rebus ipsis solicitis atq; cogitãtibus. Horũ altera est uoluptas, cuius ancillæ quasi quædã sunt, delectatio, lætitia, gaudiũ, hilaritudo, iucũditas, exultatio, titillatio gestiẽtia (neq; eñ dũ res explicet̃, apte proprieq; deductum

uerbũ q̃uis inusitatũ producere in mediũ uerebimur) Alacritas itẽ, promptitudo, expergiscentia, festinatio, sedulitas, uigilantia, diligentia, elaboratio, studiũ, libẽtia, quæq; aliæ affectiones, quædãq; quasi famulæ uoluptati sumministrãt. Parte uero ex altera, illiq; aduersa, dolor has adducit secum siue comites siue ministras, molestiã, tristitiã, mœrorẽ, cessationẽ, languorẽ, recusationẽ, lassitudinẽ, lentitudinẽ, tardi tatẽ, oscitationẽ, ignauiam, negligentiã, desidiã, remissionẽ, quæq; cũ primis aduersant, libentiæ ac promptitudini, recalcitratio, auersio, tergiuersatio, renitentia, cumq; tria sint illa, quibus assequẽdis appetitiones ubiq; intẽdũt nostræ, utile, honestũ, ac iucundũ. Appetũtur eñi utilia propter cõseruationẽ, honesta propter laudẽ. Nãq; ut laudatur uirtus, sic ẽcontrario uitupat uitiũ, iucunda propter uoluptatẽ, quæ q̃dem ipsa nobiscũ & nascitur & coalescit. Ab hac ipsa uoluptate trahimur etiã ad illa, si quidẽ utilia honestaq; admodum etiam sunt iucunda. Itaq; ubi affectus hic ipse minus erit sedatus, quin potius & uehemens fuerit, & minus, ac magis magisq; ardens & concitatus, præcipitat, labefactatq; animum, actionesq; ipsas nostras exagitat adeo, ut ad inhonesta maximeq; etiã turpia, sub utilitatis, aut delectationis specie persæpe dilabamur, nõ raro ad ea etiã quæ inutilia sint, uehementerq; incõmodantia, dũ adipiscendi iucundi feruentiori studio rapitur animus, obliuisciturq; sui ipsius. Quid quod nonunq̃; etiã utilitatis species animũ sic corrũpit perturbatq;, ut quasi aciẽ mentis obtundat, obcæcetq;, quodq; utile ante apparuerat, inueniat tandẽ non dãnosum modo, uerũ etiã calamitosum atq; exitiabile. Itaq; uoluptaria hæc cõmotio, naturalisq; affectus, atq; perturbatio male temperata ubi fuerit, digredieturq; à signis rationis, medioq; ab ipso longius, impellet, trudetq; nos sæpenumero ad cõtraria, hoc est inutilia & turpia, quæq; pro lætitia tristitiã,

pro gaudio mœrorem afferant, pro uoluptate dolorẽ. Atquẽ hac quidem uia suscitantur uitia illa, quæ de nimio originẽ ducunt, ipsoq́; ab excessu, dum motus ille fiduciarius ab appetitiõe tractus, impulsusq́;, de uia rationisq́; ipsius curriculo diuertitur ad ea, quæ beluarũ potius sunt, q̃ hominum. Contra qui nos affectus auocat, deterretq́; ab ijs quæ inutilia apparent atque incommoda, molestaq́; uidenť futura ac laboriosa, estq́; suapte natura meticulosus, quoniã à metu ꝓhibetur, qui aduersus est fiduciæ, retrahit nos generosis ab actionibus, remoraturq́; uel auertit potius ab honestis & præclaris inceptis, quæ sese nobis offerunt, ad ea ne proficiscamur. Itaq; quantũ impulsus ille minus nos præcipitat, tantum & fortasse multo amplius nos auertit, deterretq́; à bene excellenterq; agendo, languida illa deficiensq́; atq; effœminata perturbatio ac perterrefactio, quæ nõ modo auocat agendis ab honestis, subtrahitq́; ac repellit à laudabiliter susceptis actionibus, uerũ eo res ipsæ per metum atque ignauiam aliquando rediguntur, ut dũ timentur laboriosa, fugiuntur incommodantia, euitantur parũ honesta & turpia, incurramus in eadem ipsa nostrã ob ignauiã atq; oscitatione. Quo fit, non raro ut accidat ijs ipsis, qui timore ignauiaq́; deterrentur, idem illud quod de nauigantibus dicũt, Incidit in Scyllam cupiens uitare Charibdim, efficiturq́; ẽ defectu, in illa ut incidamus uitia, quæ multo magis sint indigna homine, q̃ quæ de nimio atq; ab excessu sunt profecta. Etenim in dando atq; in audẽdo excessisse modũ, non accusatur nisi quatenus modus ipse minime retentus est. At nihil aut dare, aut audere, sed laxis ab utroq; habenis, fugere, hoc profecto nullo uidetur pacto esse hominis naturaliter ad agendum geniti, atq; in ciuitate educati, inq; societate hominũ instituti. Quocirca non uoluptatis modo gratia aut utilitatis improba admittimus, uerum fugiẽdam ob mo

lestiã, euitandosq; ob labores, omittimus utilia, recusamus honesta, defugimusq; quæ sunt etiã periucunda, quodq; deterrimum est, ob uoluptatem detrudimur interdũ ad teterrima quæq; brutis etiã animalibus omnino indigna. Interdũ uero ob dolorem molestiamq; defugiendã, ita deijcimur de gradu hominis, ut beluis etiã ipsis appareamus inferiores, & tanq; in foueis delitescentes hominũ omnino deuitemus ac fugiamus munia. Vtq; illic ardor ille nimius initio cupiẽdi, post etiã cõsequendi, sic metus hic, nimiaq; refrigeratio contrariorũ omnino sunt uitiorum principia & causæ. Satis igitur cõstat horũ affectuum utrũq;, uoluptatem scilicet ac dolorem in animis hominũ maxime dominari, nam à uoluptate impellimur ad ĩproba, nefariaq; admittẽda. At dolor molestiaq; diuertit nos ac retrahit ab itinere bene laudabiliterq; agendi. Vtrũq; autem uitiosum, atq; à laude, cõmendationeq; maxime alienum. His igitur moderandis occupata uirtus erit, dum & in fidendo, & in metuendo, in cupiendo & prosequendo, in eligẽdo atq; agendo mediocritatem illã retinet, quæ media est inter parum & nimiũ constituta. His igitur ab affectibus, ubi recte moderanterq; inter agendum temperati ipsi fuerint, & dicimur, & habemur uiri boni, ijdemq; ciues probi, secus autem, mali, improbi, nefarij, proq; eorundem etiã modo mensuraq; aut laudamur, aut uituperamur, habemur in precio, aut cõtẽnimur, ciuesq; ipsi nostri, alijq; quibuscũ uersamur, & quibus cogniti mores sunt nostri, aut beneuolentia nos prosequunt, amoreq;, aut odio, atq; maleuolentia.

f Vimus explicãdis his fortasse longiores, sed, ut ipsi scitis, & senectus loquacior ẽ, et uos ipsi me ad hæc multis etiã precibus atq; admonitionibus ĩuitastis, dũ à priscis hæc latinis intractata esse dicitis, & ab recentioribus philosophis, Aristotelisq; sectatoribus tam inepte, tam etiã

incomposite, aut explicata, aut perplexe disputata, ut ipsi illi de ijs qui disseruerint, aut parũ ea intellexisse uideri possint, aut ignorasse quibus uerbis, qua etiã uia latine essent tradenda. Cui parti etsi scimus à nobis exacte nullo modo satisfactum, nec munus hoc qua decet ubertate atq; uerborum dignitate adimpletum, iuuabit tamen & morem gessisse nobis studiosissimis uiris, & uiã præmõstrasse illis ipsis, qui & cautius, & eruditius, maioreq; cum ornatu hoc ipm philosophandi munus, post nos (quos & quidem non paucos fore arbitramur) etiamq; auspicatius prosequendum susceperint. Nec uero hæc ipsa omnia nõ eiusmodi quidẽ sunt, ut campum eum, in quo prudentia ius exerceat suum, nõ & qui sit, & q̃ etiam latus, et quæ sit rectæ rationis materia, & quibus in perscrutationibus delectibusq; uersetur, uel ostenderimus ipsi, uel si hoc minus consequuti sumus, saltẽ si non etiam præfinite, & locos tamen innuerimus, & campi ipsius situm atq; naturam. Quocirca reliquis in sermonibus, quotidianisq; his in confessionibus nostris instituite uos ad audiendum de prudentia disserentem senem, de ætatis quidem uitio loquaciorem, tamen qui ne gratuito quidem uitium in hoc incidat, uerum amicitiæ ut satisfaciat, & ijs præsertim uiris morẽ gerat, quibus propter studiorum dignitatem, atq; authoritatem morũ de uitæ nihil quod in seipso esse senserit, indicet non uel libentissime concedendum. Vtinam autem q̃ simus, qui & cupiditati uestræ, & quam de me iampridem concepistis opinionem, ei parte saltem ex aliqua respõdeamus. Nã alijs ut satisfaciamus, q hæc ipsa audituri fortasse à uobis sunt, id uero prorsus futurũ diffidimus, et ut ingenue loquamur, etiã desperamus

LIBER TERTIVS.

CALENDIS, VT VIDEO, MARTIIS conuenistis me ædiculæ in hac uiri optimi, iidemq; amicissimi, qui dies & è Romuli instituto, & mathematicorũ oĩm initium est anni, mearumq; etiã erumnarum. Eodem eñ hoc die, his iisdem calendis, nono ante anno Hadrianam amisi coniugẽ, & laborũ sociam meorũ omniũ, & molestiarũ leuatricem. Verũ enim illam nec ego amisi, quæ mecum assidua est, nec ipsa, me deseruit, aut ut non æqua laborũ socia, aut parũ fida comes itineris ac uitæ huius, meliorẽ ad uitam contendentis, nec uolens illa quidem sponteq; erumnis his humanis cessit, sed abiit potius, ut uocata, sed discessit, ut arcessita, & tanq̃ meliore uita digna, emigrauit in cœlũ, beatam illic cum cœlitibus uitã actura. Quocirca abesse tantũ debet, ut lachrymosus mihi dies hic sit habendus, ut & religiosus habeatur & sacer. Nam de meo ut uidetis, instituto, rebus sacris rite ter peractis, quod ex quo, meo illa è sinu in cœlum abiit, pie casteq; seruatum est, seruabiturq; q̃diu illi superstes ero, nõ anniuersaria, ut multi, sacra, sed menstrua in eius memoriam celebro, quæ post illius obitum, non mentiar si dicam maxima, uerumtamen eloquar, si dixerim, unica est mihi uoluptas, atq; leuatio. Nam quotiens calendæ ipsæ expectatæ, desideratæ, dicam uerius, suspiratæ aduenerũt, uideor mihi illã alloqui, illius ore, oratione, conspectu frui, commẽdare illi rem domesticã, capere cũ ea rerũ familiariũ consilium, in illius deniq; administratione, prudentissimisq; cõsiliis conquiescere, sed cũ ea fœlicissime iam sit actũ, cuius exẽplo admoniti nosquoq;, quæ uia ad fœlicitatẽ est una, & contẽplari uirtutem, et cœlũ ipsum inquirere ne desinamus. Quamnã aũt uirtutibus ex omnibus contemplari & quærere, aut utilius possimus, aut cõuenientius debemus, q̃ eam ipsam, quæ prudẽtia dicitur, quæ uitã & agẽtẽ hãc, & ciuilibus humanisq;

occupatam negociis, sic complectitur, tutatur, fouet, ut omni e parte eam & dirigat pariter & componat. De qua dicere hodie nō pauca eaq; maxime cognitu digna instituí, quo promissis parte non exigua satisfaciā meis. Vertor aūt ad uos potissimū Tristane Caraciole, Franciseeq; Puderice, q uel repugnantem me ad laborē hūc precibus, adhortationibusq; traxistis uestris, dū id agitis, diem hunc meis abire inhonoratum studijs ac cogitationibus, ne permittam.

I Gitur cū ad agendum homines & contemplandum nascantur, aliq; munus utrunq; prosequantur, in altero tantū sese exerceāt alij, hinc effectū est, ut duplex esse humanæ uitæ uideatur genus, & corū qui in cœtu uiuunt, ciuilia obeūtes munera, & eorū qui præteritis aut contemptis rerū ciuilium administrationibus, in ipsarū tantum rerū naturæ cognitiōe uersantur, atq; scietia. Vtriusq; autem uitæ moderatrix uel magistra potius est intelligētia, quæq; suo nomine est mens, munus siquidē est eius atq; officiū, & actiones ipsas moderari ac regere, & naturæ abditis perscrutandis, intelligēdisq; sic intendere, ut de recto, prauoq;, de uero itē, ac falso sententiam ferat, iudicetq; uniuersim ac per partes, quæ nullius quidem sunt omnino uirtutis officia. Quo fit ut & uirtutū earum, quæ de moribus nomen habent, curam suscipiat, & ad eam ipsam referātur cuncta, quæ ad rerū naturæ, cœliq; ipsius ac rectoris mundi totius cognitionem pertineant, quippe quæ tum morales illas regat, componatq;, rationis rectæ illis uiam aperiens suumq; actionis cuiusq; ac proprium inter administrādū ordinē distribuens, tū perscrutationes omnes, cōceptaq; atq; inuenta rerū maxime abstrusarum sic digerens, componens, statuens, deniq; etiam stabiliens, ut eius tandem opera, industria, beneficioq; scietia constet, compareturq;, & ea quæ suo nomine sapientia dicitur, quæ diuinarum, humanarūq;

habet rerum cognitionem. Quo fit, ut agendi pariter intelligendiq́; & parēs ea sit atq; origo, & iure etiā habeatur. Quæ ē re nomen ei ā Cicerone inditū est intelligentia, quæ apud Aristotelem est Dianoea, alio etiā nomine mēs, recentiores apud philosophos intellectus, cuius uis ea quæ gerēdis uersatur in rebus, ā nostris appellata est prudentia, græce est phronisis, atq; hāc quidē q̄uis nullo modo illarū ipsa sit ē numero uirtutū, quæ temperandis uersentur in animorum affectibus, animi tamen actionem esse quandam putat Aristoteles. Idq; apertius quo intelligatur, repetenda quædam sunt altius, ducendaq́; natura ab ipsa primordia.

Hominem triplici anima esse præditum.

INsunt igitur, ut scitis, homini partes quædam, quæ stirpibus quoq; sunt cōmunes, ut animæ pars illa quæ alēdi uim habet atq; augēdi, quinetiā procreādi, quæ quidē cūctis, quæ anima utūtur, natura ab ipsa sunt insita, exq; hoc naturales esse siue uires siue uirtutes dictæ. Inest pars & illa, cuius ipsius feræ quoq; ac pecudes sunt participes, cuiusmodi sunt quæ ā sensu nomen habēt. Nāq; animæ ipsius cum sit alia quædam uis, cui sensus ipse nomē dedit, pars hæc illi ipsi, de qua dictū est, coniuncta atq; commixta, animal constituit, quod quia ratione caret, brutū quidem, cæterum neutiq; uti primum illud genus solo fixum sed loco mouetur, & uidet, & audit, & sentit, & instrumētis utitur singulis corporis, ad inambulandum atq; ad sentiendū, inde sentiens animal, atq; ut hodie libentius usurpant, sensibile dictum est. Inest & tertia quædam, eaq́; maxime generosa & nobilis pars, quæq́; diuinitate non careat sua, quā uno omnes ore appellauere rationalem, ab eaq́; & per eam animal ipm perficitur, cuius quia ex iis quæ anima utūtur oibus, solus homo est particeps, iccirco hic ipē homo

maxime absolutus ac perfectus animalium existit omnium, nam & ratione solus utitur, & per eam illa perficit, quæ in bæluis minus utiq; sunt perfecta. Sentit enim tantũ pecus, sibi quid siue prosit, siue officiat. At homo unde hæ ipsæ cõtrariæ existant uires, qua etiã uia quid uel noceat, uel auxilio sit, intelligit, ac rei eius causas tenet, scitq; etiã ubi opus fuerit & obsistere, & adhibere ex arte, ac cum ratione remedium, comparatq; sibi salutaria, quæ fore ducat, labore atq; industria propria. Itaq; per gradus quasi quosdam anima ipsa uires ostẽdit atq; ãplificat suas, donec animal ipm̃ perficiat, hoc est hominẽ, cui uis ipsa cum educandi, tũ sentiendi ita quidẽ insunt, ut hac ipsa ratione et adiuuet illas, & sufficiat, sustentetq;, infirmas quoq; stabiliat, et languẽtes confirmet, abscissas etiam partes, ut nares, ut labra restituat, quod inuentũ ætatis fuit nostræ medicorũ. Quocirca adolescentis naturæ, generisq; animalium consistẽtis, conseruator perfectorq;, ac degenerantis quoq; instaurator est homo, quanq̃ aliquando (utinamq; non tam sæpe) sui etiã ipse generis est enector. Namq; ut semina ne degenerẽt, delectu & opera, utq; arborũ generositas conseruetur, insitione & cultu procurat, sic contra in genus uniuersum animãtium ita sæuit, ut stragem illis ac uastitatem, ui, gladio, incendioq; promiscue afferat, sibi deniq; ipsi, sæculisq; futuris cladem atq; calamitatem. Sed redeamus ad nostra. Anima igitur hæc ipsa qua uiuimus, qua sentimus, qua ratione utimur, uiribus ĩstructa est suis, primũ ad alendũ, procreãdumq;, ne genera ipsa intereãt, deinde ad sentiendũ. Eius enim est uti oculis, auribusq;, hoc est uidere, audire, olfacere, gustare, tangere. Quibus utendis suis ipsa instrumẽtis est perornata. His accedũt appetitiones illæ, quæ partim sensus sequuntur ipsos, insuntq; homini pariter ac bæluis (animalia enim cũcta appetũt, profutura quæ appareãt, ad eaq; assequenda

assequenda sponte feruntur, declinant rursus quæ uideãt nocitura) parti uero quæ mentem uimq́; comitãtur rationalẽ & illã ipsam animæ partem, cuius est propriũ intelligere, cõmentari, prospicere, ratiocinari, scire, ac tum de uniuerso, tum de singulis iudicare. Ad hæc appetitioni etiã ei quæ sensus sequitur, moueturq; ad utilia ac iucunda, adiuncta est cõmotio etiã illa, quæ nos hortatur, trahit, impellit, ad ea aut adipiscenda, quæ difficiliora sunt comparatu, aut repellẽda, superandaq́;, quæ uitæ dignitati, cõmodis, impendijsq́; minitentur nostris. Itaq; appetitio illa quæ sensum sequit̃, duplici etiã modo est cõsiderãda, ut altera siue appetitio ea uocetur, siue appetitus, uersetur ijs in animæ cõmotionibus, quibus boni ac iucundi tantũ studiũ est propositũ. Altera in ijs superandis, repellendisq́;, aut adipiscendis, quibus labores, difficultates, periculaq; sunt proposita. Indeq; pars illa generalior ac prior, quæ in appetiscendo, cõcupiscendoq́; uersat̃ tota, concupiscibilis est dicta, posterior uero hæc quæ q́; laboriosior ẽ, fertq́; præ se strẽuitatẽ, irascibilis. Itaq; appetiscendi uis illa, quã sensus excitãt, duplex quidẽ est, quæ uero à rationali proficiscitur, mentemq́; sequitur, atq; intelligentiã, simplex est duntaxat atq; una. Eodem eñ modo sese in cunctis habet, ad quæ quidẽ à mente ipsa, intelligentiaq́; moueatur, studeatq́; assequi. Atq; hæc quidẽ à maioribus nostris appellata est uoluntas, estq́; solius hominis, quoniam hominis etiam unius sola est mens, solus etiam intellectus, à quo uolendi motus ipse proficiscitur. Habetis igitur animæ partes, quot sint numero, quæq́; etiam cuiusque sint uires, hoc est alendi, sentiendi, ratione utendi, ac sentientem illam duplici appetitiõe affici, earumq; appetitionũ alteram concupiscibilem uocari, irascibilem alteram, rationalem uero & dici & esse tertiam, quæ hominem ipsum & statuat et perficiat, cuius etiam unica quidẽ sit appetitio ea, quæ uo-

luntas dicitur. Ex his autem concupiscendi, irascendiq; cõmotionibus, cum affectus ipsi, ut est ante dictũ, ingenerent (mouemur enim uel ad amãdum quippiam, uel odio prosequendum, uel sequendum, uel fugiẽdum, ad hæc uel aggrediendum fidenter uel extimescendum, abhorrendumq; cõsternãter, prætereà uel ad misericordiam, uel ad uindictã, ad lætitiam, uel dolorem siue ad affectus alios, quorum tamen affectuum, appetiscendi uis illa excitatrix est, & causa efficitur, ut affectus ipsos, quod moderatione indigeãt) (sunt eñi ut diximus, alias remissiores, alias uehementiores) tertia illa pars ratione adhibita prorsus temperet, utq; iccirco morales uirtutes in moderãdis uersentur affectibus, cõmotionibusq; appetitu ab ipso excitatis, qui tametsi sensum plerumq; quãdoq; tamen & intelligentiam sequitur ac mentem, una uero prudentia intelligẽtem illam animæ uim, atq; excellentiam sequitur in temperandis affectibus. Quocirca eiusdem munus est atq; officium, temperandis illis ita sese gerere, ut dirigat, dispẽset, cõponatq;, actiones ipsas nostras præmonstret etiam ueluti dux, quasi quædam quocunq; iter intendimus, quæ uitanda sint, quæ etiã sequenda, doceatq; quid rectum, quid prauum, quid utile, quid inutile, quid honestum, quid turpe, quæq; alia uel amplectenda sunt, uel reijcienda, ut non minus fortasse proprie à moribus agnominari, q̃; ab intelligendo, his ipsis de causis mereatur. Sola igitur uirtutum omniũ ob hãc ipam excellentiam, utrãq; simul tum agnominationẽ, tum personam accipit, quamobrem hinc actiua, hinc intellectiua recẽtioribus est à philosophis dicta. Huius itaq; siue mentis siue intelligẽtiæ uis ea quæ affectus temperat, uoluntatẽ cõpescit, electiones moderatur, actiones dirigit, quæq; ad recte agẽdum opportuna sunt, docet, præmõstratq;, gignit ex sese eam, quæ recta ratio in administrandis rebus dici

tur, siue ipsa potius recta est ratio, de cuius mensura, ordine, constitutione, regula, uirtutes ipsæ & finiũtur, & quæ qualesq; sint aperte declaratur. Quod enim rationalis esse animæ aliud siue munus, siue officium, maius excellentiusq; aut esse, aut dici queat, in uita agenda, rebusq; administrandis, quã res ipsas adamussim perpendere, ad normã aptare, metiriq; anteq̃ agendæ suscipiantur, & postq̃ susceptæ sunt, ordinare, disponere, dirigere, suaque ratione ac uia destinatum ad locum perducere, hoc est ad finem ab ipso appetendi initio, ipsaque ab electione designatum. Quo fit, ut prudentiæ ipsius munus sit atq; propositum destinatum ad finem progressim iam certoq; ac minime labẽti uestigio, seu fallente gradu perducendi, quinetiam uolũtatem ipsam sic continendi, moderandiq; fræno quasi quodam adhibito, ut quid, sequendum, rursus quid fugiendũ, aut quibus inhærendum sit, quo etiam itinere progrediendum, & præmoneat & ostendat. Habetis ipsi iam quæ sint indagatiõis huius nostræ principia, quæq; animæ partes, quæ etiam uires eius, atq; appetitiones, quodq; appetitionum ipsarum, duæ quidem sensum omnino sequãtur, tertia uero mentem ipsam atq; intelligentiam. Quibus ẽ rebus iudicare facile quidem potestis, moralium uirtutum alias in concupiscibili illa appetitione uersari, ut temperantiam, alias in irascibili, ut fortitudinem, iustitiam uero eam sequi appetitionem, quæ ab intellectu ꝓficiscitur, estq; nomine suo uoluntas, ipsam autem prudentiam, etsi ad intellectum omnino referenda est, omnem tamen curam, cogitationẽ, operã quoq; eius administrãdis in rebus, actionibusq; ciuilibus patrocinandis uersari, exq; eo usuuenire, ut licet mentẽ ubiq; sequat̃ ipsam, mores tamen hominũ, et corrigendos suscipiat, & eorũ actiones recto cursu dirigendas.

quippe quæ electione ab ipsa continentur, ad finem contendat eum, ac metã, quam uirtutes sibi singulæ constituerint Sed progrediamur ad reliqua.

Virtutes uersari in actionibus.

O Mnino tria sunt, quæ hominis naturam ac uim potissimum declarent, sensus, mens, appetitus. Quota autem sensus uis sit atq; authoritas agẽdis atq; administrandis rebus, docent pecudes, reliquumq; bæluarum genus, quarum nullæ prorsus existunt actiões, solum enim ad ea, quæ corporis tantum sunt, mouentur. A mente igitur appetituq; agendi, uis impulsusq; omnis proficiscitur, præstãtissimus animæ nostræ partibus. Hæc autem ipsa uis animæ mihi quidem bifariam uidetur partienda, & in actiones ipsas nostras, in quibus morales uersantur uirtutes, seu ipsæ potius actiones (quod totiens dictum est) uirtutes sunt, & in artes quarum præter administrationẽ ipsam exteriora cuiusq; existunt ac particulatim opera, qualia textorum, fabrorum, sutorum, & agere quidẽ eorum est proprium, qui in actionibus uersantur, contenduntq; ad finem, siue propositum aliquod assequendum, facere uero artificum, quiq; manu & opera occupantur, fabrilibusq; in opificijs. Itaq; ut ipsi iam uidetis, ab agendi ui illa quæ innata nobis est, & actiones manant, quæ uirtutes morum constituunt, & factiones, ẽ quibus artes, quæ commodis ac uoluptatibus subseruiunt nostris. Cæterum factiones plærumq; accipiuntur pro partibus ciuitatum, ciuiumq; uolũtatibus, in quibus sæpenumero populi diuiduntur, ut apud Carthaginem factio gracchina, & Romæ syllana ac mariana, alijsq; in urbibus alia atq; alia. Itaq; male libenter uerbo hoc utimur, tametsi & proprium est, & latinum, possemus etiam in loco eius usurpare operationes, quoniam operor est ab opere, & opus ferè ipsorum proprium est artifi-

cum. Cæterum apud priscos uerbum operor ad sacrificia libentius transferebatur. Ad hæc ab ijs qui recentius philosophati sunt, operationes usurpantur pro ipsis etiam actionibus. Itaq; utrumq; cur refugerē satis honesta esse posset causa, tamen in quibusdam cedendū est rerum necessitati, explicationibusq; ipsis, magisq; uerborum consulendū dignitati aut usui. Sint igit̄ ut uersantiū ciuilibus in administrationibus, rebusq; gerēdis actiones, sic artificū factiones aliqñ pro utraq; etiā re opationes. De quo uemiā ipsi poscimus. Nec tamē uerebimur, pro loco uocare etiam opificia.

De contemplatione,

q Vemadmodū autem agere tantum est hominū nullo modo pecudum, quæ sensu solum feruntur, sic eorundē est ēt contemplari. Atq; hæc quidē cōtemplandi uis ut altera illa agendi ac faciendi, dupliciter est etiam partienda. Animi enim uis hæc aut in cognoscendis ijs uertitur, q̄ certa quidem ipsa sunt, naturaq; constituta, neq; mutationem recipiunt, nec alio atq; alio sese habere modo possunt, quorum ē cognitione manat scientia, aut in ijs quæ dubia ipa sunt, ac propter incertitudinem, permutationemq;, consultatio in illis locum habet, quæq; alio nomine est etiam ratiocinatio. Itaq; quotiēs huiusmodi res incertæ, & lubricæ offeruntur animo, incertus ipē ac diutius eas secum agitans, quæritat, disceptatq; agendum necne illud sit sequendum ne an fugiēdū. Qua in re illud quoq; usu uenit, quod in ijs, quorū est certitudo ac scientia, in quibus ipsis animus aut assentitur ueritati, aut dissentit ab eo, quod apparet, agnosciturq; omnino falsum. Itaq; in huiusmodi rerū, negociorūq; suscipiendorū multitudine, ijsq; consultādis, suscipiendū tandem necne sit negociū, & qua etiā uia suscipiendū decernit, eaq; electio dicitur, eligit enim de duobus alterum, aut neutrum, de pluribus quid potissimum sequi,

aut nullum malit, pro facultatibus, ingenio, uiribus, ac rationibus suis. Quæ in electione, cõsilioq; capiẽdo, prosequẽdisq; negocijs ad finem usq; locum suum, & quandã quasi prouinciã prudentia obtinet, quæ moralis ni displiceat, hac in parte à me uocabitur, dirigit enim actiones ipsas, uirtutesq; eas, quæ de exercitatiõe, deq; ipsis moribus sunt uocatæ. Duas esse igitur in animo agẽdi ac faciẽdi partes, totidẽ etiam contemplandi ac speculandi iam uidetis.

Prudentiam neq; scientiam esse, neq; artem, sed in actionibus uersari.

Efficitur autem ijs ẽ rebus, ut neq; sciẽtia, neq; ars e hæc ipsa prudẽtia sit, neq; moraliũ uirtutum ulla, q̃uis moralem eam, hoc est actiuam agnominauerimus, uersariq; solis in actiõibus uelimus, nam cũ eius sit cõsultatio, ac ratiocinatio, uerseturq; in ijs, quæ dubij atq; ancipitis sint consilij, cogaturq; sæpius ob ea quæ repẽte accidunt, mutare agẽdi rationem, quonã pacto erit ipsa sciẽtia? cuius est propriũ demõstrationibus uti, rebusq; inniti maxime certis. Scientia enim ipsa demõstratione cõstat ac certitudine, uersaturq; in necessarijs, quippe quæ ex ijs q̃ aliter se habere nullo modo queant, existit, comparaturq; indagans ipsa rerum naturã, maxime autẽ quæ in uniuersũ spectant, quæq; non ad usum ciuilẽ tantũ aut familiarẽ, uerum etiam ad rerum quarũcunq; & diuinarũ & humanarum cognitionem pertineãt. Quã eñ dubitationẽ secũ afferet enũciatũ; aut postulatũ illud potius (sic eñ à maioribus dicebatur) si ab æqualibus demãtur æqualia, q̃ reliqua sunt eadem quoq; esse æqualia, & omnem lineã à centro ductam ad circunferentiã esse parilem. Quænã q̃so oriri dubitatio potest ex propositione illa tam constanti & certa, figurarũ omnium capacissimam esse orbiculatam, aut quod enasci

ambiguum, sole hemisphærium hoc nostrum peragrāte, diē nobis esse? At statim ob mentem uersabitur caligatio quasi quædā, sit necne assentiendum, siquis in senatu christiano proposuerit, suscipiendum esse aduersus turcas bellū, atq; ubi ratio ipsa suscipiendū docuerit, rursus alia orietur dubitatio, sit ne mari gerendum aut terra, an & maritimis & terrestribus simul copijs administrādū, tertio loco dubitabitur nasceturq; deliberatio, qbus ducibus, quo etiā nūero nauium ac militum, ad hæc, qua etiam ratiōe. Itaq; cōsultationes ipsæ in rebus uersantur dubijs, ex ijsq; postea diutius perpensis fiūt electiones, quas inde actiones ipsæ, rerūq; sequūtur administrationes, earumq; ꝓpter euēta uaria, inopinata, incerta, uix tenor ipse est perpetuus. Cū sæpissime necesse sit, gerēdæ rei mutare rationē, aliaq; atq; alia proficisci uia. Quocirca deliberādis rebus ijs, quæ in nostra sunt potestate positæ, quæq; ad futurum spectant tempus, propriasq; commoditates, suum prudentia locum obtinet.

Quæ sit differentia inter scientiam & prudentiam.

q Vibus à rebus prorsus aliena est scientia, cuius proprium omnino quidē est scire, à quo nomen duxit, cū huius ipsius prudētiæ sit dirigere actiōes ipsas, & quid seruādū ac sequēdū sit monere, qd etiā fugitādum aut auertēdū. Quid qd', ut paulo est à nobis ante dictū, cum sciētia in ijs uersef, quæ uniuersalia nūc dicunf, ijsq; ipsis indagādis delectetur, capiaturq; rerū cognitiōe prudentiæ econtrario munus est ꝓpriū, singularia quærere, uersariq; in particularibus. Ad hæc scientes à cognitione et scientia, prudentes ab actione laudantur & usu, rectisq; ab administrationibus, quid quod in rebus illi maxime certis, necessarijsq; uersantur, exercētq; ingenij sui uires in illis potissimū quæ aut parū, aut omnino nihil ad rē familiarem con-

ferant,& hi in rebus maxime dubiis ac uariantibus,in qui bus casus fortunaq; plurimum authoritatis habeăt,quæ nul la quidem est in constituendo sylogismo,uero'q; ac falso,for maq; à materia distinguenda.

Quæ sit differentia intet artem & prudentiam.

P Ræterea nec ipsa eadē ars est ac prudentia,cum ars opificiorū quidē sit,atq; eorū quæ manu fiunt,rerū uero agibiliū prudentia,sitq; prudentis uiri offici um,rebus ubiq; suis prospicere,illisq; ac sibi bene recteq; cōsulere in omnē uitæ partē,nihilq; aut negligere,aut præ termittere,quin omnia potius excogitare,eaq; acute,perspe cte,caute,quæ in rem fore suā duxerit,uiuendi deniq; cur sum omnem secundum rectam rationē dirigere,eumq; in usum domesticum,familiaresq; cōmoditates,tāq; deriuare, consequendis iis,quæ bona ducantur,quæq; rebus ipse suis conduxere intellexerit,cū ècōtrario artificis sit hominis,mu nus suum adimplere in iis,quæ ad artem,quam susceperit, spectant,quæq; manu fiunt.Quota enim ars,quæ nō manū exerceat?quæ non regula nitatur,seq; ad normam redigat? cū eius omnino ꝓpriū sit facere,cōtra uero prudentia non modo non faciat,sed ne agat ipsa quidē,quin potius dirigat actiones.Ad hæc aristotelica utriusq; definitio,liquido q̄ in ter se differant,ostendit,cum artis definitio habitus quidā sit uera cū ratione faciendi,prudentiæ uero habitus,qui ue ra cū ratione in iis uersatur agendis,quæ sint aut bona ho mini aut mala.An non qui artē exercet aliquā,arte ab ipsa cognomētū accipit,ut à tōdendo tonsor,atq; à suēdo sutor, at uero ab agendis fortibus fortis,& ab exercenda liberali tate ac dandi gratia liberalis,quæ quidē laudis sunt,illa ue ro artis nomina,ac nomē fortis ab actionibus est,habituq; morali,& laudis gratia inditū,cum sutoris ac tonsoris ab arte tantū,utq; artifex ipse eo cognomine inter ciues ipsos

differat, agnoscaturq́; id quod in exercitu signa, uexillationesq́; indicant, uidelicet quo quisq; sit ex ordine ac uexillatione. Quid qđ faciendi, finis extra quidē est constitutus, ꝓ prieq; extrarius dicitur, nā textoris finis est tela, & statuarii statua, cū agendi finis ipsamet sit actio, quæ ubi fuerit ho nesta ac laude digna, ipsa quidē uirtus erit, ac sibiipsi finis. Itaq; agendi habitus nō idē q & faciendi, quādo ut idē ipse ait Aristoteles in arte sponte qui delinquit, est ipse quidē po tior, in usu uero prudētia longe secus, quēadmodū ut in uir tutibus, artifex. n ipse hac in parte laudari plerūq; solet, sal tem aūt excusari, q uero uolens labit̄, ac spōte errat in actio nibus, uenia nullo pacto dignus existimat̄. Quocirca nullo modo ars habēda est prudētia sed uirtus quædā potius, eaq; dux ac magistra, nō ita tamē ut una sit moralibus ē uirtutibus, licet eā paulo ante moralē, quod in agendis agnoscatur rebus, uocauerimus, cū actio ipsa honesta uirtus quidem sit, prudētia uero nō sit ipsa actio, sed actiones ipsas dirigat, iti nerisq́; totius uiā mōstret, nec sit ipsa finis, sed dux ad finē progrediēdi, regēdiq; cursus totius magistra, quippe cuius officiū sit, rectā producere in mediū rationem quaq; uia, qbusq́; sequēdis, affectatū quis finem adipiscat̄ ostendere, & quasi manu sequentē illū post se ducere, quē ad locū agens ipse omni cura studioq; cōtendit. Itaq; nec ars, nec scientia, nec moralibus ē uirtutibus una aliqua est prudentia. Nec ue ro ab re fuerit propter cauillatores hoc in loco meminisse ue tustissimorū scriptorū, q & mores, & instituta in utramq; partem, & astutias, dolos, ac frudes, artes uocauere, nunc in laudē, nūc in uituperationem, ut cum ait Salustius, facile imperiū his artibus retinetur, quibus in initio partū est, & Liuius omnium consensu princeps belli pacisq́; artibus, & cum historici alii dixerūt artes Hannibalis, & comici, seruo rum artes ac lenonum. Itaq; ad actiones referri artes ipsas

etiã uidetur ac mores, unde in prouerbij fere locũ cõcessit, artem arte frustrãdam. Sed nos hac in parte, hisq; in disser tionibus artem intelligi eã uolumus, quæ manu fiat quæq; in opificijs sese exerceat, atq; operibus faciendis. Aliud igitũ esse prudentiam ab arte, atq; scientia, moralibusq; ab uirtutibus, satis ostensum sit, quanuis moralis ipsa sit, uerseturq; in actionibus.

Quæ differentia sit inter mentem ac prudentiam.

C ne fortasse mentem esse prudentiam, quẽq; intel a lectũ dicũt, arbitremini, ab hac ipsa opinione auertere illud uos præcipue debet, quod à peripateticorum principe intellectus ipse, cogitatioq;, quæ apud eũ est dianoea, in principijs uersari dicitur, prudentia uero in ijs utiq;, quæ ad finem pertineant, cõtendantq; ad metã. Etenĩ anteq̃ agendum quid suscipiat, ac posteaq̃ sensus ipsi multa animo obtulerunt, & mercem quasi quandam explicauerunt intelligentiæ, mens ipsa diutius cogitando, considerãdo, pensitando, multumq; etiam uersando secum, uim tunc illam exercet, cuius proprium est speculari, quærere, perscrutari, inuenire, quæ uirtus, potestasq; ad ingenium omnino refertur, oportet enim rimari cuncta, nihilque quod ad rem faciat, incompertum, inuestigatum, atque incogitatum relinquere, deinde inuentis, deque compertis ipsis, ac diutius pensitatis sententiam ferre. Ac quæ & qualia sint, q̃ etiam ad rem ipsam opportuna, idonea, ualida iudicare, deque illis decernere, quibus in rebus nullum omnino habet locum prudentia, quippe cuius nulla sit prorsus in ijs, quæ electionem antecedunt authoritas, nullum etiam officium, quãdo nulla etiam existit ratio. At ubi satis constitit, de inuentis, cogitatis, perspectis, diuque ac multum pensitatis, ijsq; ubi accessit omnibus, diuq; agitata ipsa mentis uis conquiescit, atq; assentitur, mensq; tandẽ ipsa ad agẽdũ

sese conuertit,tũ uero primũ prudentiæ sese ei officiũ offert; apparetq; idustria eius & opera, quippe quæ docet,monet, instruit,hortatur,cauet,& tanq̃ dux aciẽ dirigit,atq; ad pugnã copias ordine suo agit,ducitq; Quocirca nõ iniuria fortasse intelligens illa animi uis,in ijs sese omnibus gerere uideat,pinde ac in exercitu ante oppugnationẽ aliquã imperator.Ille cũ prius secũ uersat animo diu multumq;,sit ne suscipienda oppugnatio,omnia simul circunspectans atq; considerans,ab sua,atq; ab hostiũ parte,perquiritq; quibus artibus,qua uia,quoq; etiã genere oppugnationis sit gerẽda res,quibus postmodũ cõsideratis,inspectis,pensitatisq; adhibet rursus mentem,cogitationesq; in consiliũ suas,per penditq;,& tanq̃ in trutina cuncta suspendit,atq; examinat,num sit oppugnationis genus probandũ,quibus etiam sit ad oppugnãdũ opus & quãtis.An uiæ ipsæ artesq; excogitatæ sint re ipsa respõsuræ cogitationibus,eaq; ubi i eius animo firma constiterunt,& iã decreuit sequẽdã oppugnationem,tum gerẽdarum à se rerum explicatur ordo,instruuntur machinæ,comparantur necessaria diruẽdis muris ac turribus,opportuna complendis fossis,apta superandis propugnaculis,deniq; ad oppugnandum admouetur exercitus ab ipso duce,ante pugnam etiam præfectis , tribunisq; instructis,quid agere & sequi,& à quo cauere debeant, præmijs etiam propositis,qui murum primi ascẽderint.Videtis hac in cõparatione ac similitudine,imperatorẽ ipsum antea quidẽ partes illas implesse,quæ cogitantis essent,secũq; atq; i aĩo uersãtis plurima,post uero de cogitatis ipsis iudicantis ferẽtisq; de illis sentẽtiã.Vltimo autẽ ubi ad res peruentum est gerẽdas,prudẽter omnia ab illo administrari,seq; ducem præbere omniũ,ac tũ directorem expugnationis,tum faciendi prælij magistrum.Eadem sunt igitur ante susceptas actiones mentis intellectusq; ipsius munera,

ijsdemq; ipsa uersatur in principijs, uoco autem principia ea, in quibus considerãdis, perpendendis, examinãdis mẽs ipsa cogitatioq; occupatur ante susceptum cõstitutũq; negocium, & an suscipiendum illud sit & qua etiã uia, quoq; tẽpore suscipiẽdum, rimatur, dubitat, quærit. Post uero iactis fundamẽtis, quoniã ad finem cõtenditur, exurgit, seq; exercet mentis uis ea, quæ mediorum est administratrix, consiliaria, magistra, indeq; quod ꝓspiciat, quod acutissime etiã uideat, quæ ad finẽ sunt comparãdum peridonea ac necessaria, prudentia est dicta, nec uero prospicit modo, ac procul ea uidet, contẽplaturq;, uerũ etiã admonet, hortatur, actionesq; ipsas dirigens, eas explicat ac disponit. Quo fit, ut nequaq; ipsa sit mens, intelligentiaq;, quãdo nullo modo prudentia in negociorum existit principijs, iaciendisq; rerum agendarum fundamentis, nullumq; ante captam electionẽ sit eius utiq; officiũ, sed alia quædã sit potius uis eius eaq; posterior. Quo fit, ut ab intellectu ipsa sit uirtus non ã moribus nominata, etsi mores nostros comitatur ubiq;, & hominum actiones ad finem etiã usq; dirigit, ad quem illæ cõtendunt. Qua in re appetitus ipse sic assentitur, obtemperatq; intelligentiæ, ut regulã quoq; ab illa accipiat ac legẽ, atq; ut intelligendi uis quædam est, quæ uersatur in actionibus, sic & appetiscendi, in ijs quorum iurisditio ad mentem spectet, referaturq; ad intelligentiam.

Quæ sit differentia inter sapientiam et prudentiam.

Istat longo etiam interuallo hæc ipsa prudentia ab ea, quæ sapientia dicitur, ac tametsi utraq; honesti inhonestiq; cognitionem habet, uitæq; degendæ, sapientia tamen & illorum, quæ cœli ac dei sunt, rerumq; naturæ perspectionem sequitur, ne dum humanarũ siue rerũ siue opinionum perscrutationem, cum ea solum prudentia curet, illisq; duntaxat sit intẽta, quæ ad utilitatem spectẽt,

eaq; etiam commoda, quæ rem familiarem constituũt, ijsq; uel adipiscendis quæ bona iudicentur, appareantq; utilia et iucunda, uel contra auertendis, quæ mala habeantur & nocua. Itaq; eorum, qui sapientes sunt habiti, non pauci rem familiarem parum oĩo curauere, rebus cœlestibus tantum naturalibusq; occupati, nam & anaxagoras ad uitæ extremũ fame laborauit, & Democritus à curis sese ciuilibus abdicauit, adolescentes ipsi Theodorũ Gazam uenerabamur ob summam rerum naturæ cognitionẽ, cum eius tamen ad ministrãdis rebus is captus esset, ut penẽ inhabilis ad uitæ ciuilis haberetur munia, urbanasq; ad actiones. Vterq; tamen & sapiens & prudens uir, in senatu disputabit de lege agraria, deq; coercenda tyrãnide. Sed ille ubi ad administrandum, gerendasq; uocatus ad res fuerit, ni multa uiderit, ægerit, expertus fuerit, præpeditus, inexplicatusq;, atq; agendi ignarus inuenietur, qui si grauiter profecto, recteq;, atq; ẽ sententia rem administrauerit, magis id ipse quidem ut expertus præstiterit ac prudens, q̃ ut sapiẽs, cũ prudens ipse in rerum administrationibus, procurandisq; negocijs, ex officio uersetur suo, siquidem prudentis eos dicimus, qui bene, diligenter, utiliter, ꝓspecte, sibiq;, rebusq; suis, & ex toto, & singulis ẽ partibus ubiq; cõsulunt, uitæq; ipsius uniuerso cursui, nihil eorũ negligẽtes, quæ ad tuendam rem familiarẽ, ampliãdum censum, ad eaq; quibus ipsi præpositi sunt negocia recte administrãda pertineant, quæq; curæ, administrationisq; suæ esse intellexerint. Ad hæc prudentia in ijs ipsis uertitur, quorum finis aliquis ex humanis ac ciuilibus bonis agendo comparãdis expetitur, proq; eo labor oĩs suscipitur, ad idq; adipiscendum cunctas ipsi curas laboresq; impẽdimus. Etenim quæ agibilia sunt prudentia sequitur, quæq; agẽdo tãtum adipisci ualeamus. Cõtra sapiẽtia humanas uidetur actiones aut deuitare, aut

contemnere, parumq; omnino eas curare, quin illis studere solum, atq; incumbere, quæ utilitatis familiariumq; cōmodorū, aut nullam prorsus habere rationem, aut minimā uideantur, neq; de actionibus ipsis, uerum de cognitione rerum humano ciuiliq; ab usu remotarū esse solicita, ut si eos aliquando ad agendum necessitas traxerit aliqua, inertes, præpeditiq;, non raro etiam ridiculi appareant, aut parum omnino exercitati, cum sæpenumero etiā usuueniat, ut plebeius quispiam atq; ex ijs, quos idiotas uocant, prudētius sese, magisq; pro recta ratione gerat, q̄ solertissimus ille rerū naturæ cognitor. Itaq; non ab re fortasse à priscis illis spectatissimis uiris usurpatum legitur, nequicq; sapere sapientem, qui ipsi sibi prodesse nequeat. Q1 id quod peripatetici & Phidiam & Praxitelem, & excellentissimos quosq; suo in genere artifices, sapientes appellare consueuere, prudentes uero nullo modo, ut sapientia ipsa uideatur ijs ab actionibus, quæ morales constituunt uirtutes, omnino seiungenda, accommodandaq;, qua é parte artibus ijs potius, quæ & clariores ipsæ sunt, & fines extra se positos habent, uersanturq; in operibus faciendis, ut etsi diuinarum humanarumq; rerum cognitionem habeat, moralibus tamē ab actionibus sit penitus aliena, quarum sit prudentiæ unius administratio & cura, cuius profecto studium sit utiliū tantum ac ciuilium, familiariumq; bonorum, cum sapiētia ea solum curet, sequaturq;, quorū certa sit cognitio ac scientia, quæq; natura ipsa sint præstantissima, atq; ut maximi pretij, sit maxime quoq; suscipienda, quibus etiam humana hæc uel minime comparentur bona, uel illis forte comparata sordescāt. Maiores tamen illi nostri, qui nunc dicuntur iurisc̄osulti, eosdē iuris quoq; uocauere prudentes, & nūc idē uulgo indifferenterq; sapientes appellantur, quinetiā & qui bene prudenterq;, & publicam & priuatam rem tu

tantur rebusq; suis utiliter ac diligenter consulunt, quiq; & recte & e sententia cõsulentibus respondẽt, sapiẽtes etiã uocantur. Puer ego audiebã de senioribus & Frãciscũ Fuscarum & Cosmũ, quorum alter Venetorũ rebus praeerat, alter Florẽtinorum, haberi utiq; sapientes, quod rẽ uterq; publicã optime prudentissimeq; administrarẽt. At neq; Io ctiũ, neq; Gentilẽ Fabrianẽsem, aut Ioannẽ Burgũdionem laudatissimos pictores e nostris quisq; appellauerit sapientes, licet egregie pinxerint. Itaq; statuendũ est, ut prudentia ad actiones quidem, atq; ad illa de quibus deliberare hoies soleãt, referenda sit. Sapientia uero ad cognitionẽ. Vt illius sit bene cõsulere, dispensare, regere, huius uero itelligere, cognoscere, sapere. Ad haec & qui in agendis rebus uersati sunt, & qui in artibus ac facultatibus cũ excellentia et laude, peritos eos nostri proprie dicunt. Nã & Bartholũ et Baldum & Lodouicũ iuris ac ciuiliũ legũ peritos uocãt, & Nicolaum Picininũ ac Franciscũ Sfortiã rei militaris, atq; administrandi belli peritissimos, & Leonardũ Aretinũ, dicẽdi, Ioctium aũt pingendi, Donatellũ uero formãdarum statuarũ maxime peritos fuisse, ut peritiã, quam sapientiã Romana in lingua appellare hanc uideri possit, magis idoneũ ac propriũ. Plura tamen usui concedenda sunt, sed ita quidem cõcedenda, ne rei tamen ipsius ratio ignoretur. Statuimus itaq; prudentes proprie appellandos, qui utilibus tãtum bonis cõparandis, cõseruandisq; cum honestate ac dignitate occupati sunt, iisq; in actionibus exercentur ac rebus, quae ad uitam ciuilem, censumq; domesticũ tuendum ac locupletandum ptineãt, quiq; sequãtur bona tm̃ illa, quae domestica sunt ac ciuilia. Sapientes uero qui cognitionem rerũ tantummodo ipsi quidem habeant, ab usu uero tum domestico tum ciuili omnino auersi, ciuilibusq; ab actiõibus, ac domesticis cõpendiis, sola cognitiõe, ac caelestium, naturaliumq;

contemplatione, humanarumq; indagatione rerum contenti. Qua ratione contẽplatricem hi quidẽ uitam, speculãdiq; sequuntur laudem cum admiratione quoq; & ciuiũ, & populorum, cuiusmodi fuisse sapientes illos, de quibus graecia se tantopere iactat, ferunt, prudentes uero agentem duntaxat ac negociatricem, etsi nõ pauci in utroq; pariter laborauerũt uitæ genere, ut Varro Ciceroq; nostris ẽ græcis Architas, qui in administranda tarentina republica princeps fuit, quando artifices quãuis exactissimos, sapiẽtes ut dicamus, latinus dicendi usus, grauissimusq; ille sapientiæ respectus uix patitur, quos in arte sua consummatissimos appellare atq; exactissimos satis fortasse fuerit, ut enim cœlo naturaq; nihil admirabilius, sic neq; sapientia. Quod si tãto hoc tamq; raro cognomine, optimos rerumpublicarũ administratores, atq; domesticarum studiosissimos utilitatũ, minime quidẽ dignamur, an dignabimur artifices, fictores pictores, conflatoresq; statuarũ, aut cælatores? Quaq; igitur in lingua nedũ in disciplina sua retinẽda est dignitas, suũq; cõseruandũ loquẽdi ac disserẽdi genus. Quis enĩ nostris ex hominibus sapiẽtis exornabit titulo Cyrũ bellicarũ machinarũ, obsidionaliumq; munitionũ tẽporis nostri peritissimum architectum, atq; artificẽ? cum Federicũ Vrbinatẽ, cuius ille sub stipendijs merebat, si latinæ linguæ dignitatẽ sequi ac proprietatẽ uoluerit, sapientẽ appellare nullo pacto audeat, sed prudentẽ potius belli ducem, mirumq; maxime expertum, ac rerum militariũ eminenter peritum, & dicet, & his nominibus exornasse eum, abunde satis putauerit. Cuiusmodi duces, maiores nostri fortitudinis potissimũ laudibus exornabãt. Siquidẽ in periculis uersantur ac laboribus, nõ in rerũ indagatione ac notitia. Cum igitur quinq; sint numero, ut paucis quæ hac in parte dicta sunt, resumamus, in quibus animus ipse assentiẽdo, dissentiẽdoq; uersatur, ars,

tur, ars, scientia, sapientia, intellectus, & de qua nũc disserimus prudentia, quantopere ab illis hæc ipsa differat iam uidetis, ab arte enim hoc interest, quod cũ homines aut agere dicãtur, aut facere, artificis quidẽ propriũ est facere, idq; artis ipsius omnino peculiare. Versantur enim in ijs & artes & artifices faciendis, é quibus opus existit aliquod, opa aũt ex ipsa opificiũ constituitur, de quo artifex ipse agnominat, ut à statua statuarius. Quo fit, opere ut ab ipso probe improbe ue confecto artifex ipse perinde ut probus consummatusq; in ea, quã exercet, arte laudetur, aut ut parũ peritus accusetur ac rudis. Qui uero agendis rebus dat operã, eius existit ex actionibus opificium omnino nullũ, sed officiũ, actioq; ipa ex eo officiosa dicitur, de qua author ipse agnominat, si em̃ fortit́ ægerit, fortis, liberalis, si liberaliter, si pie pius, qd qd faciẽdis ab opificijs, atq; à manuũ fabricis nemo, aut ut bonus uir, aut ut ciuis egregius laudat, cum ab honestis ꝓbatisq; actionibus, & ciues boni, et ꝓbi ẽt cõmẽdẽt uiri, uituperanturq;, atq; afficiantur supplicijs, qui inhonestũ quippiã flagitiosumq; admiserint. Neq; em̃ prætores lege agi in eum iubent, qui Herculis clauã parũ proprie ruditerq; depixerit, uerũ in illũ, qui aut claua, gladio ue, aut uecte ciuem, aduenã, peregrinum ue percusserit. Illud uero nullo modo præteribimus, uerba nostra non ubiq; græcis omni e parte congruere, etsi in multis conueniũt. Siquidẽ uerbi facio apud nostros, usus est ꝗ̃latissimus, dicimus em̃, & pacẽ fecit & bellũ, & indutias fecit & fœdera, & fortiter fecit ac cõstanter, & filia me auũ fecit, sororq; auũculũ, & uerba fecit in senatu, perinde ut Apelles fecit Alexandri imaginẽ, & æneũ Phalaridi Perilus taurũ. Quocirca intelligi hæc sic uolumus, ut artes operariæ quidem sint, manuũq; ẽt constent opera, actiones uero eiusmodi, quibus moderandis dirigendisq;, aut solum, aut maxime uersetur prudẽtia, &

quorum finis sit uirtus ipsa cum summa etiā commēdatiōe et gloria. Nec uero ignoramus lignariū fabrū & currū facere & scrinium, quo ex illorū pretio rei domesticæ utiliter consulat. Quæ quidem ipsa ratione distinguenda sunt in pluribus, magis q̃ e uerborū ipsorum significatione atq; innutu cognoscenda. Ad hæc quidem ipsa aliaq; id efficiunt, ut aliud ars sit, aliud aūt prudentia, quæ à sciētia quoq; uel lōgissime distat, quando prudentiæ propriū est in ijs uersari, seq; exercere, de qbus ut incertis, dubijsq;, & utilia ne an inutilia futura sint, cōsultari solet, & in quibus consiliū deliberatioq; locum habeat, scientia uero scire tantū studeat. Etenim de dubijs consultatur, dubia autem atq; ambigua sunt, quæ habere sese aliter atq; aliter pñt. Cōtra quæ sciūtur, & quorū notio certa est, habere sesē aliter nullo modo queunt. Sunt eñi necessaria, necessariorū autem immutabilis est natura, eaq; nullo mō uariat. Quo fit, ut quorū ē scientia, ea minime fallant, at decipiāt sæpenumero, & frustrētur ea, quæ prudētiæ materiā subministrant, qđ scitur igitur, maxime id certū est, animusq; in illo prorsus conquiescit, quod uero dubiū, egetq; consultatione ac consilio, ut incertum atq; ignoratum angit nos atq; perturbat, ac nūc ad agendū inuitat, nunc ē cōtrario retrahit. At scientia confirmat animum, sistitq; cogitationes mentis, contra uero prudentia, mens ipsa ut uacillet, efficit, animusq; ut parū ipse oīno, inter agēdum cōquiescat. Quid quod sciendi propria est demōstratio, quæ ex causis est ac rationibus necessarijs, cū prudētia sequat̃ ꝓbabilia, nitaturq; potissimū coniecturis ac signis. Demū scientis propriū est scire, ac ꝑ causas quidem certas easdemq; necessarias, prudentis uero bene consulere, atq; in ijs quidem ipsis, quæ utilia uideant̃, atq; appareant bona. Est itaq; illius contēplatio, rerumq; contemplabiliū inqsitio & cura, huius aūt in totius atq; uniuers

ſæ uitæ curſu boni tum domeſtici, tum ciuilis ſtudiũ, utilitatiſq́; ꝓcuratio, quã & generaliter quidem, & ſpeciatim curat, ac ſequit̃, & q̃d & quãtũ utile aut dãnoſum ſit, & quo modo etiã & quouſq; cõmonefacit, adhortaturq́;, & quid nobis ip̃is ſequendũ ſit, docet, quid etiã fugiendum, poſtremo & bonũ, & cautum, & peritum prudentia efficit, tum patremfamiliæ, tum reipublicæ adminiſtratorẽ, cũ ab hoc toto genere prorſus ſit aliena ſcientia. Nec uero prudentes eoſdem eſſe uolumus, quos & ſapientes, cũ prudẽtiæ ꝓpriæ ſint actiones, rerumq; plurimarũ uſus, & familiariũ & ciuilium, ſapientium autem, naturæ magis inquiſitiones, & diuinarũ, humanarũq́; perſcrutationes, ac notitiæ rerũ, & in quibus par eſt uti etiã demõſtratiõibus, quas ſibi ſciẽtũs ab ipſis mutuantur, quæq; uel imprimis ip̃orum ſunt familiares. Et hæ quidem ſiue notitiæ, ſiue perſcrutatiões ac demonſtrandi uires nullæ inſunt prudẽtibus. Contra & ſumma & exquiſitiſſima ineſt eis agendi uis ac peritia, ſuntq́; maxime ipſi q̃dẽ experiẽtes atq; induſtrũ, utq; minime ipſi rerũ quærunt principia & cauſas, ſic apertiſſime perſpiciunt ea, quæ ad finẽ, in quem incũbunt, pertineant, & quo ipſi contendunt, perducunt, ſapientes quoq; diuina quæ uideantur, potiſſimum quærunt, ut omnium, quæ ipſi intelligunt, maxima ac præſtantiſſima. Prudentes uero tantũ humana. Quid quod non pauca modo ſapiẽtes ẽ ſcientũs ſibi aſſumunt, uerum etiam permulta, cũ eorum mentes tractãdis ꝑcipiendiſq; cauſis naturalibus, diuiniſq́; ꝑueſtigãdis rebus ſemper occupentur, prudentiũ uero cogitationes humanis ſolum commodis ac compendũs ſint intentæ. Quid quod prudentiæ nomen ipſum bæluis etiam quibuſdam, quod uitæ ſuæ perſpectiſſime conſulant, accommodari ſolet, ut formicis, ut apibus, cum ſapientiæ nomen diuinum quiddã, ſupraq; humanam habeatur conditionem, cui quæ

ſcitu digna ſunt, eademq; admirationis plena ſeſe tantum cogitãda ac penſitanda offerãt, huic uero agibilia ſolũ obijciantur, quæq; hominibus omnibus ſint cõmunia, ac ſapiẽtia quidem, ut Græcis placet authoribus, duplex eſt, et quæ præclaris ſummisq; tribuatur artificibus, ut Phidiæ, ut Polycleto, & q̃ Thaleti atq; Anaxagoræ, prudẽtia uero una et ſimplex, qualis in Pericle ac Themiſtocle, qui ea q̃ et ſibi et alijs utilia eſſent, ꝓſpicerent, in ijsq; tantũ uerſarent̃, q̃ homini aut bona eſſent, aut mala, ac Pericles humana quidẽ tantũ quærebat, Thales uero q̃ admirationis ac diuinitatis plena, reiq; familiari nihil prorſus conferẽtia. A mente aũt atq; intelligentia tantũ abeſt prudẽtia, ut hæc tantũ modo ad finem properet, dirigatq;, atq; moderetur agẽtes, iusq; ſuum ſuſceptã poſt electionẽ omnino exerceat, cũ ante hanc ipſam electionẽ intelligẽtia, & de principijs ſolicita ſit, & acutiſſime ſingula examinet, q̃bus examinatis, atq; ꝑpẽſis, uoluntatẽ hinc ipſam ad eligendũ exhortat̃ & excitat, quo primũ tempore prudẽtiæ ſeſe offert uis atq; iuriſditio, eaq; ad finem uſq;, cõſummationẽq; minime deſerit, negocij iã ſuſcepti. Quæ quod ab intellectu ipſo proficiſcit̃, & quodã quaſi è fonte ꝓfluit, ex eo agnomĩata ẽ intellectiua. Et à mẽte quidẽ intellectuq; doctrinæ manãt, ac ſcientiæ, rerumq; admirãdarum cognitiones, à prudẽtia uero moderãte ac dirigente, actiões illæ rectæ q̃dem ac laudabiles defluũt, quæ uirtutes ſunt, agnominant̃q; morales. Atq; ut ſciẽtia, ut ſapiẽtia maxĩe gaudet cõmuni ea cognitiõe, q̃ uniuerſim quidẽ colligit res ac cõp̄hẽdit, ſic prudẽtiæ induſtria lætat̃ potiſſimũ ꝑticularibus, in ijſdẽq; eniteſcit, actiões eñ pleræq; omnes rerũ ſunt ſingulariũ. Vtq; initio in oratoria facultate, ciuilibuſq; contẽtionibus ac cauſis, intellectus cognitionem habet uerborũ, conq̃ritq; ea, & quã q̃q; tũ dictio, tum ꝯpoſitio ſignificationẽ habeat, ac ſenſũ rimat̃, ꝑcipitq; poſt

uero oratoris ipsius industria, & quædam quasi prudētia discernit, aptatq; uerba ipa & collocat, ac qd sit utile dictu, & quomodo etiā dicēdū, quid etiā quoq; in loco, & quo ordine collocandum monet, docet, instruit. Sic ipsis in rerum actionibus exercet principio uires suas intelligentia ac cogitatio, multa uaria, diuersa, susceptū ante negociū, confirmatamq; uoluntatem sciscitando, examinando, expendēdo, sine ulla prudentiæ opa, post uero agendi uis omnis in manu prudētiæ regulaq; est sita. Maxie aūt qd prudentia ipa ab ijs, de qbus dictū est, distet oībus, & quantū etiā differat, & qua uia, qbusq; progressionibus definitio ipa cū primis mōstrabit, quocirca Aristotelem secuti, prudentiā esse statuimus animi habitum, qui uera cum ratione in ijs uersetur agendis, quæ ducantur esse homini bona.

Consultationem atq; electionem esse de futuris, ijsdemq; particularibus.

c Vius quia materia quasi quædam cōsultatio est ac deliberatio, quodq; præteritis atq; anteactis de rebus consultat nemo, dicendū uidetur consultationem oēm, quæq; illam sequitur electionē futuris esse de rebus. Etenī futura ne suscipienda sint negocia, dubitatio existit, uertitur itaq; in dubium in italico senatu decernendū ne sit aduersum turcas bellum, nullo aūt modo sit ne funditus euertenda Carthago, quæ deliberatio locum habuit in senatu Romano, anteq; illa esset à Scipione euersa. Quocirca tum consultatio, tum electio futuris est de rebus ac negocijs, ijsdemq; plerumq; particularibus, nā etsi aduersum turcas, gentemq; omnem turcaicam bellum ne sit decernendum deliberatur, gens tamē ipa uniuersitasq; turcarum omnis hac in deliberatione particularis efficitur causa, ut natio quidem uniuersa in tot diuisa populos, prouincias, prīcipatus, uideat omnino una, bellumq; prorsus unum.

Suscipiendas esse actiones pro uiribus ac facultatibus suscipientis.

Et uero res ipsæ inceptaq́;, de q̄bus existit quæstio n ac deliberatio, præter uires cōsultātis, supraq; illius captum aut eligentur, aut parum suscipiantur pro facultatibus. Secus enim non prudentiæ in ijs, sed temeritatis potius ludus palestraq; quasi quædā uersabitꝰ. Licuit Orpheo quod matre satus dea, quod canoris fretus fidibus, q̄bus & siluas traheret & saxa, tentare iter herebi, uiuentibus omnino imperuiū atq; inconcessum. Euridicenq́; cātus sui præmiū à Plutone petere, q̄ uanū aūt precium id ipsum fuerit, inceptumq́; quātopere temerariū, amor ipse admodū q̄ etiam incontinens docuit, suiq́; ipsius parum omnino cōpos libido. Itaq; septē illum totos perhibent ex ordine menses, rupe sub aeria deserti ad strimonis undā fleuisse, licuit & Herculi Iouis supremi filio cum præda illa tartarea auras regredi ad superas, totq́; etiam monstra prosternere, tātorum tamen laborum exitus, admirabiliumq; facinorum finis quis fuerit, uxoris docuit ira, nessoq́; delibutum ueneno, ac decātatum illud à poetis textum. Erunt igitur, de quibus consultatur, suscipiendæ res, inceptaq́; pro captu deliberantis, proq; eiusdem facultatibus ac uiribus.

De prudentis uiri officio, & qualis ipse esse debeat.

St aūt prudentis uiri propriū, peculiarisq́; illa eius e cōmendatio bene utiq; uti cōsulat, bene aūt consulere nemo poterit, nisi omni è parte res ipsas, negociaq́;, de q̄bus cōsultatio suscepta est, perspecta animo, atq; undiq; animaduersa habuerit, ꝓbeq; cōsiderata, nisi ipsius quoq; cōsultātis nouerit, expenderitq; ingeniū, uires, facultates, opes. Nam ratione alia consulere quisnā bene ac prudenter poterit? Oportet eñ consiliū esse bonū, utq; ipse tum

ſibi tum alijs bene omnino conſulat, ſiquidem prudentem uirum, bonum quoq; eundē eſſe uolumus. Ipſáq; cum prudentia uirtus ſit, & præcipua quidē uirtus, bonū ea ut ſit, præclarū etiā bonū, prorſus neceſſe eſt. Nam prædones & ſicarij recte quidem conſulere, atq; é re ipſa flagitijs patrādis conſueuere, bene aūt conſulere nullo modo, ſunt enim flagitioſi ac maxime improbi, nam etſi quod bene idem recte, non ubiq; tamen quod recte, idem quoq; & bene. Itaq; peruerſis in hominibus, deprauatiſq; ingenijs ad patrandū flagitiū rectum ineſſe atq; accommodatum poteſt cōſilium, ideo autem rectum, quod facinus ipſum ad exitum, quē ſibi in animum induxerant, recta perducant uia. Bonū aūt quomodo? cum finis ipſe ſit maxime turpis, ac ſummum in modū deteſtabilis, ſintq; improborū ac ſceleratorū hominū corrupti mores, deprauata mens, impurus atq; inquinatus animus, uolūtas à bono honeſtoq; penitus auerſa ac detorta. Qualia tyrannorū ſunt conſilia, cogitationeſq; à bono honeſtoq; tantopere abhorrentes.

Affectus animi impedire recta conſilia & bona.

Quo fit, ut bene conſulere nequaq; poſſit, cuius animus aut dolore teneatur, aut uoluptate præſertim nimia, prudēterq; apud Saluſtium Cæſar, qui de rebus conſultent dubijs, ab odio, amicitia, ira, atq; miſericordia oportere uacuos eſſe, cenſet. Etenim affectiones illæ, quæ à bono honeſtoq; conſulentem detorqueant, uel à dolore excitantur, uel à uoluptate nimia, peſſimis hominum conſiliarijs. Itaq; non male illi quidem qui temperantiā in caſtris excubare aiunt debere prudentiæ atq; in ſtatione agere, quando ut apud eximium eſt poetam, dolor iraq; mentē præcipitant, uoluptas autem animi uires ſic eneruat, ut nihil niſi languidum, muliebre, & tanq; euiratum, aut ſentire patiatur, aut conſulere, ac mihi quidem bonum atq; ho

nestum consilium, dux quasi quidam uidetur, tum suscipiendi itineris, tum suscepti, quo etiam comite, ad optatum perueniatur locum, atq; ad finem nobisipsis propositum tanto etiam studio ac sudore perquisitum.

Quale debeat esse consilium.

Ria itaq; præcipue cōsiliū ipsum probāt, quod rectū t quod honestū, quod bonū, rectitudinē ratio ipsa subministrat, nihil em̄ rectū, nisi ratio illud dirigat, bonitatem uirtus, quæcunq; em̄ secundū uirtutē sunt, & ipsa quoq; bona sunt, quippe quæ uirtutis naturam sequantur, honestas uero inde manat, quod ubicūq; ratio habet ac uirtus locū, illic etiā & honestas. Igitur ut quod examinate delecteq; susceptū est negociū, ad finē usq; summa etiā cū prudentia dirigatur hoc ipsum, & bonū præstat consilium, & omnino efficit, perīde ut peritus dux, comes etiā fidelis, ad monitorq;, atq; adhortator minime uanus aut fictus.

De delectu habendo in consulendo.

Mnino autē bonū qui cōsiliū aut ipse sibi capturus o est, aut aliis daturus, oportet eum plurima circunspicere, loca, tēpora, personas, rerū præsentiū statū examinare, eorumq; simul omniū delectum habere, facultates, clientelas, opes expēdere, præterita diu multūq; in animo uertere, eaq; præsentibus conferre, & tanq̄ in trutina cōponere, quibus cōpositis, & quod prudentis est extimatoris, omniē parte examinantis, de agendi modo, rationeq; præcipue solicitus erit, totusq; in eo uersabitur, ut non solū quid sequendū sit, sed qua illud uia sequendū, utq; & quid deceat, quid etiā oporteat, & quātū quoq;, & quousq; oporteat, in scapulo ipso probe ꝑpensum habeat, nā quia prudēs qui sit, bonū quoq; eundē uirū, honestumq; esse ciuē statuimus, ad finemq; usq; perfecti negocii sibi undiq; constantē nihil prorsus bono uiro indignū cōmittet, nihil quod hone

sto ciui parum cōgruens iudicetur. Nāq; ut finis eius est honestus, & media quoq; per quæ ad finē contenditur honesta erunt, qualia & uiro bono cōueniāt, & ei quidē uiro qui ciuilium sit legū, cœtusq; communis maxime studiosus. Latronum est enim summeq; impudentiū fœneratorū per scelus crassari, usuq; per impurissimos cōcupitū progredi ad finē. Quibus in actionibus quis locus potest datus esse prudentiæ cum in ijs uis regnet, ac fraus simul, expilatioq; falsa item obsignatio, ac simulatū benefaciendi studiū. Itaq; pbatū atq; honestū cōsiliū media eiusmodi sequūtur, talesq; progressiones, ut finis ipse cū hominū sit approbatione & laude, proq; agentis ipsius dignitate, siue finis ipse, cōsiliūq; in priuatū spectet, siue in publicū ac cōmune bonum.

Usum atq; experientiam plurimum conferre ad bene consulendum.

a D celeritatem aūt cōsiliorum maxime cōfert natura, inditumq; ab illa ingeniū, ad maturitatē uero perfectionemq; usus ipse rerumq; multimodarū plurima exercitatio, quæq; in ore est hominū experiētia. Itaq; nō temere dictū ē ab Horatio, aut uirtus nomē inane est, aut decus & precium recte feret experiēs uir. Quid quod probatum cōsiliū senile idē dicimus, quod uidelicet plurima senes experti sunt, contra uero quod præceps ac male consultū, iuuenile, quando iuuenes ipsi & parū omnino experti sunt, & ætas illa affectibus intemperantioribus maxime est subiecta. Quocirca in consultandis apud Homerū rebus, primæ partes propter ætatem ac rerum usum traduntur Nestori. Igitur si prudentis propriū munus atq; officium est, bene consulere, si prudentiæ ipsius, & comitari actiones, & dirigere eas, atq; ad finem perducere, qubus par est rationibus

& qua oportet uia, quaq; etiam decet moderatione & ordine, nimirum & bonum consilium, ducem, comitem, directoremq; uti existimemus par est cōmodorum utiliumque quorumcunque assequendorum & publicorum & priuatorum, quorum quidem prudentia ipsa estimatrix est pariter ac iudex æquissima.

Quid sit bene consulere.

Quæretis fortasse hoc in loco, hacq; præsertim in parte, ipsum ne bene consulere an sit scire, bonūq; consilium sit scientia, an fortasse bona sit siue cōiectio, siue etiam opinio, ac primum quidem bonum consilium minime esse scientiam illud docet, quod nemo de ijs, aut cogitationem suscipit, aut consultat, quorum ipse scientiam habeat. Est enim consultantis quærere, discutere, ratiocinari, quando consultatio ipsa quæstio quædā est, ac perscrutatio, mētisq; in rebus dubijs agitatio. Nā & qui scit quiescit, qui dubitat, consultatq;, animi sollicitudine angit, mētisq; agit inquietudine, parumq; sibi omnino constat. De certis.n.ac cognitis nulla ulterior aut perscrutatio est, aut dubitatio. Ad hæc consultatio agibilium quidem est rerum, earumq; quæ habere sese aliter possunt, & in quibus labi, decipi, atque errare possumus, contra uero rerum scibilium est scientia, quarum causæ cognitæ quidem sint, ac necessariæ, in quibus etiam locum nullū habeat dubitatio, consultatio ue aut error, nec ex earū cognitiōe aut ignorātia uirtus aliqua moralis existat, seu cōparatū ē moribus uitiū, quarū ēt ignorātiæ nulla proposita est à legum latoribus pœna, quēadmodū uitijs inhonestisq; actionibus decretum est suppliciū. Quid igitur inter consilium discriminis sit ac scientiam iam uidetis. Quod uero ad coniecturam attinet, sic habete, cōsilium quidem ipsum ratione niti, eiusq; inhærere uestigijs, pluri

mum sibi temporis assumere ad cogitandũ, quærendũ, examinandũ, illudq; potissimum eius esse studiũ, quo permatu rescat, & tanq; cõcoquatur, cum cõiectura ipsa, uisq; coniectualis immatura sit ac repentina, quodãq; quasi oblata impetu, quippe quæ uix ulla nitatur ratione, sed tanq; errabũda progrediatur uagetur, erret. Quid em̃ cum ratione coniunctum habeat, quod subitaneũ, quod ab impetu, quod nullo modo perquisitum? Itaq; coniectores somniorũ dicuntur, minime uero rerum earum, de quibus agendæ nec ne sint, & dubitamus & quærimus. Nec uero futurarum esse rerũ coniecturas inficiantur, propter signa, similitudinesq; præteritarũ, esseq; & pluuiarum, & siccitatis, fœcunditatis, sterilitatisq; pronostica, & animorum ac uoluntatum signa quædam. Quo fit, ut agricolatio, militia, nauigatio, medicina, astrologia coniecturales habeantur. Sed nos aliud bonũ consilium, aliud coniecturam esse dicimus, quoniam bonũ consilium actiones ipsas moderatur, dirigit, componit, regit quod præstare nullo modo est coniecturæ. Etenim medicus per coniecturam præsentit, prædicitque ægrotanti euentuum præter opinionem, ac morbi fortasse naturam, repentinum aliquid, per consilium autem medetur ægritudini, studetque sanitatem languenti restituere, & coniectura quidem prædictioni obsequitur, bonum uero consilium prudentiæ, actionibusque dirigendis, præterea qui consulit, quærit, ac de coniecturis ipsis cum ratione iudicat, coniector autem minime de consilij aut rectitudine, aut prauitate, neq; enim rationem sequitur, cum cõiectatio extemporalis sit, boni autem consilij susceptio tempore maturescat. Et bene quidem coniecturâ uti solertis est ingenij, eaq; ipsa uis solertia quædam est, bene autem consulere prudentis, bonorumq; consiliorum directio atq; usus prudentia dicitur, non autẽ solertia, de qua post suo loco uberius.

De differentia scientiæ, opinionis, ac consilij.

Differt etiam à scientia opinio, ac ne parum quidem, quod scientia certitudo quædam est, cum sit opinio persuasio quædã potius atq; assensio. Itaq; qui opinatur, uix ipse quærit ulterius, aut amplius dubitat, quando ita illud esse sibi persuasum habet. Aliud quoq; esse opinionem à cõsilio, atq; à scientia illud docet, quod qui cõsultat, bonum quo capiat consilium, & agitat secum plurima, & ratione in quæritãdo utitur, ac ratiocinãdo, & cum uehementer dubitet, nihil tamen sibi persuadet certi, sed plurimum in sciscitando cõsumit tẽporis, ne ab opinione coniecturis'ue capiatur, & ignorare sese prorsus intelligit. Ad hæc in agẽdis rebus suus est omnino cõsilio locus, quod quidem ipsum nullũ prorsus uersatur in naturæ principijs exquirendis, quorũ ipsorum diuersæ quidẽ opiniones sunt, cõsilia uero nulla. Itaq; dicimus tũ uarias, tum diuersas, atq; cõtrarias esse disceptantiũ inter se philosophorũ opiniones, nequaq̃ autẽ consilia eorum in rebus naturæ perquirẽdis, aut diuersa esse dicimus, aut uaria. Neq; enim philosophi de naturis rerum, atq; effectionibus cõsultant, sed quærũt, ratiocinantur, disputant. At patres familiarum, rerumq; administratores publicarum, duces item exercituũ, & classium præfecti, de rebus quisq; suis deliberãt, atq; admodũ soliciti sunt, cum illorũ finis intelligere sit & scire, horum autem bene utiliterq; agere, ac prudenter administrare res à se consilio ac ratione susceptas. Quid quod optimum fuisse naturæ consilium dicimus, cum linguã, qua uoces articulamus, duplici quasi uallo, dentibus muniuit ac labris, opinionem uero naturæ hanc fuisse, quis omnino nisi delirus dixerit? Itaq; opinio ad ea magis pertinet, quæ scire ipsi arbitramur, & tenere eorum uim nobis persuademus, consilium uero omnino ad cõsultationem referendum, atq; ad

eos qui cogitãdo, quæritandoq́; id maxime agunt, studẽtq́; qua potissimum ratione & uia ad eum finem perueniant, quem sibi consequendum proposuerint, resq́; ut suas utiliter perspecteq́; administrent, quinetiam de opinionibus ueritas tãtum indicat, & qui falso quippiam opinantur, ueritas ubiq; eos ut falsos coarguit. Atqui ignorãter cõsulunt, atq; imprudenter, actiones nimirum ipsæ plerunq; illorum ignorantiam atq; imprudentiã simul detegunt, ipsiq; imprimis susceptorum consiliorum atq; negociorũ successus, diximus autem plerunq;, quoniã sæpenumero bonis consilijs fortuna it obuiam, quæ in opinionibus haud scio uim ne habeat aliquam, quippe quæ aut aduersatur, aut fauet ijs, quæ nobis consilio & opera peragenda proposuimus, nequaq; uero ijs quæ opinamur, quid quod & damus alijs cõsilium, & ab alijs capimus, opinionem uero nemo dat, cum & qui aut dat consilium, aut capit, ipse aut sibi, aut alteri consulere dicatur, nullo uero modo opinari.

Quæ differentia sit inter sententiam & cõsilium.

Q Voniam autem non solum uariæ, sed quandoq; etiã diuersæ sibi inuicẽ aduersantes consultantiũ sunt sententiæ, quid sententiæ intersit consiliũ, uidendũ relinquitur. Nam & bene qui consulit, necesse est bene etiam ut sentiat, & recta consilia non nisi rectis ex animorum proficiscuntur sententijs. Quocirca sententia postq̃ ipsa in animis sedit nostris, ipsiq; offirmatissime decreuimus, re eam persequi, quæ sententia erat, efficitur tunc propositum. Hoc ipsum autem propositum ratione ac uia dirigendi, actionesq́; ipsas moderandi, pro suscepto negocio, cõsilij proprium est munus, minime uero aut opinionis, aut coniecturarũ, aut sententiæ, quando coniectatio signa sequitur, & uestigia quasi quædam, ipsaq́; repentina est admodum ac lubrica, opinatio uero in ijs uersatur, quæ ita quidẽ

se habere ipsi nobis persuasimus, nec tam aut quærit, aut dubitat, quàm sibiipsi assentitur, quodque opinatur, & probat illud constanter, & ratiocinando sustentare nititur. At sententia quod suscipiendum aut non suscipiendum, sequendũue aut contra fugiendum uideatur, iudicat, & cur ita iudicet & sentiat persuadere ratione atque oratione nititur, qui campus deliberatiuarum præcipue est causarum. Harum itaque é numero, regendarum actionum patrocinium nulla suscipit inter administrandum, quoniam animi ea sunt tum lubricis uestigijs signa coiecturasque insequentis, atque inter nebulas obuersantis, tum sibi aut falso, aut parum omnino recte quippiam persuadentis, aut nunc hoc, nunc illud sentientis, demum etiam iudicium suum ferentis. Secus uero consilium neque conijcientis est, neque opinantis, aut sententiam, iudiciumque de re ipsa ferentis, uerum actiones sequẽtis, atque ad perficiendum quod propositum ac constitutũ est summa etiam contentione laborantis, contendentisque ad finem, nulla non qua possit diligentia, industria, & opera. Quid quod sententia communis est & philosophantium & administrãtium rempublicam, & plebeiorum etiam hominum. Extat enim Platonis Aristotelisque sua utriusque ijsdẽ de rebus sententia, uariansque opinio. Catonis item & Cæsaris, Fabij, ac Scipionis, maximorum in republica uirorũ, popularium etiam hominum, & graues, & re ipsa comprobatæ uoces, dictaque laudatissima, de plurimis ac diuersis rebus. Ast consilium in agendis tantum uersatur rebus, ijsdẽ que publice priuatim'ue administrandis, ac recta ratione moderandis, perducendisque expetitum ad finem. Et quanquam diuersis rationibus, quæ sententia est uerti potest in consiliũ, quodque est consilium in sententiam, tamen sententia ipsa ad iudicium omnino spectat, unumque decernendi atque authoritatem. Consilium uero dirigendas ad actiones duntaxat, ne-

gociaq; moderanda ordine ac ratione sua, atq; ad consulendi studiũ in rebus dubijs ac controuersijs, sequendiq; quæ utiliora uideantur, ac rebus ipsis magis ac magis conferre.

Quod munus atq; officium mentis sit, quod etiam rationis.

Quidem ego eruditissimi uiri in perficienda mente, & tanq̃ in locupletanda intelligentia, idem iudico usuuenire, quod in infantibus anteq̃ incedere, ac pedibus se ferre ualeant. Cum enim nec erigere se, nec recti queant progredi propter membrorum imbecillitatem ac teneritudinẽ, nunc manibus quidem simul ac pedibus humi reptant, aut utraq; manu scabello innixi pedes sensim mouent, nunc uero nutricum manibus sustentati, ac blanditijs illecti, passus pedetentim protendunt, donec robustiores facti, soli iã ac sine adminiculis, externoq; adiumẽto inambulant, post uero & saltant, & currunt, ac modo lẽte incedunt, modo festinanter progrediuntur, estq; eorum pro arbitrio nunc citus, nunc tardus incessus. Eadẽ ratione mens perficitur ipsa paulatim. Principio enim debilis, plurimumq; imbecilla, anteq̃ eius confirmata sit uis, maneantq; suo in robore, quæ in illam sensus, obseruationes, animaduersiones, ususq; congesserunt (inde enim uidetur mẽs dicta) nititur coniecturis, exemplis, aliorum monitis, institutis, iudicijs, post diu multũq; agendo exercitata, exercendo plurima diuersaq; experta, ac cogitãdo, uestigãdoq; cõmenta, secũq; eadem ipsa cum ratione uersans, dimetiẽsq;, & in uniuersum et p partes circũspecta efficitur. Itaq; consultãdis rebus, peragẽdisq; negocijs, quæ initio inopia laborabat, copia dein afflués, summaq; ubertate robusta iã, cogitatiõibusq; per se ualidis, atq; usu diuturno sese offerẽ

tibus ea explorat consilia, talia perquirit media, cõminiscitur´q; progressiones, cunctaq; inter se ita & componit, & aptat, & ad finẽ agendo dirigit, ut uoti tãdem cõpotẽ agentẽ ipsum efficiat, ac decurso recte spatio perducat ad metã. Etenim intelligentiæ ipsius & plures & diuersæ sunt potestates, uiresq; etiã multiplices, illa uero maxime peculiaris, quæ prima quidẽ sese offert, nãq; excitata à sensu, compulsaq; mens, boniq; alicuius cupiditate & studio inducta, illico ad cogitãdũ sese uertit, quæ & lõgius & diutius peruagata, explorabũdaq; uestigat, rimat, & tãq; ad itineris exitũ sui festinãs, perquirit aditus ac uias, quibus & liberius & certius iter suũ cõficiat, perueniatq; ad finẽ boni, cupiditate ab ipsa sibi oblati. Peruestigãdo itaq; ꝓgressim, ac pedetẽtim, uersandoq; secũ plurima, inuenit post quæ antea perquirebat maxime idonea, accõmodataq; ad iter faciẽdũ. Inde quod peregre proficiscẽtes seruãt, ut interrogent qui obuiã fiũt, de itinere, de uiarũ errore, de qualitate ꝓfectionis, deq; alijs, quæ susceptũ ad iter facere intelligũt, secũ ipsa quæ offeruntur, cõsiderat, confertq; inter se, cũctorũq; & simul & seorsum rationẽ habet, ratiocinaturq;, & discutit singula, & perspecte examinat, suspenditq; tanq; in trutina, utiturq; in cũctis publice priuatimq; rõnis ope ac præsidijs, qua dictãte ꝑ rerũ ipsarũ qualitate ac natura, easdẽ & in unũ colligit, & collectas secernit, et secretas distinctasq;, quibus modis, qua mẽsura, quo ordine tractãdæ sint, ac metiẽdæ, qua etiã uia ducendæ sint, deliberat. Demũ refrigerata inuẽtionis opera, cõpositisq; disceptationibus, maturataq; consultatiõe, adhibet sese in consiliũ mens, reguláq; rationis comprobata, quod iudicis est propriũ, sententiã suam profert, deq; singulis & particulatim iudicat, & uniuersum decernit. Primũ igitur intelligentiæ munus est atq; cogitationis perscrutatio & inquisitio, et quæ ex inquisitione ipsa

ne ipsa peruestigationeq; manat inuentio. Atq; hæc initia q dem sunt in quibus mens ipsa cũ primum à sensu, bonique specie aliqua titillat, cogitatu sese agitationeq; exercet sua, sola quidẽ, ac sine ullo ratiõis ductu adminiculoq;. Vltimæ quoq; partes ac iura, eiusdẽ quoq; intelligentiæ sunt unius ut eadem ipsa, & primam moderetur & ultimam aciẽ. Nã quæ media est acies in ea ius, imperiũq; ratio exercet suum. Itaq; & dictat quid sequendum sit, quid contra fugiendũ, & docet qua uia sit progrediẽdum, quibus etiam uestigijs inhærendum, & admonet temporis, personæ, decori, quæ retinenda in singulis sit mensura, quis ordo adhibendus ac modus, & tanq; gubernatrix, ac nauis temonem temperãs cursum dirigit in portum, quoq; pluribus etiam oculis utatur ac manibus, prudentiam assumit sociam, eamq; sibi uicariam substituit. Hocq; illud est, quod Aristoteles ait, dianoeam illã suã primorũ esse ultimorumq; terminorum, neq quaq; uero rationem, uidelicet suum intelligentiæ munus esse, explorare initio, & inuenire, ultimo iudicare, ac sentẽtiam suam ferre, rectæ autem rationis ac prudentiæ, ratiocinari, dirigere actiones susceptas, easq; moderari proprium ac certum esse officium. Demq; prudentiam hominum negocia dirigere secundum rectæ rationis instituta & monita, cæteras uero uirtutes oĩs recta cũ ratione cõstituendas.

Neq; solertiam, neq; sagacitatem, neq; astutiam, esse prudentiam.

O Mnino autem homini à natura insunt ad sentiẽdũ semina, quæ post agendo atq; exercẽdo, ad frugẽ, & tanq; fructũ peueniũt. Atq; ea quidẽ semina, qđ in tritico, leguminibus atq; arbusculis cõtingit, pro soli natura, cœliq; positura, & hæc ipsa quoq; pro corporis cõstitutione humorũq; fermentatione non raro, ut uarient, usu uenit, præsepe ẽt pro institutione ac doctrina. Inest enim aliis

tarditas quædam ad sentiendũ, alijs celeritas, acumẽ alijs, alijs hebetudo, hi ab ipsis statim incunabulis male instituti sunt, illi recte ac composite. Itaq; quod de canibus ꝓprie dicitur, nonnulli à natura sagaces sunt & cati, quidam obtorpidi, quemadmodum alij iucundi, tristes alij. Quocirca & sagaces, & solertes, & astuti, callidiq;, & uafri, & uersuti, ueteratoresq; magis à natura sunt, q̃ ab institutione, aut usu. Quanq; & hi ab assuetudine uires maiores accipiunt, utq; urticæ in solo pingui & stercorato, ualidiores efficiuntur. Quamobrem nec solertiam nec sagacitatẽ, nihilominus astutiam, calliditatemq;, quæ ad fraudem declinant, prudentiam esse uolumus, aut eius ancillas ac subministras, quanuis si solertia, si sagacitas, si celeritas illa mẽtis, si tarditas ratione fuerint, atq; inter agendum modo mensuraq; temperatæ, prudentiæ à famulatu uideatur nullo modo repellendæ. Solertia enim illa naturalis, efficitur actionum diligens, administra, & cauta, tarditas ipsa in cunctationem, celeritas in maturitatem uertitur, sagacitas in prouidentiam, ac bonam illam & maxime paratam, ad præsentiendum, beneq; consulendum, promptitudinẽ. Cultus enim, ut in colendis segetibus expurgat solum, & hinc ad ubertatem concinnat agrum, illinc luxuriem compescit, sic in dirigendis actionibus, susceptisq; negocijs usus, ratio, obseruatioq; id præstant, ut quæ à natura inesse uideãtur, ea & compescant & corrigant & componant, & ad maturitatem, fructumq; perducant. Est enim solertia innata quædam uis, qua solertes qui dicũtur, natura ab ipsa sic instituti sunt, ut cũ administratiões ad ipsas atq; ad rẽ peruentũ sit, perinde se habeant, gerãtq;, ut qui ipsis in actionibus diutius uersati uideantur, cum ẽcõtrario inertes natura ab ipsa male instituti appareãt, ac parum omnino gerendas ad res apti. Sagacitas uero cum & ipsa innata quædam uis sit ad præsentiendum, id præstat, ut sagaces ꝗ ha

bentur, eorum in susceptis negocijs, ipsisq; in consultatio-nibus, ac deliberandis rebus, & ueloces, & catæ, & maxime etiam promptæ sint agitationes, & tanq; ipsi augurentur, præsentiscere etiam uideantur. Quodq; catulorum ē, paulo ut ante diximus, perinde ut illi naribus, ingenita ab facultate, sic ipsi & præsentiant & prædicāt, quasi diuinētur futura, quæq; in causis, de quibus agitur, obuentura sint, unde ijdem ipsi & cati sunt dicti, & ab eadem hac ui præsensiones quædam mentis, præsagia dicta sunt, & præsagi animi, & præsagio deductum uerbum, quo quidem ipso in malis præsertim præsentiendis scriptores frequentissime utūtur comici. At solertia inter agendū uim magis ostendit suam, cum sagacitas in iudicando ac præsentiendo tantum appareat. Quocirca hoc etiam differt à prudentia, quod ea ipsa prudentia uitæ quidem institutionem habet, estq; munus eius docere, præcipere, dirigere, et quid seu sequendum sit, seu contra fugiendum ostendere, perinde ac uel utile quippiam duxerit, uel inutile, cum sagacitas prōptitudine tantum contenta sit sua, & ad ferendum iudiciū & ad præsentiendum. Quid autem sit sagire, unde sagacitas dicta, plane quidem intelligitis. Est eñi probe præsagire, quasi probe præsentire, & quæ p̃sentiat iudicio comprobare. Quale illud Ouidij poetæ. Prima malum nutrix animo præsensit anili. Prima mihi nutrix Eoli dixit amas. Nec uero hac in parte non & Cicero audiendus est, inquiens. Sagire enim sentire acute est, ex quo sagæ anus quid multa scire uolunt, & sagaces dicti canes. Igitur qui ante sagit, q̃ oblata res est, dicitur præsagire, id est futura ante sentire Inest igitur in animis præsagitio. Commune tamē hoc iter se habēt, quod utraq; in ijs uertitur, quæ in consultationē cadunt, indigentq; consilio. Ac nihilominus sagaces, nesciā tamen quomodo & habentur & dicūtur prudentes, pinde

ut qui rerum cognitioni ac scientiæ dant operam, quod facile à præceptoribus discant, & sapere dicuntur & scire, dum bene discūt, dū quæ à præceptoribus īstitutoribusq́; tradita habent, atq; ex illorum hausta fontibus, recte illis uti uidentur, probeque ea reddere. Quod si qua decet circūspectione quæ nobis à natura insunt, intuebimur, nimirum inueniemus in natura quidem ipsa fundamenta actionum nostrarum esse posita, cæterum laudem earum omnem in usu consistere, & qui plurima expertus fuerit, plurimam eū laudem prudentiæ ferre. Qua ē re non dubitauit Aristoteles dicere, oculum esse prudentiæ experientiam, nec minus inhærendum esse eorum qui in actionibus cum laude consenuerint probatis sententijs, dictisq́;, q̄ illorum demonstratiōibus, qui procul ab actionibus uixere, ciuilibusq́; negocijs remoti à rerum usu. Namq; ut à natura sapiens est nemo, tametsi & sagaces & solertes existunt q̄plurimi, sic nullus etiam natura ab ipsa prudens, quando is habitus exercitatione comparatur, rerumq́; humanarum usu. Quo fit, ut prudentiæ laus omnis in senibus consistat q̄maxime exercitatis. Quæ res indicat intelligētiam cum ætate simul proficere, hoc est diuturnitate & usu. Atq; ut intelligentia ipsa, mensq́;, mentisq́; ipsius ratiocinatio principium est, et causa actionum quarumcunq; nostrarum, sic etiam finis eadem est atque comprobatio, quæq́; fructuum in arboribus ē maturitas, ea in senibus q̄exercitatissimis prudentia est, agendiq́; absoluta, maximeq; spectata perfectio. Nam pueritiæ flores quasi quidam sunt, & in adolescentia cruda & acerba omnia, cuius usus sunt nulli, & affectiones ipsæ male temperatæ, atq; ob dolorem, aut uoluptatem plærunq; præcipites, aut nimium omnino remissæ. Itaq; adolescentia docta quidem esse potest, ac multarū etiam litterarum gnara, quippe cum adolescentulorū ingeniū & ferueat, & lau-

dum flagret cupiditate, ac litteræ ipsæ, doctrinæq; inge nio tantum comparentur, at prudentia solum usu, qui in il lis est nullus, & annis quæ in iuuenibus quidem floret, mi nime uero in iis maturescũt. Cõmendat ab ætate quoq; elo quentiam Cicero inquiens, cum oratio nostra iam canesce ret, quã in ætate illa uiuendi exuberantiorem fuisse quan doq;, senex ipse iam intelligebat. Pensitatio enim ipsa rerũ, quæ iudicium dirigit, quæ consulendi gignit rectitudinẽ, senum atq; experientium hominum est propria. Optimum itaq; in pueris atq; adolescẽtibus futuræ prudẽtiæ signũ, si senum ipsi uestigiis inhæreant, cõsiliisq; innitãtur, atq; in illorum admonitionibus conquiescant.

Prudentiam cum bonitate coniunctã esse.

Quemadmodum autem semina illa naturalia, de quibus iam diximus, ad fructum ac frugem usu exerci tationeq; perueniũt nostra, contra natura inuita incassum nitimur, uaniq; omnino conatus sunt hominum, sic absq; probitate ac bonitate nulla est ad prudẽtiam cæterasq; uir tutes profectio. Nam si uirtutes habitus sunt, aut secundũ rectã rationem, aut nõ absq; illa, prauitatiq; ac malignita ti insitũ est, delabi à recto, atq; in obliquum suapte natura ferri, ac deflectere, uir prauus, ac mali studiosus, uirtutem assequi nullo modo potest, cuius rectus est omnino cursus, isq; recta cũ rõne dirigẽdus. Itaq; ut quas à moribus agno minamus uirtutes, eæ existere absq; naturæ beneficio ac ui ribus nequeũt (licet enim uis illa à natura insita uirtus mi nime sit moralis, tamẽ sine ea existere uirtus nequit) sic ne q; uirtutes absq; prudentia, quæ recta quidem ratio est, nõ tamen ut unaquæq; uirtus recta sit ratio, sed quod ipsæ si ne rectæ rationis esse nequeunt beneficio & munere. Quo fit, ut uirtus nulla sine prudentia sit, ipsaq; prudẽtia absq; probitate, integritate, bonitate nullo modo esse possit, nec

prudens aliquis, nisi maxime integer & bonus. Erunt igitur & prudentissimi quiq; maxime boni, & uirtutes ipsæ morales cunctæ à prudentia tanq̃ duce directæ. Quippe q̃ & lumen cæteris præferat, & uiam præmonstret, qua sit proficiscendum, secus enim quod cæcis idem continget, ut uehementissime offendentibus pedibus è uestigio labantur & corruant, nam & beluæ inde dictæ sunt feræ, quod absq; lumine, id est sine intelligentia ferantur & mente, & pueri propterea prudentes esse nequeunt, quod usum rationis ac mentis in ea ætate, aut omnino nullum habeant, aut perq̃ exiguum. Erunt igitur uiri prudentes ijdem & boni, eritq; actionum nostrarum directrix prudentia, & cum morales uirtutes sint eius egentes, ipsa uero rationis eget duntaxat unius, deniq; q̃uis moralis ipsa uirtus non sit, uirtutes tamen morales absq; ea esse minime possunt. Recta autem ratio ex eo dicta, quod cum uirtus bonum sit, & quod adipiscendum suscipimus, bonum quoq; esse ducamus, necesse est, ut bene etiam agẽdo ad illud cõtendamus. Bene autem agere boni est uiri, recta itaq; ratio inde agnominata quod ut uirtute digna (uirtus enim præcipuũ quoddam bonum est) ut uiro etiã bono (quis enim nisi bonus uir ueram ad fœlicitatem contẽdit) recto ad illã nos deducit itinere, nec in dextrũ aut sinistrum declinantes latus, deflectere ad uitia patitur, quod iter mali utiq; uiri sequuntur, atq; in ipso quoq; malitiæ ac uitiorum genere, peruersi homines ratione etiam uti solent, ut fures, prædones, sicarij, uerum hæc ipsa ratio prauitate infecta est, turpibusq; ac facinorosis fœdatur ministerijs. Cum autem uirtus circa honesta uersetur, & iusta, q̃ quidem agere boni tantum est uiri, ipsum rectæ rationis nomen, & iustarum & honestarum nos admonet actionum, efficiturq; ut recta ratio, et bonum uirũ & iustas atq; honestas præseferat actiones, & ad medium

ipsum nos dirigat, à quo qui deflectat, in obliquũ rapiatur, ad turpiaq́; atq; flagitiosa. Non modo autem prudẽtia uirtutes ipsas, laudabilesq́; hominum actiones condit, & tanq; concinnat, sed quæ maxima eius cõmendatio est, id præstat atq; efficit, ut qui cũ ipsi prudentes per se ut sint, natura repugnãte assequi nequeant, prudentes tamen habeantur, ex eo, quod sapientium ac prudentium uirorũ consilijs obtemperant, in illorumq́; admonitionibus conquiescunt.

LODOVICUM SFORTIAM, QVI PVbescentem primo, dein adolescentẽ iam ætatem Ioãnis galeatij fratris filij, mediolanensis ducis, procuratione hactenus ac patrocinio tutatus est suo, ueneno illum é medio sustulisse, ciues, aduenæ, peregrini, passim atq; impune omnes prædicant, neq; est qui hominis impietatem tantam, non quouis etiam maledicentiæ genere, indignanterq; & insectetur & dãnet, facinus uidelicet inauditum, miserabile, & christiano potissimũ in homine abominandum, atq; eo quidem præcipue in homine qui habenas moderationis totius suis ipse haberet in manibus, cunctaq́; in eius unius potestate ac uoluntate collocata cõquiescerẽt, ipseq́; cum primis adolescens in patrui nutũ perinde ac parentis esset intentus, ignoraretq́; omnino ab illius uolũtate deflectere ac consilijs, nec ab institutis eius auderet ullo modo recedere, hic pater, hic rector, hic rei omnis principatusq́; uniuersi temperator erat atq; administrator, idem ꝑ uoluntate, suaq́; ẽ sententia cuncta moderabatur. Tãtum nos facinus ò uiri optimi, scelusq́; tantopere detestandum inuiti hoc in consessu præsertim referremus, ne aut Francisci patris clarissimi uiri, ducisq́; fortissimi memoriam labe hac inficeremus, aut Hyppolitæ sororis, cuius nomini et ꝑpter uirtutum eius celebritatem, & propter Alfonsi matrimonium, nihil est quod non ipsi debere fateamur, sed forã,

porticus, plateæ, circuliq; infimorũ cuiusq; generis hominũ nephandi criminis accusationibus (quid accusationibus dicam?) imprecationibus etiã maxime diris plena, undiq; circunsonãt. Ego uero Tristane ac Francisce perditissimũ hoc maximeq; sceleratum Lodouici cõsiliũ nõ tã accuso detestorq;, q̃ teterrimã miseror improbitatem, & quo facinus tandem ipsum aliquando prorupturum sit, quo ue impulsurum summe impurum patruũ, omniq; é parte cõtaminatum hominem, animo mecũ uoluo, futuramq; eius doleo conditionẽ ac sortem, ut maxime miserabilẽ. Ac præsentium quidẽ malorum, quæq; mente ipse circunspecto, & tanq; auguror futurorũ, quam non aliã rear esse causam, q̃ ambitionẽ? infœlicẽ inq; ambitionẽ, & principatus cupiditatem adeo infrenam & perditam? cum præsertim ille ipse principatus in manu Lodouici ipsius perinde ut antea, sic esset de cætero permansurus, in illiusq; conquieturus consiliis ac temperationibus si rationi quidẽ obtemperare, q̃ rapi ab libidine maluisset. A recto igitur cursu distractus, impulsusq; ad extrema Lodouicus atq; abrupta, quo tandem impetus ipse præcipitaturus sit illum, eius ipsius (ut mens quidem præsagit mea) hostes uel breui quidem sunt risuri, italia certe uniuersa in re est admodũ dolitura. Quid enim uiolentũ q͛d nõ idẽ cito ruiturũ? cũ rationis propriũ sit, donec ad rectũ redeat, nunq; cõquiescere, quãdo & equi abruptis frenis tãdiu discursant, rapiũturq; licentia & impetu, donec capti, cõpressiq; ã magistris, capistro innodẽtur ad palũ, illigẽturq; præsepiis. Cũ aũt ambitionis ipsius, omnisq; inordinatæ uoluntatis correptrix sit, ac temperatrix prudentia. Lodouici hoc immane magis q̃ nefariũ factũ eo uehementius nos hortatur, de prudẽtia ut prosequamur. Nã quo scelus ipsum est atrocius detestabiliusq;, eo libentius ad ea præcipienda nos instituimus, quæ rationẽ contineãt ac formulã uoluntatũ moderan-

darũm.Peccatũ.n.omne,aut à neglecta aut contẽpta despectaq;,aut ignorata ab ratione proficiscitur,atq; à uoluntate male prorsus impudenterq; tẽperata.Cũ præsertim sceleris magnitudine,factiq; atrocitate cõmotos uos ipsos intelligã, atq; ad audiendun etiam auidiores factos.Itaq; qua attentione audire parati estis dicentem,eisdem satis,ut ipse faciam,non dissimili dicendi cõtentiõe conabor,ad idque accinctus assisto.

Tres esse prudentiæ species.

Quæ igitur prudentia sit,quodq; eius officium,qui item prudentes & quales,quæq; etiam recta ratio, iam uidetis.Restat aũt quærendũ,una ne tantũ ac simplex prudentia sit,ac plures fortasse eius species. Cum autẽ res ipsæ in quibus prudentia sese exercet,aliæ sint publicæ,aliæ priuatæ,utilitates ipsæ,commodaq;,quorum curã gerit prudentia,hanc eandẽ sequent̃ diuisionẽ.Itaq; prudentes dicemus alios,quod rem quidẽ suam utiliter ac prudenter tueantur,compendijsq; suis bene consulant,& hæc quidem prudentiæ species à domus cura domestica nominabitur,reiq; à familiaris studio,alios uero quod rempublicã, ciuiliaq; procurent negocia summa etiam cum industria,cõmunisq; boni curam habeant,ciuilis prudentiæ titulo exornabimus,quæ cura quod ciuitatis uniuersæ cõmoditatibus ac bonis intenta est,ciuilis non immerito uocabitur,uerũ et temporibus suis Cato,Porcius,& cõplures alij in utroq; prudentiæ genere claruerunt,& optimi ijdẽ senatores & patresfamiliarum sunt habiti, à prudentia uidelicet rerum publice priuatimq; administrandarũ.Nec uero ab hac ciuilis prudentiæ laude,bellorũ administratores ducesq; exercituum excludendi uidentur,quam si militarem appllauerimus,uerendum est,ne suo etiam titulo defraudemus classium præfectos,ducesq; maritimi belli.Verũ ut una domesti

ea est prudentia, & si non una est familiaris rei procuratio sic unam etiam esse uolumus ciuilem prudẽtiam, licet ea cura sit, & ipsa multiplex, ac latius uagetur. Quodq; inuenti etiam sunt, qui uitam ipsam, cogitationesq; suas oẽs in instituendis ciuitatibus, populisque gubernandis, & contulerint, & consumpserint, summa cum patriæ charitate ciuiũque uniuersorum, qualis Solõ, Lycurgus, Pompilius, hique a statuendis legibus legum sunt latores appellati, alij etiam qui legum ipsarũ iuriumq; municipalium maxime fuerint studiosi, summamq; earum cognitionem ac peritiam habuerint, unde a maioribus nostris tum iuris periti, tum prudẽtes sunt dicti, hinc efficitur ut tertium quoddam prudentiæ genus adiungendum sit, eaq; prudentia legalis uocanda, cuiusmodi fuisse traditum est, Sceuolam, Vlpianũ, Paulum, quorum etiam similes in bene constitutis urbibus ac populis, singulis sæculis & singuli reperiuntur, & plures, quos hodie peruulgate quidem sapientes uocant, & quorũ responsa ac sententias sapientium esse dicant. Erit igitur triplex omnino prudentiæ genus, in eorum autem quoq; qui claruerint genere, idem erit omnium officium, ut boni sint uiri, ut honesta sequantur ac iusta, ut recta ratione, & priuatas & publicas administrent res, ac publice priuatimq; utiliter ac bene consulant. Nam mẽbratim uelle de toto ipso corpore disserere, neq; id uos a me exigitis, & laboris esset prorsus infiniti, cum præsertim de singulis etiam uirtutibus dicendum esset, quarum omnium prudentia dux est ac magistra. Quocirca his explicatis, ad alia quæ dictionis hodiernæ uidentur propria, transeamus.

De cogitatione atq; consideratione, & qualis ipsa consideratio sit.

HAec igitur ipsa quæ sint & qualia iã uidetis. Hinc uero quæ tanquam administræ prudentiam sequantur, quæq; uirtutes sint eius comites singulatim explicabo, quo forma ipsa, pspectis quasi corporis totius mẽbris ac partibus, conspectior appareat, speciesq; eius cernentibus magis sit exposita. Itaq; mentis hominum propria cum sit cogitatio, qua ẽ re sæpenumero Cicero cogitationẽ mẽtẽ ipsam appellat, prima quidẽ prudentiæ uis, & quædam quasi comes offertur consideratio, quæ à præstãtissima utiq; re, hoc est à siderũ cõtemplatione nomen duxit, translatum inde ad res item alias, actionesq; ad ipsas hominum contẽplãdas. Est autem consideratio persistens quædam compensio, assiduaq; cogitatio rebus in ijs, quas mens ipsa sibi perpendendas atq; animaduertendas proposuit. Nam cum sint à sidendo dicta sidera, hoc est perstando, ut à stando stellæ, quod Martianus probatissimus author tradit, consideratio ipsa & assiduam & persistentem præsefert, & à nominẽ, & à re ipsa cogitationem. Quocirca ab electione quidem ipsa ad finem usq; constantissime officium præstat suum, singulas nõ res modo, negociaq;, uerum loca, tempora, personas, fortunã, casus, repentina etiã quæq; perpendens, nihil incogitatum relinquens, aut inanimaduersum, quod in re esse ducat, nullo etiam modo commissura, ut dicendum sit, quod inconsideratorum est hominum, non putaueram, quo uitio qui laborant, merito inconsiderati dicuntur. Præstant igitur huiusmodi officium, implentq; prudentiæ munus hoc, præstantissimi duces, administratoresq; bellorum, qui nec in ducendo exercitu, nec in mouendis aut ponendis castris, ijsq; uallo & fossa muniendis, nec in explorandis hostium itineribus, aut cõsilijs, nec in eligẽdo, locis ac temporibus ad res gerẽdas, in dirigẽda ue acie, aut in metiẽdis casibus, nullo deniq; imperatorio in munere, aut iprudẽtiæ fraudi ue, aut

fortunæ locum non antea consideratum relinquunt. Hæc enim ipsa uirtus pericula dum considerat, uallum excogitauit ac fossã, hæc exploratores, uigilias, signa, speculatores, nec solum cauendi artes adinuenit, uerum etiam suo tempore, suis locis, & commodis hostem adoriũdi. Qui igitur agendis atq; administrandis rebus considerationem ubiq; atq;, ut par est, suã adhibent, hi sunt, quos consideratos nõ modo iure suo dicimus, uerũ etiam admiramur, quosq; labi, errare, decipi posse uix ullo modo existimemus.

De prouidentia siue prospicientia.

PRospicientiæ munus quæ alio ac maxime noto est nomine prouidentia in aduersis prosperisq; æque uersatur rebus, commodis etiam atq; incommodis prospectandis, ijsq; etiam prouidendis, atq; ut auertendis damnis, sic etiam inuitandis cõpendijs. Non solũ eñ diuersissimas res acutissime dispicit, uerũ etiã et cõsulit, & cõsilio addit operã. Quæ aũt sit eius opera, & quænis, agriculturæ studium cum primis declarare nobis potest. Prudens enim ac probatus agricola iacto statim semine, fila suspẽdit paxillis, quasi irretiẽs sata, quo auiculas deterreat ã pastu, nam & auium noxiam uim anteuidet, & quibus eam artibus propellat, cõfestim prouidet. Idem pecudes quo arceat a pauperie, sepem satis intendit, quod nomen ã sepiẽdo, hoc est prouidendo deductum est, quod sepire agros ac uineas fit datum sapientiæ, rei rusticæ studiosis, quoq; imbres ab obducendis lacunis prohibeat, fossas ducit atq; emissaria, nunc manu nunc rastris nocuas euellit herbas, nihil deniq; quod nocere possit, non antecernit, nihil omittit, quod collaturum aliqua ratiõe intelligat. Itaq; uirtutis huius munus est ac laus, cum prospiciendo ante aggrediendam rem, tum remedia adhibendo, ne aut cõsilio ulla sibi ẽ parte desit, aut opera. Atq; hi quidẽ sunt, quos appellare ꝓuidos solemus,

ac prospicientes. Tanta autem prouidentiæ admiratio est, et quædam quasi maiestas, ut non regibus modo, populorũq; rectoribus attribuenda iudicetur, uerũ diis quoq; immortalibus. Differt aũt à consideratione, quod illa in animi pendendis potissimum rebus uersatur, hæc prouidẽdis potius, & consilio ac re iuuandis, ad hæc illi peculiarior est perpensio atq; excogitatio, huius prouisio & opera.

De apparatione.

Omnino post electionem anteq̃ rem ipsam aggrediamur, pro rei suscipiendæ materia ac natura, faciendus est confestim apparatus, cum sit turpissimum imparatum accedere ad agendũ. Quo ẽ uitio declaratur aggredientem ipsum aut nullã aut perexiguã ante curam cogitationemq; adhibuisse, cũq; electio susceptaq; futuris de rebus sit actio, nihil illum aut de futuro cogitasse, aut de necessariis atq; opportunis fuisse aliquo modo solicitũ. Perinde igitur ut qui domum ædificandam decreuit, calcem, cementa, materiamq; aliam priusq̃ fundamẽta iaciat, sibi apparat, sic prudens elector paratus accedet ad agendũ. Est enim non dedecorosum modo, uerum etiam periculosum, imparatum offendi, nihilq; ante præmeditatum. Qualis uero futurus esse debeat apparatus suscepti negocii, natura eius ratioq; mõstrabit. Refert Cicero Galbam oratorem cõsuesse priusq̃ ad agendã proficisceretur causam, solum eum in cubiculo multa diuq; agitare solitum, nam quãtopere paratus Cicero ipse ad dicendum accesserit, q̃ multa etiam meditatus, scripta eius manifesto docent. In expeditionem profecturi, arma, tæla, machinas, commeatum, cæteraq; id genus oĩa summa sibi diligentia comparant. Cæterum nomen ipsum uirtutis huius atq; habitus parũ adhuc quod meminerim proditũ est, ni uoluerimus nouitio quasi nomine uocare apparationem, ut apparatus sit rerum, apparatio animi, qua

qui ornanti sunt, parati, qui ea destituti, imparati à rerum uocātur scriptoribus. Quid si meditationem uocauerimus? sed tamen differre aliquātum inter se uidentur, quod meditatio prius ad agendū instruit, altera uero apparat necessaria. Nam qui anteq̃ ad certamen accedit, exercet sese in armis, instruitq; ad pugnā, is meditari dicitur, atqui arma, tæla, equos comparat, apparatū facere, utraq; autem necessaria est prudēti, utraq; plurimū secū affert adiumenti ad res prudenter administrādas. Potest tamen non paucis in negocijs, usus, exercitatio, habitus ipse deniq; nulla prius apparatione aut meditatiōe adhibita satisfacere. Extēporalitas sed ipsa oī est studio fugiēda, quippe quæ & turbare ingeniū, & stuporem afferre, ac rebus ipsis confusionem est solita. Nihil enim tātopere aut exercitū deterret, aut imperatorē ipsum confundit, q̃ ad repētinum atq; improuisum hostium aggressum, imparatū offendi. Huius aūt ipsius uirtutis quæ sint partes, ac munera, ante rerum quidem negociorūq; aggressiones ipsæ ferē sese ostendunt.

De perspicacitate.

Trāq; uero & considerationem & prouidentiā comitatur uirtus etiam illa, quæ à perspiciēdi acumine uocata est perspicacitas, & qui ea sunt præditi, perspicaces dicti. Cuius principia quidē cum sint in natura collocata (ingenij enim siue dotes, siue dāna natura ab ipsa proueniūt) diuturnior tamen consideratio atq; perspicientia illā perficit. Huius aūt uirtutis est proprium ad abdita penetrare atq; occulta, quā ē penetratione & consilia inter agendum capiūtur certiora, & quæ sit rectæ rationis apertius uia cernitur. Perspicax nāq; Ciceronis ingenium atq; cogitatio, acumine suo, summaq; peruestigatione, maxime occulta Catilinæ consilia, intestinosq; in nobilitatē ac rēpublicam apparatus detexit, quā ē detectione & inceptis illi-

us prouidenter ijt obuiā, & rempublicā saluam fecit, cum patrum ac bonorum omnium incolumitate ac salute.

De circunspectione.

Is adiuncta est etiā circunspectio, ex eo dicta, quod
b & ante agendum, & in medijs quoque actionibus omni e parte circunspicit, metiturque singula. Circunspectorum enim proprium est hoīm metiri res, actiōesque, & quid seruandum, quid fugiendum, quid prodesse, quid obesse, quid commodi exoriri possit, uel incommodi circunspicere, quid siue cōsulto, siue ex inopinato cōtingere. Quaque enim circū, ac tanque eminenti in specula circūspectus uir positus, & metitur cuncta, & procul aspicit, seque illis uel accommodat, uel aduersum ire, aut obsequi instituit.

De cunctatione, & celeritate, & obseruatione.

Ominum autem res omnes, rerumque ipsarum admi
b nistrationes fiunt in tempore, & suo quidem tempore, cum tempus sit ipsum rerum gerendarū non magister solum, uerum etiam administer. Quocirca susceptis negocijs, permulti agēdi celeritatem adhibent, nō pauci tarditatem, quæ tamen uacua fit pigritia, eaque suo nomine est cūctatio, in qua ut excelluisse iudicatus est Quintus Fabius, sic in illa Iulius Cæsar, quem postea rerum gestarum magnitudo inter diuos rettulit. Sunt etiā qui occasionem ipsam inter agendum & expectent & obseruent, neque punctum, ut dicunt, temporis, elabi patiantur, quinetiam occasiones ipsas summo studio, atque arte prouocāt, cuiusmodi agnoscitur fuisse Hannibal, qui intentus ad singula, ne minimas quidē occasiones frustra labi passus est unque. Atque ut priores illi tum celeratores dicuntur, tum festinatores, & habitus ipse, cum celeritas, tum festinatio est suo nomine, posteriores autem cūctatores, & habitus ipse cūctatio,

fic hi non improprie intenti uocari possunt, nec minus fortasse impigri, quãuis neutra appellatio rem ipsam meo iudicio satis impleat, ne si obseruatores quidē uocauerimus, habitus autem omnino est ignominis, caretq; uocabulo. Obseruabat Hannibal mores consulum Romanorum, qualitates itinerum ac temporum, rerum seu inopiam seu copiã, regiones, situm, loca, & tanq̃ in specula constitutus, motus singulos prospectabat, nonnunq̃ etiã prouocabat, ut qui saxo canes, aut commotis irritãt flagellis. Contra Fabius sedendo ac cunctãdo omnem illi conserēdæ manus opportunitatē adimebat, iudicabat enim durando ac terendo tempus, frustrandos dolos eius atq; artes. Cæsar uero non modo tempori occasionibus non deerat, sed et tēpus & occasiones ipsas ingenio simul operaq; sibi præstruebat, ut non tam non deesset ipse tempori, q̃ tempus sibi accommodaret, uel in sua potius iura ac potestatem traduceret, qua diligentia nõ modo opportunitates sibi pariebat, sed quod maius est, aduersarijs & consilia præripiebat & facultates, fuit nõ minus ad omnia intentus Scipio, idem temporum obseruator, præoccupatorq; occasionũ ac præreptor, ubiq; cautus, ubiq; pspicax, qui tamen neq; cunctator dici possit, neq; præproperus, nũq̃ uero non paratus ipse, siue ad auertendũ, siue ad fugandũ hostem instructus & sobrius. Qui igitur & quales sint intenti, impigriq;, qui itē cũctatores, rursus qui celeres, atq; festinãtes iam uidetis. Quæ res igitur actiõesq; uirtutes has constituant, eorũ de quibus diximus ducum, mores, artes, gesta uobis indicare apertius, q̃ ulla mea descriptio poterũt. Obseruatio profecto in omni nõ solum uitæ artiumq;, uerũetiã disciplinarũ genere optima est nũc magistra, nunc consiliaria, atq; admonitrix, terra, mariq;, maioribus, minoribusq; gerēdis rebus, ea enim peritiã comitatur atq; experientiam, agendo enim atq; obseruando periti

euadimus

eudadimus atque experti. Administrandis autē negocijs ac gerendis rebus perficitur ingeniū, honestatur uis illa coelitus nobis indita, clarescit animi uigor atque diuinitas, mensq; simul ipsa, qua & contēplando coelitum ac naturæ res, & excellenter, supraque opinionem agendo hominum, dijs ipsis cognitione, officijsq; similes permulti iudicati sunt & habiti, uerum de peritis, ijsq; qui ab antiquis experiētes dicti sunt, haud multo post uberius, qm̄ & actiua & ciuilis sapiētia ferè omnis usu ab ipso existit, atque ab experientia.

De cautis.

Is accedunt qui proprio nomine cauti dicuntur.
b Quorum duplex habenda est ratio, eorum una qui tantū id uident, ne à recto delabātur, ipsi de uia digressi, illorū altera, qui id maxime curare, ab alijs ne decipiantur. Vtrumque aūt prudentis est propriū, contra uero nō in utroque modo, uerū in altero q peccauerit, merito ut incautus & accusatur, & despicitur. Cautorū est igitur non labi nō errare, nō decipi, nō haberi frustra, nolle cōtemni, nullo modo rideri. Itaque in omnē uitæ partē, & necessaria est cauendi ratio, & iure suo ab omnibus laudat. Quæ res effecit, uti apud maiores nostros dolus duplex haberet, & bonus, qui fraudē, malasq; artes repelleret, & malus, per quē ad iniqua captiosaq; qui peruerso sunt ingenio impellerentur. Priorque ille prudentiæ comes est, sequiturq; iustitiam, posterior hic fraudis satelles, malarumq; inter ciues ac peregrinos artium, in emendisq; atq; uendendis, mutādis item atque administrandis rebus tum suasor turpis, tum author nefarius. Itaq; huiusmodi artibus instructi, ut subdoli, fallacesq; generi hominum maxime habentur incommodi, quippe qui ad suas tantum utilitates omnia referāt, nec summa sine improbitate ac turpitudine.

De uersatilitate.

QVoniam autem pauloante temporis mentionẽ feci mus, neq; res ipsæ modo, uerum etiã tempora, maximam secum uarietatem afferre solent, hac ẽ commutatione efficitur, ut nonnunq̃; in medijs actionibus, susceptisq; in negocijs mutanda sit administrãdi ratio, cuius ipsius proprium quidem est mutare pro tempore propositũ, aliamq; ingredi semitã, ac diuersum omnino iter insistere, & aliud atq; aliud agendi, administrandiq; genus sequi, quod uel temporis, uel rei ipsius natura sic ferat, aut qđ mutati etiã sint illorum animi, quibuscũ antea negociũ administrabamus, uel illi ipsi sunt alij, qui parte ex altera negocium denuo susceperunt. Quocirca prudẽtis est ad omnẽ sese agendi rationẽ, tum flectere, tum mutare, nouamq; pro rebus, locis, temporibus, proq; ijs quibus cum agẽdum est ꝑsonam induere, quem nos siue habitum, siue uirtutẽ non satis profecto usitate, forte non tamẽ improprie, minimeq; indecenter appellabimus uersatilitatem, & eiusmodi habitu indutos uersatiles. Quam ad rem plurimum etiam confert natura cuiusq; atq; ingeniũ, itaq; Vlysses ad diuersas sese facile accõmodabat ꝑsonas. At Cato nunq̃ à sua illa discessisset, seueritati atq; constantiæ ubiq; addictus, perpetuoq; cuidam administrandis rebus, ferendisq; sententijs tenori. Oportet igitur quem prudentem esse uolumus, quotiens res ac casus ipse tulerit, sine leuitate, sineq; dolo malo, mutare eum agẽdi rationem, taliq; cũ pensitatiõe ac molestia, ut nec leuitatis det suspitionem aliquam, nec omnino fraudis. Est enim prudentis ac maxime probati ciuis, ab omni improbitatis ac uitij suspitione longius recedere. Vtere me, inquit apud Plautum uersutulus, & nequam ille ꝓ rota figulari, atqui prudentissimus quisq; pro re ac tempore uersatilis est, ut dixi, non tñ ut ab iusti deflectat atq; honesti semita. Ac mihi quidem uidetur cautus atq; exercita

tus rerũ administrator id præstiturus, quod optimus quisq; atq; artificiosissimus poeta, qui ad quancunq; diuertit materiam, siue seueram & grandem, siue iocosam atq; humilem, siue tristem ac lamentabilem, siue iucundam ac festiuã mutatis tum numeris, tum uocibus, ad illam sese instituit, & cum ubiq; dicendi genus mutet, ubiq; tamen idem ipse est. Nam nec à decoro discedit materiæ ipsius, neq; personæ obliuiscitur, quam subinde suscipit, figularis uero illa rota sic uersanda est, ut artifici seruiat, nõ fortuito quidem, sed cum ratione, consilioq;, atq; etiam ex arte. Hunc ipsum uero habitum diuturnior usus, rerumq; plurimarum administratio, longa ex actionum continuatione, per gradus quasi quosdam adducit.

De uersutia.

Ersatilitati quoq; huic affinis ẽ, ac maxime cognata uersutia, inde dicta quod plurima secum ipa uerset, nec idem sentiat animo quod uerbis, aut uultu innuat, quin & cælat, & infirmat sententiam, & interpretatur sua dicta, uariatq; ꝓpositum, nec tam non cõstat sibi, ꝗ delectatur fraude ac captionibus, unde etiã uersipelles dicti. Quæ igitᷣ uersutorum sint artes, mores, ingenia, comici docent serui, quiq; mercatores inducunᷣ in comœdijs Atq; hæc quidem naturæ primum siue applicatio, siue procliuitas, habilitasq; ingenij quædam, quæ ex usu post exercitationeq; habitũ constituit, plerũq; aũt ꝓclinat, uergitq; in dolũ, fraudem, calumniã. Itaq; uersutorum hominũ uerba sunt dubia, nulloq; modo simplicia, ꝓmissa parum fidelia, fucata ꝑsona, solertia malitiosa, sermo anceps, captiosa oratio, consilia haud quaq̃ recta, fictæ admonitiones, demũ in insidias, deceptiones, illusionesq; omnino spectãt, qbus cum parũ utiq; tutæ sint cõsuetudines, atq; cõmertia. Non solum aũt hoc differt uersutus ab eo quẽ uersatilem uocari uolumus, quod fallax, dolosus, ueterator, malitiæ omnis ar

tifex, sed quod uersatilis tãtum studet, curatq;, ut norit, intelligat, sciat, usu etiam ipso cõprobet, quid in quaq; rei ac temporis mutatione sequendum, & quem se gerere ubique ac pro suscepto denuo negocio debeat, ille uero ut decipiat, illudat, capiat, ac sub cauti, prudentisq; persona caluat. Et uersatilis quidẽ uiri laudatur agilitas, quæq; etiã dexteritas suo est nomine, uersuti uero timetur duplicitas. Ille agẽdi modum ac rationem mutat, quo melius rem gerat, administretq; negocium cõmodius, hic sententiam inuertit, ut decipiat. Quid quod ille stat promissis, dictisq;, hic omnia uertere suos in usus nititur, atq; ut paucis colligam, uersatiles rationi sese student adiungere, uersutorum studiũ sequitur animorum libidines, habendiq; cupiditatem, quã ut impleant, mente, cognitionibusq; suis nihil non uersabunt, proclinare autem in dolum malum, astusq; fallacissimos uersutorũ cõsilia, Ciceronis uerba hæc indicãt. Quid uis perpetiantur, cuiuis deseruiãt, dum quod uelint consequantur, ut Syllam & Marcum Crassum uidebamus, quo in genere uersutissimum & patientissimum Lisandrum accepimus, ait etiam imprimis uersutum & callidum factũ Solonis, qui quo & tutior eius uita esset, & plus aliquanto reipublicæ pdesset, furere se simulauit, nimirum reipublicæ respectus Solonẽ excusat. Quod uero Cicero uideã hac in parte laudare uelle uersutiam, nõ deterrebimur, tamen hoc eius dicto, quo minus asseueremus, cogitationes uersutorum, atq; consilia in id plerunq; intendere, ut fallant, ac per insidias & simulationes quod cupiunt assequãtur, quippe qui magis uersutia & calliditate gaudeant se quippiam adeptos, q̃; simplicitate ac recta ratione. Nam & idem ipse Cicero ait. Qui uersutos homines, & callidos, admirantur, malitiam sapientiam iudicant, alio item loco prudentia sine iusticia nihil ualet ad fidem faciendã. Quo

ẽm quisq; uersutior & callidior, hoc inuisior & suspectior, detracta opinione probitatis.

De simulatione & dissimulatione.

i Dem quoq; tẽpus, ac nunc prospera nunc aduersa quæ accidũt, ipsæ quoq; rerum mutationes non raro ferunt, ut alibi simulandũ sit, contra alibi dissimulãdũ, qui mores bonis uiris oĩno habẽdi sunt indigni, nãq; in uirtute nihil fictum inesse debet, nihil simulatum. Tanta tñ interdũ uis est fortunæ, casuum, rerũq; humanarum uarietatis, atq; inconstantiæ, ut pro loco ac tempore, non mõ simulare, aut dissimulare, uerũ etiã fictiõibus uti sit necessariũ, idq; maxime honestum existimetur ac summa etiã commendatione dignum. Nam & apud Virgiliũ Aeneas spem uultu simulat, altum tamẽ corde dolorem premit. Ferunt Hãnibalem cognita repente Asdrubalis fratris cæde, ac totius clade exercitus, composuisse uultum, risisseq; conditionem humanã, magis q̃ ut dolorẽ præsetulisse, aut animi cõsternationem uideri uellet, quo uidelicet & militũ ac ducũ suorũ animos cõfirmaret. Populus Romanus quo tempore idẽ Hannibal muris insultabat urbis, iussit classem cũ exercitu in hispaniam à portu soluere. Prudentissime ab utroq; & pro tẽpore, ac pro rerũ & fortunæ euentis. Medicus apprime solers atq; industrius, cũ ægroto daret operam, q̃ à phrenesi correptus, cibum nollet capere, quod mortuum se esse diceret, summisit q̃ sub eiusdem insaniæ specie prope illũ in lecto collocatus diceret se quoq; mortuũ, exposceret tamen & cibum & potum dari sibi, qui cum afferretur, & ipse sumeret, tũc alter ille qui uera laborabat insania, q̃d hoc inquit, an mortui comedunt? Et edunt, subdit alter ille sub ficta persona, & potant mortui omnes, atq; hoc dicto, cœpit etiam auentius mãdere, quo exemplo ductus q̃ ægrotabat, & ego quoq; de more mortuorum prãsurus sum, cõ

festim itaq; cibū sumere cū cœpisset, ex eo cōtinuāuit & eē & bibere ē medici sententia, nec multos post dies morbo liberatus est, magis prudēti hac illius solertia, q̄ curādi ratione aut arte.

De solicitudine & diligentia.

Nest autem prudentibus quibusq;, tum usu ab ipso, tum etiam ab ingenio, quædam humorum agitatio, quæ illos assidue solicitos habeat dum uerentur, nequid secus q̄ oportet deceatq;, uel admittatur, uel accidat, experti uidelicet humanos casus, ac tum fortūæ inconstantiā, tum hominum leuitatem. Itaq; prudentissimū quēq; gerendis in rebus cura hæc maxime uexat, quæ ab animi ipsius cōmotiōe atq; agitatu, dicta est solicitudo, laudabilis sane commotio, dum ne mentē perturbet, labefactet q; cōsilia. Ex hac igitur animi solicitudine, quæ actiōes plerumq; antecedit atq; operam, etsi easdem comitatur, natura etiam ipsa adiuuante, enascitur postea in agendo diligētia illa, quæ cum sit & temporis, & rerum, & actionū ipsarum obseruatrix, nihil aut omitti patitur, aut prætermitti, minime uero remitti, quod ad rem bene, commode, laudabiliterq; administrandam pertinere intellexerit. Nullo autē ipsa modo, aut præcipitat operam, aut relanguescere illam sinit elabi'ue occasionem ē manibus. Minime uero omnium intempestiuitate utitur, aut interturbat administrationis cursum. Eadem quoq; dum metitur singula, dispensat tempus, actiones temperat, digerit ipsam seriem, nunq̄ deniq; a se ipsa recedit, nullo sibi pacto aut arrogās, aut plus tribuens, quā quod suæ ipsius partes ferant. Etenim quæ hodie peruulgate quidem est præsumptio, proprio fortasse nomine arrogantia, aut magis arrogatio, ni iurisconsultorum obstet authoritas, non caret elatiōe ac iactantia, uel leuitate potius ea, quæ rerum agēdarum pernities est quasi quædam. Non solicitari autem nullaq; anteq̄ agere inci

pids, neq; post inter agendum, cura premi uel stupidi est hominis, uel maxime insolentis, uel penitus ignorantis naturam rerum humanarum, quius maxima interdũ peritia, rerumq; plurimarum usus atq; exercitatio securitatem etiam quandã ingeneret in administrãtium animis. Quibus è uitiis nascitur incuria illa, quæ merito suo mater est negligentiæ appellãda. Quinetiam hæc ipsa cura ubi nulla quidem affuerit, parit & stoliditatem & negligentiã, addo & contemptum. Vbi uero maior fuerit quàm oportet, & quàm decet, aut de quibus minime par est, aut in quibus nihil necesse est negociis, uitium ex se gignit curiositatis, quo qui laborãt dicti sunt curiosi, odiosum sane genus hominum, etsi uitium hoc in inquirẽdis potius iis uertitur, quæ ad se nihil aut omnino parũ spectẽt, aut multo minus cõferãt negociis peragẽdis. Ast ubi cura ipsa medioeris quidem fuerit, diligentiam gignit illam, cuius est studiũ, seruare in cunctis modum ac mensuram, meminisse ordinis, ac temporis, rerum, personarum, negociorum. Itaq; prisci illi ut erant actionum humanarum, studiorumq; obseruantes, sicuti curiæ indiderunt nomen, quod in ea agerent de republica, ibidẽq; curarẽtur ciuilia negocia, ita quos diligentes esse cernerent, à magistratu traducentes appellauere curiones, à maiore uidelicet rerum agendarum cogitatione & cura. Ioannes pater tuus Tristane Caracciole, ut erat ipse & grauis in omni actione, & diligens rerũ administrator, hanc ipsam uirtutem affirmare non dubitabat rerum omniũ, ac maxime familiarium esse dispensatricem, eamq; uicem gerere in re domestica administranda, quam sub imperatore aut duce tribuni gererent, aut præfecti.

De æstimatione.

a Dmodum autem uidendum est prudenti, æquabilẽ sese uti præbeat æstimatorem, tum rerum temporũq;

tum sui ipsius, & illorum præcipue, quibuscum negocium contrahit, nam & in bene constitutis ciuitatibus, magistratus quidam publici decreti sunt, æquandis ponderibus ac tenendis mensuris. Quid em̄ tam secundū rectam rationē, q̄ æqua æstimatio? Licet autem eiusmodi temperamento prædi ti iusti potius dici, q̄ prudentes, populi etiā iudicio debeant nec iustitia tamen esse potest absq; prudentia, nec prudentia sine iustitia, secus enim summa esset malitia, quæ pestis amicitiarum est maxima, humanæq; societatis, in rebus, negocijsq; quibusq; administrandis. Ad hæc nihil tam prudētiæ consentaneum, q̄ rerum, negociorumq; discriminatio, & temporum discretio ac personarum.

De discretione ac delectione.

Sunt huic adiunctæ comites duæ, quarū alteri nomē hodie est discretio, alteri delectio. Ac discretio quidem ipsa uersatur in discernēdo, ne uidelicet in agēdo peccetur, dum qd agendū, quid prætereūdum sit, dijudicat, distinguitq; res, operas, actiões adhibetq; ordinē discernēs ipsa ac cōsulēs, qd prius, qd posterius sit sequendū, qd lenius aut seuerius, quid quadā cū tēperatione quasi præter eas, quid cū asseueratione & quasi pertinacia insistens contendas atq; annitare. Itaq; uirtus hæc discerniculū est quasi quoddā temporum, operarum, negociorum, personarum, singula prius perpendens, post uero etiam discernens, inde quoq; expendēs, uerum à discernendo appellata populariter ab illiteratis, magisq; à doctis uiris est discretio, potissima quidem prudentiæ ipsius pars. Habet enim iudiciū non modo uniuersim quidem per omnē actionem, perq; ea cuncta, quæ ad agendum pertinent, uerum etiam partis per singulas, ac munitissima etiā quæq;. Exclamare solebat Galzerandus Corelia peritissimus rerum humanū senex, præfuit enim sub Alfonso rege neapolitanæ ciuitati cōplures annos,

exclamare inquit solebat, ubi quid uel ineptius gestum uel intẽperantius administratũ intelligebat, aut confusius pertractatum, aut præter rei, personæ, temporis, qualitatem, dignitatem, naturam. Pro dij boni quonam abijt discretio? ubi ea gentium delitescit? Itaq; hoc uitio qui occupati sunt, maxime sunt inordinati, incompositiq;, ignorantes illi quidem quid quoq; loco sit aut ordine aggrediundum, exequendũ, & quo etiam modo ac uia tentandum, prosequendum, agitandum, ad finem deniq; perducendum, siquidem indiscretio ipsa maxima afferre impedimẽta, plurimaq; confusionem est solita. Videtur igitur discretio ipsa idem esse, quod apud maiores nostros iudicium, cuius munus quale sit innuit Horatius, cum ait de poetica præcipiens. Hoc amet hoc spernat promissi carminis author. Cicero item cum docet, quid quoq; loco sit in oratione collocandum. Verum hæc ipsa discretio habet actionis totius rerumq; omniũ, quæ ad agendum uel pertinent, uel exiguntur, tanquam gubernaculum ac mensuram, nõ modo in discernendo, ac dijudicando, uerum etiã in agendo, ut non minus de agendo sit solicita, quam etiam de iudicando. Itaq; quid inter eam intersit, ac iudicium, facile discernitis. At uero delectio illa huius & soror & socia idẽ feré ius exercet atq; amplectitur munus, & in iudicando & in agendo, hoc tamen differre inter se uidentur, quod delectio non distinguit ipsa quidem, uerum facta rerum ac temporum distinctione deligit, quod é duobus potius, quod é cõ pluribus ac multis potissimũ uideatur, atq; ex utilibus quæ utiliora, quæ etiam maxime utilia, atq; é pulchris honestisq; uel magis honesta & pulchra, uel quæ honestissima appareant atq; pulcherrima. Habitus igitur hic ipse discretio est qui uero ornati sunt illo à maioribus nostris innominati, nisi forte ut ab usu constantiæ ac tẽperantiæ, & constantes & tẽperantes, sic appellare deligentes eos uelimus, perinde ut

ab usu diligentiæ diligentes, & alteros illos ab usu habitũ q; discernendi discernentes, & si uulgus eos passim ac per uulgate discretos appellat, rursus qui secus affecti, institutiq; sunt, indiscretos. Sed nos ijs tum inquirendis, tum explicandis nimij fortasse sumus, & attigisse quædam, q̃ dis seruisse consultius fuerit.

De experientibus & peritis.

b Oratius Flaccus poeta, non minus grauis uirtutũ suasor, q̃ argutus reprehensor uitiorum, cum laudare homines exercitatos, uel hortari eos potius ad agendum cuperet, aut uirtus inquit inane nomẽ est, aut decus & precium recte fert experiens uir. Quo dicto declarare nobis uoluit exercitatissimos quosq; maximisq; in negocijs uersatos, omnium eos maxime esse prudẽtes, quod usus ipse faciat experientiam, hæc ipsa experiẽtia peritiã, imperitum autem nemmem posse esse prudentem, quod adolescentia ipsa declarat. Itaq; apud Maronem, quanto cum supercilio dicitur, experto credite? Quæ sententia eum quidem inter philosophos locum obtinet, ut ijdem præcipiãt, quaq; in arte, quacunq; in facultate, fidem ei maximam adhibendam, qui in illa diutissime ac diligentissime uersatus fuerit, plurimaq; etiam expertus. Neq; enim alia ratione artes inuentæ ac constitutæ sunt, ab experimentis enim enatæ sunt institutiones ac præcepta, eaq; longissima ab obseruatione sumpta. Itaq; multa qui experti sunt, ijdem quoque habentur periti, inde enim nomen ipsum est deductum. Qui uero aut parum, aut nihil feré experti, imperiti, rudesq;. Nã & primæ ipsæ, ut ita dixerim, initiationes, quacunq; in arte dicuntur rudimenta, & illi quidem in admiratione sunt publice, priuatimq; ciuium omnium, hi ludibrio habentur, atq; contemptui. Ipsi illi igitur periti sunt, quos non multo ante

diximus uocatos ab antiquis iuris prudentes, quibus scili=
cet ab experto noti essent, atq; ab obseruatiõe ritus patrij, le
ges, mores, consuetudines, quiq; memoria tenerent, qua in
causa quoq; in negocio uel ancipiti ac maxime dubio, uel op
pidoq; difficili, quid à maioribus uel iudicatum esset, uel cõ
stitutum, uel publice etiam sancitum, unde qui huiusmodi
facultati dant operam, legum periti ac iuris dicuntur, eaq;
cognitio appellatur à doctis pariter atq; idoctis peritia. Prae
terea qm̃ exercenda ab arte, haec ipsa quoq; proficiscitur pe=
ritia, ex eo solertes dicti, dicta etiam solertia, & in quibus
nulla esset artis peritia, inertes, imperitiaq; ipsa inertia. At
q; haec ipsa uocabula ab arte primũ, ut uidetis traducta, post
translata sunt ad actiones, atq; ad agendi usum, quinetiã
ad naturam, atq; ingenium. Nam & acri ingenio praeditos
quiq; administrandis rebus aptiores sunt, magisq; appositi
solertes eos dixere, contra hebeti ingenio, ac parum aptos,
minimeq; ad agendum idoneos, inertes, quinetiam à simili
tudine manus exercentiũ siue ab effodiẽdis agris (nãq; agri
cultura maximo quondam fuit in pretio) siue à cudenda
materia fabrilia ad opificia, quod exercitatione ab ipsa ma=
nus ducere callũ essent solitae, in negocijs artibusq; exercita
tos dixere callidos, quodq; usu ab ipso occalluissẽt, dicta est
etiam calliditas. Sed nescio quomodo paulatim ob maliti
am, quod ad eã declinaret calliditas, haberi coepta est uitio,
magna etiam peritia, uicta mala cupiditate, fiduciã gignit.
Quidam etiam non ab arte, magisq; ingenio ab ipso, insita
q; ab ui, animorumq; procliuitate toti propendent in frau
dem, dolos, insidias, suppilationes, cuiusmodi Afri esse phi
bentur, ex eoq; tũ ingenijs, tũ moribus praediti eiusmodi à
gentis uitio uafri uocitati. Ferũt tamẽ in pte italiae Vafrias
fuisse oppidum, cuius incolas quod uana essent fide, Vafros
inde dictos. Erit autem uitium ipsum uafritas. Verum de in

genio post dicemus, deq; ingeniorum applicationibus atq; procliuitate. Quocirca ad experientes redeamus, atq; ad eũ habitum, qui ut à continente continentia, sic ab experiente experientia nomen traxit. Ea prudenter gestorum recteq; administratorum testimonium perhibet. Ab hoc igitur ipso habitu maxime laus ingeneratur, hominumq; admiratio, atq; è contrario uituperatio, itemq; cõtemptio. Quocirca recte atq; ex ipsa re est dictum ab Horatio, experientem uirũ, quiq; agendo atq; administrando susceptis negocijs, tũ publicis, tum priuatis, inceptisq; alijs, cum dignitate rectitudineq;, ac secundũ rationis ueræ præcepta legemq; satisfecerit, illum & decus & pretiũ uirtutis ipsius secũ ferre, quippe qui nõ ipse solum recte ac prudẽter ægerit, sed alios quoq; ad eiusmodi laudem exẽplo suo inuitauerit. Etenim in agẽdo exemplũ ipsum, eã uim, id habet robur, quod in faciẽdo ars atq; institutio, & ea ipsa quæ ab artificibus uocata est norma. Nã etsi diuiniora sunt quæ ratiocinando, disserendo, inuestigãdo, hoĩes assecuti sunt, tamen sine actionibus constare humanũ genus omnino nequeat. Et hodie quoq; nationes, nõ paucæ usu, consuetudine, actionibusq;, atq; illarum obseruatione, atq; continuatione magis constãt, q̃ aut prospicientia rerũ futurarum, aut præteritarum memoria sine scriptis, senatus'ue cõsultis, aut plebiscitis, aut Augustorum sanctionibus, ac tabulis.

De ingenio.

Ingenium, de quo paulo ante pauca quædam attigi, cum sit uis et aptitudo quædam, habilitasq; animãtibus à natura indita, atq; homini præsertim, uidetur nomen eius ex eo ductũ, quod sit natura ab ipsa nobis ingenitũ. Quanq̃ aũt & loci, & agri, & terræ, et regionis, ingeniũ apud rerum scriptores persæpe legimus, proprie tamen de homine dicitur ob excellentiam intelligendi, apti

tudinemq; ob artis diuersas, diuersaq; uitæ munera, actiones q; multimodas. Itaq; quibus in hominibus mens ipsa uiget, inestq; naturale acumẽ ad rerũ naturas cognoscẽdas. Atq; ad uitæ tũ publicæ, tum priuatæ administrationẽ, eos ingeniosos dicimus. Cæterũ qui & acute & cito et solerter, & præter alios disciplinarũ, cognitionũq; præcepta facile hauriũt, penetrãtq; insita à ui, ad secreta tũ naturæ, tum artium, facultatũq;, hi sunt, quos summũ in modum admiramur, & quorũ suspicimus intelligentiã, donoq; deorũ immortaliũ concessum id eis magna cũ excellẽtia arbitramur. Ingenio autẽ mens hoc interest, quod mens diuina res est, cœlitusq; delapsa, ingeniũ uero existit ex ipsa corporis animæq; cõpage, & constitutione, atq; ex humorũ, é quibus cõstamus temperatura. Ii enim plurimũ ingenio ualent, quorum in corde ac sanguine maior inest atq; agilior calor, torpescunt illi contra, quibus sanguis frigore cõcretus subest, abundeq; multũ lentescit. Ad hæc ingeniũ præ se quidẽ fert insitam tãtum à natura siue uim, propensionemq;, siue aptitudinẽ atq; habilitatẽ, mens uero imperiũ magistratumq; quasi quendã ad omnem prorsus iudicationẽ, rectitudinẽ, ueritatẽ, distinctionem, propoer diuersitatem igitur concretionis corporeæ, quæ commixtio infinita quidẽ est, nec omnino comprehensibilis, eueniũt tam multæ uarietates, applicationesq; ingeniorũ multiplices ipsæ adeo, ut quot hoïes, tot etiã sint ingenia. Quo fit, ut in utenda etiã prudẽtia ingeniũ quisq; sequatur suum, celeritatem Cæsar, cũctationẽ Fabius, astum & calliditatem Hannibal, tarditatẽ & taciturnitatẽ Pompeius, animi generositatẽ Pyrrhus, contẽtionẽ Alexãder, simplicitatẽ & lenitatem Marcus Antonius Augustus, seueritatẽ Cato, duritiem ac tolerantiam Caius Marius, ac ne uetusta nobis semper sint in ore, in Ferdinãdo rege Neapolitano, cuius nos secretiora negocia decennio

administrauimus, cuius etiã in imperio nescias plus ne bona fortuna ualuerit an prudentia, inerat summa taciturnitas, incredibilis rei cuiusq; simulatio ac dissimulatio, cõtra in Alfonso eius filio apertissima simplicitas, nuda etiã ueritas. Eodem tempore moderabatur florentinam rempublicã Laurentius Medicorum é familia, cuius sermo admodum erat latebrosus, latebrosiora cõsilia, Mediolanẽsibus impabat Lodouicus Sfortia, huic autem ipsi dominabatur ambitio, atq; honoris cupiditas liuore infecta. Florebat rebus in bellicis Federicus Vrbinas, nemo ex omni parte agẽdas ad res eo pensitatior erat atq; circũspectior, Sixto Põtifice Maximo uix alius fidentior audentiorq;, Innocentio qui ei successit quis diffidentior? Alexandro Sexto nemo unq̃ cupiẽtior atq; auidior. Itaq; ingenium, ut dici solet, id mercatum quisq; fert suum. Ac tametsi nemo prudens, nisi bonus idẽ et probatus uir, ne nos hac in parte à populari discedamus opinione, qui suo tempore prudentes sunt habiti, ingenium quisq; secutus est suum, ueruntamen prudentia ipsa rectã ubiq; sequitur rationem, ad quam se qui accõmodauerit, ne ille mihi non recte, non fecisse uidebitur, siue hilaritatẽ Laelij familiarem adhibuerit secum in cõsilium, siue amici eius Scipionis ambitionem ac tristitiã, siue popularitatem Augusti, aut Socratis ironiam.

De industria.

M Arcus Cicero non eloquentiæ modo, uerum etiam Romanæ philosophiæ pater gloriatur apud filium, & iure quidem gloriatur, quod industria sua sæpe multis ꝓfuerit, ipsaq; industria nostris ab hominibus ore quasi pleno laudatur, & qui ea sunt prædit[i], ut industrij cõmendantur, quæ tamẽ ea sit & qualis parum constat, neq; in hunc usq; diem est à quoq̃ traditum. Quamobrem huic ipsi, qui est de prudentia, tractatui, & hoc quoq; accedat,

de ea uti prodamus, quæ sit nostra sententia, ipsa uero ab ingenio hoc differt, quod ingeniũ aut acutum dicimus, aut obtusum, neutiq; autem industriam, sed aut magnam aut paruam, etsi ingeniũ quoq; & magnũ & paruum dicimus. Ad hæc mercatores & agricolas industrios potius dicimus quàm ingeniosos, & poetas, oratores, philosophos, ingeniosos magisq; industrios, ingenium quoq; ipsum omnino inest à natura, idustria uero ab exercitatiõe magis atq; ab usu. Quid quod hæc ipsa absq; ingenij bonitate uix est aliqua, at ingeniosi permulti absq; industria, aut ea oio exigua, præterea ingeniũ in alijs est uersutum & callidum, in alijs lene, mãsuetum, aut contra asperum atq; insolens, quis unquàm dixit aut lenẽ, aut asperã, aut uersutam, simplicem'ue industriã? inest ingenio celeritas, aut tarditas, industriæ expeditio potius & explicatio, quasi quædam ĩ rebus impeditis atq; perplexis inopia, in necessitatibus, in difficultatibus, ut uideatur industria quidẽ ab ingenio ortum ducere, cæterum agendo atq; experiendo ali, formari, perfici, nam ĩgenium si defuerit, quisnam potest esse industriæ locus? rursus exercitatio nisi accesserit atq; usus, ea quoq; nulla est futura. Quocirca nomen ipsum uidetur ab induendo ductum, ut sit quidam quasi habitus usu exercitationeq; ab ipsa ac diu multumq; experiendo inductus, nam pueros passim ingeniosos dicimus, nequaquàm uero industrios, at uiros & senes dicimus. Habent igitur hoc industrij, ut quod ingenio præstent, solerter atq; acute excogitent, quod autem sint in negocijs uersati, ac plura experti, adinueniunt ex se etiam nõ pauca, & in ipsis negocijs, cum facile sese, tum multa etiã arte explicant, atq; in quibus alij laborant, ipsi haud difficulter res suas expediunt, nouas etiam uias reperiunt, nouum modum ad negocia transigenda, ad emolumẽta cõparãda, ad insolitos etiam quæstus faciendos, quibus ẽ rebus

efficitur, ut industrij habeantur maxime prudentes, quod & solertissime intelligunt, & quid expediat, & qua etiam ratione, quod expedire ducunt, sit illud consequendū. Atq; ut callidorum astutorumq; consortia & societates fugiuntur, sic contra delectat industriorū, & pleriq; ad illorū se exēpla libenter adiūgunt, similesq; eorū esse student, quorū profecto hominum maxime amica & peculiaris est solertia, atq; ea quae extēporalitas dicitur. Diuturnū enī ob usum illicò atq; extēpore & capiūt cōsilia, & quid expediat, uidēt, & pro loco atq; occasiōe modū statim aut remedia adhibēt, horū etiā assidua comes est uigilātia, cū sit industria ipsa minime desidiosa. Itaq; uis haec & natura ab ipsa excita, & usu, exercitationeq; cōfirmata in rebus hominū plurimum confert, maximaq; est laus eius atq; commendatio, cum eius sit ꝓprium excogitare atq; adinuenire in susceptis aut suscipiēdis negocijs uiā, modum, ordinem ad ea explicāda atq; perficienda. Atq; ubi alij caligant, aut intepescunt, ipsi & incalescunt abunde, & perspiciūt acute, & explicant se facile, & nouas ineunt rationes, nouaq; consilia, nouas etiā uias ingrediuntur, siue mercibus alienandis, siue lucris excogitandis, siue damnis resarciendis, siue ē difficultatibus seipsis explicandis ac liberandis, ut fortasse nō imperite eā nos in urania nostra ex egestate ac labore prognatam dixerimus, quoniam industrij homines & laborant ipsi, exercētur, q; permultum, & ad ea contendunt assequenda, quorū egere sese sentiāt. Habetis igitur quid ipse de industria censeam, q̄ autem ea sit prudentiae dedita, q̄q; illius admiratrix, nedum studiosa, facile quidem noscitis, quamobrem ad alia transeamus.

De uigilantia.

E St curae illi ac solicitudini, de qua, non multo ante dixi, coniuncta uigilantia, à uigiliū munere & officio dicta,

cio dicta, atq; ut diligentiæ negligētia, incuria uero curæ, sic huic dormitatio aduersatur ac somnolentia, profectum ē pigritia atq; ignauia uitiū. Differt aūt à cura, qd' cura quidem præcedit, uigilantia subsequitur, utq; illius est curare, ita huius est inuigilare, ne capiatur, ne ue dum opus est facto relentescat, atq; obdormiat, à diligentia uero quod hæc agit, totaq; uersatur in actione, at illa obseruat, notat, animaduertit, atq; ut dormitātibus ac somnolentis tēpus frustra labit, suntq; ipsi fraudibus expositi atq; insidijs, sic ē contrario uigilantibus nullū frustra labitur tempus, nullūq; momentum relinquit inanimaduersum, minime autē dāt ipsi locum aut deceptioni, insidijs ue aut ocio ac desidiæ, frustraq; elabendo tempori. Videntur autē copiarum duces, rerumq; administratores bellicarum in hac ipsa uigilantia, totius exercitus suamq; ipsorum securitatem nocturno præsertim tēpore collocare. Nā à uigilando & uigiles dicti, & uigiliæ, in uigilum em̄ custodia, diligentia, & fide, salus sita est atq; incolumitas exercitus, dum cæteri corpora sub tabernaculis curant, oportetq; imperatorem ipsum maxime uigilantem esse.

De maturitate.

O Mnino autem prudentis est proprium naturam rerū imitari, quæ frugum ipsarum fructus ad maturitatem tempore suo perducit, quippe q̄ nisi maturi fuerint, nullo modo probantur, quid em̄ acerbū suaue? Eiusmodi itaq; intempestiuæ sunt actiones, ac perq; festinata negocia, ijdem etiam fructus ubi nimio plus ematurauerint, perputrescunt. Quo fit, ut maior atq; languidior tarditas actiones ipsas corrumpat, reddatq; aut parū eas utiles, aut prorsus inefficaces. Quocirca qui gerendis atq; administrādis rebus tempus idoneum seruant, qui negociorum qualitates, ac rerum ipsarum ita metiuntur, ut eas, ipsas tempore

suo suisq; locis & aggrediantur & prosequātur, eorumq; omnium, quæ casus fortunaq; obtulerint, hominum item ac personarum quam par est rationem habeant, utq; nunc differant remorenturq;, nunc gradu suo incedāt, hi ipsi sunt qui maturi dicuntur, habitusque ipse maturitas, cuius ea natura est, ut hinc agendi acerbitatem maturescere permittat, illinc opportunitatem elabi minime patiatur, nihilque præter tempus aut tētet, aut operam, ubi ea opus est, remittat. Quædā tñ negocia, actionesq; nonnullæ a maturitate aliquantulum si abfuerint, facilius atq; accōmodātius administrantur. Nam & genera quædā uini id uidentur exigere, ut uuæ ipsæ legātur aliquanto acerbiores, quædam, ut racemi præ maturitate siccescant, quarum diuersitatum prudentē uirum quēq; maturū agnominamus, oportet esse obseruātissimum, siquidem hæc ipsa maturitas præcipuam prudentiæ laudem secum defert.

Quæ sunt prudentis uiri partes atq; officia.

Ae igitur, de quibus dixi, siue administræ, & tanquā collaterales, siue partes & membra quasi quædā prudentiæ ipsi uel adsunt in agendo & administrādo, assidentq; ei, uel eam ipsam constituūt. Quocirca prudentis uiri partes sunt ac munera, & anteq; aggrediatur aliquid, & postq; est aggressus, diu multumq; & simul omnia considerare, & discretim etiam singula, prudenterq; prospicere, & quæ necessaria uisa sunt apparare, ac nunc cūctari, nunc festinare, nunc insistere, nūc cedere, modo incalescere, modo refrigere, introrsus res ipsas pspicere, ad singula intētum esse, obseruare tempora, locum, personas, res, negocia, inter seq; discernere, uertere etiā sese, perinde ut casus, fortuna, rerum euenta, inopinatiq; exitus tulerint, ac nunc simulare, nunc dissimulare, dū ne id fiat dolo malo, solicitari animo, cauere ad passus singulos ne conci-

dat, diligētiā ubiq; summā retinere, cū primisq; adhibere delectū, nec à se ipso discedere, atq; hæc q̄dē cū dignitate & pē so oīa. Quæ pcepta seruātē, et intra pscriptū rōnis rectæ, se cohibētē, licebit prudēter, publice, priuatimq; cūctis inegociis, actionibus, inceptis sese gerere, atq; administrare singula cōsulētē ē sentētia, & rebus ipsis familiaribus, cognatorum quoq; atq; amicorum, itemq; aliorum, qui curæ eius temperationiq; subiecti sunt, & publicis atq; cœibus cum summa etiam commendatione, tū ciuiū, tum peregrinorū.

Aec habui hodierna in cōfessione de prudentia uobiscum, quæ discuterē, & quāq; hæc ipsa satis multa per se quidem sunt, plura tamen sese etiam offerunt, quæ haud mentiar, si fortasse dixerim à uobis desiderari, quibus ut satisfaciam, diem in crastinum dictionē hāc omnem reiicio, quæ ex toto quidem posita erit in commemoratione exemplorum, quibus cognitis, perspectisq; consideratis, quoniam in exemplis ualentissima quædam inest efficacia, ut graeci dicunt, energia, facile intelligetis, q̄d prudentem deceat, & quibus sit ab eo uestigiis inhærendum, & quousq; etiam progrediendum, & quomodo, ne de rationis rectæ curriculo discedēs aberret à uia, ne'ue inter pgrediendum concidat, corruatq; sub onere.

ARINVS BRANCATIVS, HOMO festiuissimus, atque é conuictoribus nostri temporis facile quidem primus, hortari alios in cœnis solitus est, exemploq; etiam suo inuitare ad pocula, post epulas uero, poculorumq; suauissimos illos haustus, cum iocis aliquātum facetiisq; esset indultum, uel demulsim blādienterq; allectare ad somnum capiēdum, quo uinum atq; epulas longiore, ut ipse dicebat, quiete edormiscerent. Salubre prsus cōsilium, taliq; imprimis suasore atq; authore di

gnum.Etenim Marinus suapte natura iucundus erat, con uiuiorumq; assiduitate ita cōfirmatus, uti cōpotores quoq; suos ad omne hilaritudinis atq; festiuitatis genus exēplo suo induceret, quippe qui passus etiam sit, militari quadam cœna, castrensiq; in conuiuio, inter arma aciesq;ad pugnā paratas declarari se p̄toria buccina, regiorumq; tubicinū acclamatione, in potu propinationibusq; uictorē. Suauis sa ne uir, summatimq; uirorū consuetudini p̄pter tempa ip̄a, uel apprime quidem idoneus. Sed abusus nimirū ipse est tū natura, dum stomachi nimium est potens, tū regia humani tate, dum iocandū inter & compotandū, ea delectandi gra tia affert in mensam, quæ ab rege principibusq; per risum tunc accepta ac iocum, non in mediocris calamitates, perni tiosumq; exitiū paulopost uertere. Verū enim illos ipsos ad iocos, aulæ diffluentia, tempestatisq; illius mores inuita bant eum, tantus ætatis illius luxus fuit, atq; omnis gene ris licentia, ut populum continentissimum, temperātiæq;, ac castimoniæ admodum deditum omni ē parte contamina uerint, utq; (ne nubi progrediendum, aut declamandū sit ulterius) inter maxime tetricas matronas puellasq; mode stissime educatas, contaminatione hac inuentæ sint, & quæ tunc matres filiarum pudicitiam ambientes pluris uende rēt, & quæ etiam uirgines, quo flos ætatis earum maioris staret, omni arte, studioq;, pellicatiōibus intētæ essent. Sed nos ò uiri optimi, quanq; etiam comitatis atq; urbanitatis amantissimi, Marini iucunditatem in conuiuijs magis ma gisq; commēdamus, tamen & desiderio mortui illius finē statuemus, & urbanæ continentiæ deplorationem in aliud magis quietum tempus reijciemus. Quādo autem neq; ut conuiuæ quidem, neq; ut licentius poti, famulum in hoc cō uenimus, uerum sobrij, deq; uirtutibus ac præcipue de pru dentia disserturi, illud in Marino tantum imitabimur, ut

longas post dissertiones, quod ille post uina præcipiebat, et nos quoq; cõquiescamus, non edormiscendi uini gratia, sed quo paulopost maioribus ad dicendum resumptis uiribus, de alijs quoq; uirtutibus, deq; prudẽtiæ præsertim officijs, & uigilãtius disseramus, & magis ac magis sobrie. Vsi autem præfatione hac nobiscum sumus, quod licentiosi nũc celebrantur dies, qui quadragesima de christiano ritu præcedere soliti sunt ieiunia, in quibus si liberum & nunc est, & ab initio olim fuit, tum iocari & ludere, tum etiam perpotare, permissum saltem dicenti sit mihi in hoc ipso consessu licẽtiore uti siue authoritate, siue exẽplo hominis maxime festiui & noti. Quocirca ad dicendum ipse quidem, uos aũt ad audiendũ quæ reliqua sunt accingimini, ut post nostrũ utriq; suo, non sine defatigatione tamen functi officio, quietiore etiã somno uires corpis atq; animi relaxemus.

b Esternam post disputationem, quæ à me est habita de prudẽtia Tristane Caracciole, tuq; Frãcisce Puderice, cũ hoc è sacello domũ me atq; in cubiculum reduceretis, fessum iã de dictione, qđ cõtingere necesse est in sene, & quidẽ septuagenario, incidit inter reducendũ, ut pbe meministis, sermo de Alfonso Secũdo, & ut maiores nostri loquuti sunt minore, uel quæstus potius, qđ Ferdinando patre mortuo, annũ regnans non impleuerit. Cũ tu Tristane iustitiam ac religionẽ in eo mirifice extolleres, nec dubitares asserere omni pietatis genere, cæteris illum oĩbus qui neapolitano imperitassent regno, pculdubio anteferendum, ac diutius si uixisset, seipsum cum primis, maioresq; item suos, diuini cultus studijs, sanctimoniaq; honestaturũ. Mortuũ aũt eo desiderio neapolitani præsertim populi, ut multos post obitũ mẽses (obijt autẽ Messane in sicilia) creditus sit etiã uiuere, & reditus eius publice priuatimq; lætissimis animis, apparatissimisq; plausibus, à

bonis præsertim tum ciuibus, tum proceribus expectaretur. Tu uero Francisce simplicitate, rectitudine, ueritate, cūctis illum anteponeres principibus, & dynastis, de quibus aliqua extaret memoria probitatis, præcipue uero popularitate, non inter ciues modo ac subiectos populos, uerum etiam inter milites, quanuis non alius, eo tibi continendis ijs à ui ac rapina, aut solertior uisus esset, aut seuerior puniendis. Sed gallicam illum insolentiam ac rapaces gentis eius animos, italicorumq; fraudes hominum, insitamq; dominandi præter ius fasq; libidinem, quasi de medio ereptum sustulisse, ne uirtutes eæ, de quibus uterq; dixistis, enitescere in eo iam rege illustrius magisq; euidenter possent. Mihi uero uiri optimi in illo & puero, & adolescente, præcipue autem uiro admirationi semper fuit memoria, qua supra omnes ætatis huius reges eminentissime excelluit, & rerum præteritarum, & xēplorum. Itaq; quoniam hodierna disputatio, enumerandis exemplis eorum, qui prudenter aliquid ægisse uisi sunt, uniuersa quidem uersabitur, repetam quæ aliquando cum summa cum commendatione referre memini de Roberto Sanseuerino, & uiro & duce fortissimo. Referebat igitur Robertum hūc quo uoto se damnatum absolueret, profectum Hierosolymam, ad Christi sepulchrum, indeq; proficiscenti ad montē sinai, quo in mōte & diuæ Chatarinæ monumentum esset, & deus optimus maximus Moseo se ostendisset, describendis tabulis ac legibus iudeorum generi, factos obuiam latrones assyrios, qui uiā obsedissent, quos cum aliquanto longius harenarum agitatu uenientis animaduerteret, conuersum illum ad eos, qui Soldani sub fide publica eum deducebant, & quinam ij essent percontatum, tum illos metu repentino consternatos, latrones esse arabas respondisse, uagos, palantes, nulla lege coercitos, ibi Robertum confirmatissimo animo cohortatū familiares

ac comites, iussisse, uti sarcinulas explicarent, prãdium enĩ esse parandum aduentantibus, deq́ puluere atq́ æstu fatigatis, ac uultu maxime hilari, ut erat statura, totoq́; corporis habitu insignis, processisse illis obuiam, & arrisisse uenientibus, et comiter etiam eos accepisse, multaq́; per interpretes iucunde, familiariter, ac maxime fidenter locutum. Illos autem, q̃q̃ barbaros, atq; inhospitales, & maiestate uiri commotos, & comitate sermonis, pransi cum fuissent, donatos ab eo, quibus tum delinire ipsos posset muneribus, & gratias Roberto ægisse, quod ab eo tam comiter accepti essent, & ualere hilariter cum iussissent, discessisse q̃ maxime pacatis atq; amicis animis. Sub uesperum autem, cum multum etiam itineris Robertus peruasisset, conspecto prius globo perq̃ puluerulento, admonitum fuisse, aduentare aliam latronum manum, quare illum & qui aderãt omnes, summo metu perculsos, de salute iam desperare cepisse. Ecce autem eosdem illos adactis circum equis, Robertum capite cum salutassent, rusticana profecto, non ingrata tamen, ante eius pedes posuisse munuscula, in iisq́; salitos ex ariete petasunculos, ut gentis eius mos esset. Quibus iucũdissime acceptis, Robertum & metu esse liberatum, & indicasse, nullam gentem tam barbaram, immanem, feram, quæ nõ et liberalitate caperetur, gratiam referre pro benefactis studeret, quæq́; non ægre etiam aliquando ferret uinci se beneficentia ac meritis. Hoc ipse igitur exemplo admonitus, eo libentius hodiernum munus implere contendam. Nam & exemplum lex est quasi quædam, quæ bene institutos homines ad recte agendum inuitet, & ea est efficacia, ut generosissimum quẽq; excitet adeo, atq; incendat, ut quantum in ipso est, feruntq́; facultates, uel superare contentis annitatur uiribus, uel summo saltem studio imitari.

bonis præsertim tum ciuibus, tum proceribus expectaretur. Tu uero Francisce simplicitate, rectitudine, ueritate, cũctis illum anteponeres principibus, & dynastis, de quibus aliqua extaret memoria probitatis, præcipue uero popularitate, non inter ciues modo ac subiectos populos, uerum etiam inter milites, quanuis non alius, eo tibi continendis ijs à ui ac rapina, aut solertior uisus esset, aut seuerior puniendis. Sed gallicam illum insolentiam ac rapaces gentis eius animos, italicorumq; fraudes hominum, insitamq; dominandi præter ius fasq; libidinem, quasi de medio ereptum sustulisse, ne uirtutes eæ, de quibus uterq; dixistis, enitescere in eo iam rege illustrius magisq; euidenter possent. Mihi uero uiri optimi in illo & puero, & adolescente, præcipue autem uiro admirationi semper fuit memoria, qua supra omnes ætatis huius reges eminentissime excelluit, & rerum præteritarum, & xẽplorum. Itaq; quoniam hodierna disputatio, enumerandis exemplis eorum, qui prudenter aliquid ægisse usi sunt, uniuersa quidem uersabitur, repetam quæ aliquando eum summa cum commendatione referre memini de Roberto Sanseuerino, & uiro & duce fortissimo. Referebat igitur Robertum hũc quo uoto se damnatum absolueret, profectum Hierosolymam, ad Christi sepulchrum, indeq; proficiscenti ad montẽ Sinan, quo in mõte & diuæ Chatarinæ monumentum esset, & deus optimus maximus Moseo se ostendisset, describendis tabulis de legibus iudeorum generi, factos obuiam latrones assyrios, qui uiã obsedissent, quos cum aliquanto longius harenarum agitatu uenientis animaduerteret, conuersum illum ad eos, qui Soldani sub fide publica eum deducebant, & quinam ij essent percontatum, tum illos metu repentino consternatos, latrones esse arabas respondisse, uagos, palantes, nulla lege coercitos, ibi Robertum confirmatissimo animo cohortatũ familiares

ac comites, iussisse, uti sarcinulas explicarent, prādium enī esse parandum aduentantibus, deq́ puluere atq́ æstu fatigatis, ac uultu maxime hilari, ut erat statura, totoq́; corporis habitu insignis, processisse illis obuiam, & arrisisse uenientibus, et comiter etiam eos accepisse, multáq́; per interpretes iucunde, familiariter, ac maxime fidenter locutum. Illos autem, q̃q́; barbaros, atq́; inhospitales, & maiestate uiri commotos, & comitate sermonis, pransi cum fuissent, donatos ab eo, quibus tum delinire ipsos posset muneribus, & gratias Roberto egisse, quod ab eo tam comiter accepti essent, & ualere hilariter cum iussissent, discessisse q̃ maxime pacatis atq́; amicis animis. Sub uesperum autem, cum multum etiam itineris Robertus peruasisset, conspecto prius globo perq́ puluerulento, admonitum fuisse, aduentare aliam latronum manum, quare illum & qui aderāt omnes, summo metu perculsos, de salute iam desperare cepisse. Ecce autem eosdem illos adactis circum equis, Robertum capite cum salutassent, rusticana profecto, non ingrata tamen, ante eius pedes posuisse munuscula, in iisq́; salitos ex ariete petasunculos, ut gentis eius mos esset. Quibus iucūdissime acceptis, Robertum & metu esse liberatum, & indicasse, nullam gentem tam barbaram, immanem, feram, quæ nō et liberalitate caperetur, gratiam referre pro benefactis studeret, quæq́; non ægre etiam aliquando ferret uinci se beneficentia ac meritis. Hoc ipse igitur exemplo admonitus, eo libentius hodiernum munus implere contendam. Nam & exemplum lex est quasi quædam, quæ bene institutos homines ad recte agendum inuitet, & ea est efficacia, ut generosissimum quēq́ excitet adeo, atq́; incendat, ut quantum in ipso est, feruntq́; facultates, uel superare contentis annitatur uiribus, uel summo saltem studio imitari.

Virtutes morales esse inter se complicatas.

PRudentia igitur cæterarum ut uirtutum dux est, ac materfamilias omnium, sic ipsa uix unquam sola, sine alicuius earũ adminiculo munus exequitur suũ, quotiens prosequendum aliqd susceperit, etenim actiones ipsæ nostræ eiusmodi sunt, ut plerunq; cõfusæ inter se ac cõplicatæ, rarissime aũt simplices existãt. Perinde ut res ipsæ, negociaq; cõmixta inter se sunt nostra, & arctius inuoluta. Quid em̃ utile in re familiari & ciuili (quod quærere proprium est prudentiæ) qđ nõ sit idem ẽt iustũ? dũ recte tamen quæratur. Debet em̃ iure naturæ & ciuis, & paterfamilias bonus, sibi, uxori, liberis, ciuibus, atq; notis prodesse quidẽ semper, nullo aũt modo deesse, ad hæc conferre de suo, et erogare de facultatibus ad liberalitatem pertinet. Subit idẽ & ciuis bonus, & paterfamilias etiã uitæ pericula, pro patria, parentibusq;, aris, atq; focis, quod fortis quidẽ est uiri. Atqui iustũ & hoc est, à quibus tam multa acceperis, eisdem quantũ possis, gratum esse, & in referenda gratia propensum ac liberalem. Intemperantes ac parũ modesti homines, & ipsi iniurij erga naturam sunt, quã corrumpunt ac uiolant, & parũ omnino fortes atq; constantes, quippe qui sibi à cupiditate, dolore, ira, fœdissimis etiam uoluptatibus dominari patiantur. Igitur & temperantes, moderatiq; iustitiam amplectunt̃, fortitudinẽ, constãtiã. Itaq; actiones ipsas nostras ubi acutius consideraueritis, ꝑplicatas inter se atq; confusas intelligetis, potiore tamen à parte nomẽ accipiũt, ut cum prudenter aliquid factum dicimus, quod tamen ratione alia iustum sit ac liberale, itemq; liberale ac iustum dicimus, quod aliter consideratum sit etiam prudens. Nos igitur adhibitis ĩmo conquisitis exemplis grauioribus, nec ijs quidem multis quæ ad prudentiam potissimum referantur, reliqua uestris iudicijs existimanda permittimus.

De Alexandro Iudeorum rege.

a Lexander Hierosolymorũ rex ultima pressus ægritudine, scelerum suorũ cõscius, quod auare, crudeliterq; in populos grassatus esset, cũ timeret liberis, ne suum post obitum regno à popularibus pellerentur, uocatam ad se Alexãdram uxorẽ monuit, uti animã cũ ipse egisset, confestim cadauer in publicum efferendũ curaret, conuocatisq; illico ciuibus, in eum prius inuecta, quod iniustus, rapax, impius, nefarius, perditissimisq; fuisset moribus, inde quasi illorum faueret uindictæ, palam diceret tradere se Alexandri corpus dilaniãdum ciuibus, ut quã in uiuum nequissent, in mortuum saltem irã exercerent, dilacerarent itaq; illud, & hoc uindictæ genere sæuissimũ ulciscerentur tyrannum, eaq; ubi peregisset, cõmẽdaret illis liberos, ut innocentes, impuberes, ac nihil mali meritos. Quod Alexandra summa seueritate ac prudentia executa cum esset, ita quidem uniuersæ multitudinis animũ mouit, ut non solum liberis regnoq; salubriter cõsuluerit, uerũ mariti etiã funeribus siquidem populares hac tanq; liberalitate, iustoq; iudicio deliniti, regio more iusta Alexandro persoluere. Prudentissimum sane morientis tyranni consilium, nec minus Alexandræ post coniugis obitũ egregium factum. Qua in re & si sola prudentia uidetur locũ obtinuisse, non caruit tamen occulto iustitiæ præsidio, cum populus ipse iuste secum agi ab Alexandra iudicaret, quæ pro patratis à tyranno sceleribus corpus eius popularium iræ, qui iniuriam acceperant, sponte quoq; permisisset. Inuenit igitur prudentia remedium, quod ratione alia in re admodum perdita adhiberi nullo modo posse uisum esset.

De Laurentio Florentino.

l Aurentius, de quo libro superiore mẽtionẽ fecimus florentinam rempublicam cum moderaretur, & à

Sixto Romano Pontifice, cõiunctis cũ Ferdinando Neapolitanorũ rege copiis, graui bello premeret, laboraretq; ipse domi ciuium inuidia, uerereturq; populi leuitatem, ad hæc uideret res suas in arctum adductas, multa diu secũ, cũq; amicis agitans, cœpit tandẽ consiliũ confugiendi ad Ferdinandum. Itaq; ignorante populo Pisas pfectus, inde mari Neapolim ad regem nauigationis eius insciũ pfectus, ab eo amice accipit, q admiratus illius fiduciã, reputãsq; quid se tali in facinore, quid regia item dignũ esset fide, & pacem, quæ post secuta est, procurauit, & incolumen Laurẽtiũ in patriã ac uoti cõpotem remisit, comiter amiceq; à se nulla non in re habitũ. Laurentius igitur ẽ paucissimis, quæ offerebant remediis, cœpit quod uisum est saluberrimũ sui ipsius, quanquã hostis, regis tamen fidei commendandi, quæ regum maxime propria uirtus, ab omnibus iudicaretur. Fidentissimũ sane facinus, quodq; ob fiduciã simul atq; prudẽtiã bñ, utriterq;, ac publice, priuatimq; illi omni quidẽ ẽ pte uerterit.

De Archelao rege.

Archelaus Cappadociæ rex, cũ intellexisset ab Herode iudeorum rege captũ ob parricidii suspitionem Alexandrum filiũ, suum quidẽ generũ ac currit pperẽ ẽ regno suo, adiensq; Herodem, pro dii immortales inquit, ubi gener ille meus sceleratus, infamis, parricida? Ecquis eius mihi iugulum offerat, his aperiendum manibus, hoc discindendum gladio? Sed quæ nam inq̃, quæ nam patientia est ista tua ô Herodes rex? noluisti rebus tuis consulere, noluisti impiissimis filii consiliis, sceleratissimis ausis, maxime immanibus inceptis, ut par erat, debito supplicio prospicere. Ego uero filiæ meæ, nurui tuæ maritalis impietatis q̃uis nullo pacto consciæ, prouidero tamen, nã quod impiissimi uxor est uiri, satis superq; fœdatam illam esse iudico. Ergo festinans ipse ẽ Cappadocia, frustra quidem Alexan

drum, dum interim iter facio, & tibi dedisse pœnas meditatus sum excogitati parricidij? & me tua é sententia, quia perditissimi uiri ea coniunx esset, mea de filia capturum esse consilium? Cum autem tete ipsum ó Herodes patrem intuear plus nimio indulgentem liberis, quæso inuicem cõmutemus animos, tuq́ꝫ dexteram da mihi tuam, contra meam hanc ipse dexteram accipe, per quam & ego tuas in gnato suscipiam partes, tu uero in filia uicissim subeas meas. Quibus in hãc sententiam dictis atrocem Herodis animum ita leniit, ut filio Herodes pepercerit, & Archelai filiam quam abducturum se pater nefario ab marito simulauerat, rursus collocari in matrimonium scriptis nouis conditionibus uoluerit. An non uidetis ipsi tanto in negocio, quantum simulatio pariter dissimulatioq́ꝫ eodem quoqꝫ tempore, quantum etiam nouæ parumqꝫ opinatæ personæ ualuerit assumptio? etiã apud regem maxime callidum, ac præter cæteros in stirpem cognatosq́ꝫ sæuientem.

De Herode rege.

Dem hic Herodes profligato Antonio, rebusque eius excisis, Rhodum ad Octauium profectus, dum apertissime se Antonij debitorem fatetur, ob beneficiorum illius multitudinem in se ac magnitudinem, dum præsidia aduersus eum Antonio misisse, dum consilia sua, dum Cleopatræ crudeles animos, nefariasq́ꝫ cogitatiões refert, nec se etiã fuisse defuturũ, suis si consilijs paruisset, coram obtestatur, dum uenire se tandem ad uictorem prædicat, seseq́ꝫ illi dedit, operamq́ꝫ & fidem suam, neqꝫ fluxam, neqꝫ ignauam futuram pollicetur, non inuenit modo apud Augustum ueniam, uerum etiam uirtuti suæ locũ maxime illustrẽ, quã de cætero ni fœdasset, tot cædibus filiorũ, cognatorũqꝫ, facile iudeorũ inter prĩcipes et iure habitus et merito iudicatus primus eẽt ĩ oĩ genere laudis, pinde

Sixto Romano Pontifice, cōiunctis cū Ferdinando Neapolitanorū rege copijs, graui bello premeret, laboraretq; ipse domi ciuium inuidia, uerereturq; populi leuitatem, ad haec uideret res suas in arctum adductas, multa diu secū, cūq; amicis agitans, cœpit tandē consiliū confugiendi ad Ferdinandum. Itaq; ignorante populo Pisas pfectus, inde mari Neapolim ad regem nauigationis eius insciū pfectus, ab eo amice accipitꝰ, q admiratus illius fiduciā, reputāsq; quid se tali in facinore, quid regia item dignū esset fide, & pacem, quae post secuta est, procurauit, & incolumen Laurētiū in patriā ac uoti cōpotem remisit, comiter amiceq; à se nulla non in re habitū. Laurentius igitur è paucissimis, quae offerebant remedijs, cœpit quod uisum est saluberrimū sui ipsius, quanquā hostis, regis tamen fidei commendandi, quae regum maxime propria uirtus, ab omnibus iudicaretur. Fidentissimū sane facinus, quodq; ob fiduciā simul atq; prudētiā bn̄, utiliterq;, ac publice, priuatimq; illi omni quidē è pte uerterit.

De Archelao rege.

Rchelaus Cappadociae rex, cū intellexisset ab Herode iudeorum rege captū ob parricidij suspitionem Alexandrum filiū, suum quidē generū ac currit pperè è regno suo, adiensq; Herodem, pro dij immortales inquit, ubi gener ille meus sceleratus, infamis, parricida? Ecquis eius mihi iugulum offerat, his aperiendum manibus, hoc discindendum gladio? Sed quae nam inq̃, quae nam patientia est ista tua ô Herodes rex? noluisti rebus tuis consulere, noluisti impijssimis filij consilijs, sceleratissimis ausis, maxime imanibus inceptis, ut par erat, debito supplicio prospicere. Ego uero filiae meae, nurui tuae maritalis impietatis q̃uis nullo pacto consciae, prouidero tamen, nā quod impijssimi uxor est uiri, satis superq; fœdatam illam esse iudico. Ergo festinans ipse è Cappadocia, frustra quidem Alexan-

drum, dum interim iter facio, & tibi dedisse pœnas meditatus sum excogitati parricidij? & me tua cẽ sententia, quia potētissimi uiri ea coniunx esset, mea de filia capturum esse cōsilium? Cum autem tete ipsum o Herodes patrem intuear plus nimio indulgentem liberis, quæso inuicem cōmutemus animos, tuq́; dexteram da mihi tuam, contra meam hanc ipse dexteram accipe, per quam & ego tuas in gnato suscipiam partes, tu uero in filia uicissim subeas meas. Quibus in hãc sententiam dictis atrocem Herodis animum ita leniit, ut filio Herodes pepercerit, & Archelai filiam quam abducturum se pater nefario ab marito simulauerat, rursus collocari in matrimonium scriptis nouis conditionibus uoluerit. An non uidetis ipsi tanto in negocio, quantum simulatio pariter dissimulatioq́; eodem quoq; tempore, quantum etiam nouæ parumq; opinatæ personæ ualuerit assumptio? etiã apud regem maxime callidum, ac præter cæteros in stirpem cognatosq́; sæuientem.

De Herode rege.

Dem hic Herodes profligato Antonio, rebusque eius excisis, Rhodum ad Octauium profectus, dum apertissime se Antonij debitorem fatetur, ob beneficiorum illius multitudinem in se ac magnitudinem, dum præsidia aduersus eum Antonio misisse, dum consilia sua, dum Cleopatræ crudeles animos, nefariasq́; cogitatiões refert, nec se etiã fuisse defuturũ, suis si consilijs paruisset, coram obtestatur, dum uenire se tandem ad uictorem prædicat, seseq́; illi dedit, operamq́; & fidem suam, neq; fluxam, neq; ignauam futuram pollicetur, non inuenit modo apud Augustum ueniam, uerum etiam uirtuti suæ locũ maxime illustrẽ, quã de cætero ni fœdasset, tot cædibus filiorũ, cognatorũq;, facile iudeorũ inter pricipes et iure habitus et merito iudicatus primus eẽt ĩ oĩ genere laudis, proinde,

ut maxime quidem maiorum suorum omnium liberalis fuit atq; magnificus. Hic ipse igitur dum seipsum agnoscit, dũ Augustum considerat, dum omnia circunspicit, dum quid tẽpora illa ferrent, & quod neq; simulare poterat, neq; dissimulare, aperte loquendo, maximumq; praeseferendo animum, atq; in illius se fidem ꝑmittendo liberaliter, fidenter q;, ea prudẽtia res administrauit suas, uti Octauius, regno eius, & urbes complures maximeq; opportunas adiecerit, & aliquot etiam finitimas regiones.

De Marco Marcello.

f Ractis Romanorum ad cannas rebus, cum plebs nolana ad Hannibalem inclinaret, instigãte maxime L. Bancio iuuene impigro & acri, cuius multa in re militari praeclara extabant facinora. Cumq; Marco Marcello qui urbi cum praesidio praeerat, defectionis indicatio facta esset, & Bancius ipse aut dedendam ẽ uestigio hosti urbem intelligeret, aut re male tentata, fugiendum ad Pœnũ esse, hoc in discrimine tam ancipiti, Marcellus cõsiliũ inijt, & duce & senatore maxime prudenti dignum. Nam cum aut pœna cohibendus esset Bancius, aut beneficijs conciliatus in partes retrahendus romanas, quod magis ẽ re praesenti tũ uideretur, benigne ad se uocatũ allocutus. Quãtopere inquit Bãci uirtuti tuae uniuersa plebs inuideat, hinc tutemet iudicaueris, quod cum à te fortiter in militia fideliterq; gesta permulta quidem sint, ẽ popularibus tamẽ tuis nemo extat, qui indicare mihi uoluerit, qui uir ipse esses. Atqui ne tu falso arbitrere, obscurum quicquã esse posse, aut ignobile, quod praeclarũ à quoq; in castris geratur. Romani & qui calamitati cannensi ẽ socijs superfuere, & fama ipsa quae nihil praeter caetera egregie factum occultum patitur, testantur, in ea te strage nõ uictum cessisse, aut me tu superatum, sed retinentem uirtute tua dignos animos,

non ante à conserendis manibus desiisse, quàm exãguem te, cõfectumq; uulneribus, cadentiũ uirorum atq; equorum ruina oppresserit, armaq; ac tæla seminecem obruerint. Macte igitur uirtute esto, an cuius eximiæ laudes in re militari extant, non is suum apud Marcellum habebit locum? nõ apud populum Romanum gentium omnium gratissimum? Quin tu me de cætero frequens adito, mecum esto assiduus, non honos tibi apud me, non pretium defuturum. Atq; his dictis, quo aditus illi liber ad ipsum pateret, lictoribus coram imperat, iubetq; statim eximium adduci equum, quo illum donauit, & numerari à quæstore præsentem pecuniam. Itaq; & laudibus & muneribus iuuenem abunde cum onerasset, ex eo illius opera forti pariter fideliq; usus est. In tãto igitur rerum discrimine summi uiri prudentia sociã secum adhibuit & comitatem sermonis & strenue actorũ memoriam ac gratitudinem. Quibus socijs uel ministris potius, Marcellus rem nolanã sic stabiliuit, ut labẽtis iã Romanas opes humeris suis & sustinuisse uisus fuerit, & belli molẽ docuisse in Hãnibalem ac Pœnos posse aliquando uerti.

De Sempronio Gracco.

Sempronius Graccus nauaturus egregiã aduersus Annonem, ac Brutios, & Lucanos operam, cum legiones magna ex parte Volonum haberet, qui alterũ iã annum libertatem tacite meruerant, referã autem Liuij ipsius uerba, pronuntiat tempus uenisse libertatis, quã diu sperassent, potiundæ, postero se die collatis cum hoste signis dimicaturum puro ac patenti campo, ubi sine ullo metu insidiarũ uera uirtute geri res posset. Qui caput hostis retulisset, eum se extemplo liberum iussurum esse. Itaq; acri coorta pugna quartam post horam renuntiatur Gracco à tribunis militum, nullam rem aliam magis impedire, quàm capita hostium pretia libertati facta. Nã ut quisq; hostẽ impi

gre occidisset, primum caput ægre inter turbam tumultúq; abscindendo tereret tempus, deinde occupata dextra, tenẽdo caput, fortissimus quisq; pugnator eẽ desisset, segnibus ac timidis tradita pugna esset. Quo cognito, Sempronius signum dari propere iussit, proijcerent capita, inuaderẽtq; hostem, nec dubiam libertatem futuram strenuis uiris. Itaq; redintegrata acriter utrinq; pugna, ducibus hinc inde acerrime annitentibus, postremo pronuntiat esse nihil, qui de libertate sperarẽt, nisi eo die fusi fugatiq; hostes essent. Ea demum uox ita animos accẽdit renouato clamore, ut hostes haud dubie terga uerterint. Cæsi igitur fugatiq;, ac castris exuti sunt hostes, ducis potissimum prudentia, primo dum libertati pretium, qua nihil seruo optabilius, caput hostis allatum proponit. Dein cum mutato ẽ re consilio proijciẽda edicit capita, neq; dubiam libertatem futuram strenuis uiris, demum libertatis spem nullam prorsus futuram cum pronũtiat, nisi eo die fusis ac fatigatis hostibus. Est igitur prudentis uiri pro re ac tempore mutare consilium, ac rei gerendæ rationem.

De Iulio cæsare.

i Vlius Cæsar in acie illa pharsalica, quam ẽ militũ uiginti duobus millibus constituerat, cum uideret Pompeium id agere, quo dextrum cornu, ubi Cæsar ipse decima cum legione uersabatur, cætero ab exercitu intercluderet (abũdabat enim equitatu Pompeius, duploq; maioribus copijs) legionibus ex omnibus sex eduxit cohortes, casq; post se occulto in loco constituit, ne prospici ab hoste possent. Quibus ita dispositis milites cohortatur, monetq;, ne aduersus irruentes pompeianos equites consueto pugnandi more uterẽtur. Esse enim illos adolescentes bene cultos, radiantibus instructos armis, equisq; insigniter ornatis, cæterum minime pugnaces, ac præliorũ inexpertos,

& infligendi atque accipiendi uulneris insuetos, illud uero maxime ab iisdem timeri, ne ora fœdarentur cicatricibus. Quocirca neque confodiendis equis daturos eos operā, neque figendis pectoribus, aut coxis equitum, sed ora tantum oculosq; illorū hastis lanceisq; petituros, uibratibusq; assiduis obtutum lacessituros. Scirent igitur in hoc solum intentos sese esse debere. Fore enim dum illi ora formamq; tuentur à uulneribus, dum oculorum obtutus ea ratione intercipitur, facile ut repulsi in fugam uerterentur. Quod, ut prædictum fuerat à Cæsare, contigit. Eo nanque pugnandi genere insolito, improuisoq; deterrito equitatu, atque in fugam uerso, reliqua Pompeii acies, facile profligata est, castraq; haud multo post capta direptaq;. Consilium saneque prudēs, usuq; ab ipso, atq; à multa præliandi consuetudine, summa quoque à consideratione profectum.

De Lucio Lucullo.

Ante Cæsarem hunc Lucius Lucullus cum rege Tigrane cōserturus manum, acies ipsæ instructæ, atque ad dimicandū paratæ cū essent, ipse cū parte equitatus, ac duabus tātū cohortibus tumulū quēdā pedes ascendit, ac superato tumulo cōtēplatus & hostiū ordines, et loci sitū, exclamauit quātā maxime potuit uoce, uicimus milites, uicimus, conspicatusq; cataphractos equites, totius robur exercitus, sub tumulum collocatos, præcepit equitibus suis uti in cataphractos maximis incurrerēt animis, nihil aliud curaturis, præstitutisq;, quam ut gladiis illorum hastas conciderent, quibus conci sis ac detruncatis, fore ut illi pugnæ inutiles omnino redderentur, conuersus hinc ad milites alios, non pilis hodie aut lanceis opus est inquit, gladiis tantum res agenda. Itaq; strictis simul ensibus, suris, femoribusq; figendis tantum incumbendum est, qua parte ea

taphracti equites exarmati sunt, æreisq; tegmentis nudi. Quod cũ ab equitibus peditibusq;, ut præceptum erat, seruaretur, cataphracti uix prima impressione sustentata, terga uertũt, quorum trepidatione reliquus quoq; exercitus in fugam coniectus est. Cæsis igitur supra centum millibus peditum, cataphractisq; admodum paucis incolumibus, uictor Lucullus castris ac præda omni potitus est, tulitq; hãc prudentiæ laudem, ut diuersissimis artibus ipse cum parua manu duos potentissimos reges Mitridatem ac Tigranem, illum cunctando, hunc celeritate summa utendo, breui tamen utrunq; fregerit.

De Cimone Atheniense.

Pulsis è græciã Persis, cum præter Athenienses, reliqui feré omnes agrorum securitate parta, militiã detrectarẽt, seq; ad uitã quietã, remq; ad rusticam transferrẽt, ægerrime id Atheniensium duces ferebant, cũ neq; maritimas neq; terrestris ad copias, debitus militũ numerus à socijs mitteretur. At qua prudentia erat Cimon, secus & sensit & prospexit, nam quicunq; pecuniã præstare, q̃ militiã sequi mallent, militari eos ab onere ac munere liberauit. Breui igitur arte hac effecit, ut Atheniensis populus efficeretur terra mariq; bellicosissimus, atq; in re militari maxime expertus. Quas enĩ pecunias pro liberãdis à militia socijs accepisset, ijs Atheniensis cines conducebat, cõductosq; per ordines distribuebat. Breui igitur populum suũ bellacissimum reddidit, præstititq;, ut arte & disciplina hac oĩm græciæ populorũ principes Athenienses essent, facerentq; uectigalis eos, qui pauloante fuissent socij. Res profecto longius quidem prospecta, summoq; examinata cõsilio, quæq; atheniẽsi reipublicæ utiliter cesserit, maximaq; cum laude ac dignitate.

De Valerio Publicola.

Aedificauerat

Edificauerat Romæ ædes ea tempestate magnificas editoq; in loco Publius ille Valerius, cui post à publici ac popularis boni studio inditum cognomē est Publicola, ijs ex ædibus cum descenderet in forum atq; in curiam Valerius, ut & consulum & primorum urbis uirorum mos erat, magno patrum ac populi comitatu honoris gratia deducebatur, quæ res uisentibus regiæ pompæ similitudinē præseferebat. Itaq; cū ob hoc ipm, quodq; collegam minime sufficeisset, in suspitionem uenisset affectati regni, clamq; à quibusdam etiā maledictis discerperetur, rei eius ab amicis admonitus, cōsiliū ē uestigio cœpit diruendæ domus, quæ magna ē parte causam suspitioni uidebatur afferre. Nocte igitur nō exigua manu fabrorū operariorūq; conducta domū omnē à fundamentis dirui tanta festinatione iussit, ut albescente iam die, ædificium uniuersum æquatum solo iaceret. Hac itaq; ē demolitione, nō suspitionē modo aboleuit omnem, uerum in populo patribusq; summam uitæ integritatisq; sibi admirationem peperit, maxima etiā cū gratia ac beneuolentia, ex eoq; maior indies est habitus.

De Dione Syracusano.

Ion Syracusanus consilium cū cœpisset liberandæ patriæ ab īpotente Dionisij dominatu, Athenis ubi exulabat digressus, zacynthū uenit. Ibi autē conuocatis militibus, patefacto consilio suo, animaduertit illos qui erant circiter octingenti, ac præcipue præfectos fermē omnes improbare inceptum, neq; enim tam exiguis inuadendum copijs maximum atq; opulentissimum regem, siquidē Dionisij opum, magnitudinisq; ingens inter græcos per id tempus fama erat atque opinio. Quod animaduertēs Dion cohortatus eos, iussit bono animo esse, atq; ut peractis die dicta sacris in stadio adessent, secum in Apollinis honorem discubituri. Itaq; præparatis lautissimis epulis, magnam

ex duro argentoq; poculorum ac paterarũ uim, uasculorũ item diuersi generis artificiijq;, in abacis apponendã ac mẽsis curat. Quocirca admirati conuiuæ auri magnitudinem atq; argenti, reputantesq́; animo Dionem neq; fortuito, neq; ob desperationem tantas diuitias obiectare casibus, neq; etiam iuueniliter, cum ætate esset iam provectior, atq; eius grauitas admirationi esset Græciæ uniuersæ, omni terrore discusso, maiora etiam animo conceperũt, coniectãtes ex ijs apparatas esse illi in Sicilia res, paratissimos etiam Siculorum animos, copiasq́; aduenienti instructas atq; armatas in continẽti statim affuturas. Igitur ẽ timore ac terrore maximam in spem conuersi, prõptissimis ac spei plenis animis naues ascenderunt. Atq; hac quidem arte confirmãdis militibus usus est Dion, & qui frugalitatẽ præ se ubiq; atq; in omni uita tulit, ijs in epulis luxum adhibuit, diuitiarumq́; ostentationem.

De Romulo raptore mulierum.

Petrus Summuntius & apprime doctus uir, & honesto ciue dignis artibus summe excultus, dubitare est solitus, an raptus ille Hetruscarũ ac Sabinarum uirginum, initumq́; ea de re consiliũ sit prudentiæ dãdum Romulo. Quæ enim moderatio eius est atq; itegritas? indicat facinus illud non dolosum modo, uerum etiam turpitudinis ac perfidiæ plenum, propter uiolata hospitij iura, idq́; non temere quidem iudicat. Cæterum ubi in mentem uenit, Romulum missis per Hetruriam Sabinamq́; legatiõibus omni prius studio dedisse operam, quo finitimos sibi populos et matrimoniorũ iure deuinciret, et urbis suæ populariumq́; propagationi unã consuleret, illos uero utrãq; rem inimice inuidenterq́; negasse, quod ægreferrent nouam urbẽ in caput ipsorũ crescere, eaq́; ratione conarentur ꝑcreãdis liberis ire obuiam, si artem arte lusit Romulus, non iniuria quidem uidetur excusandus. Itaq; ludos se uo

uisse Neptuno cum simulasset, ad eos publice celebrandos uicinas inuitauit urbes, spectaculo publice indicto. Igitur plurimi eo cum mortales concurrissent, cum uxoribus, ac nubilibus puellis, ubi tēpus uisum est, dato signo, iussit Romulus ab ijs, quibus demandatum fuerat, uirgines rapi, quas post coniuncta sibi Hersilia, inter populares distribuit, celebratis solemni more nuptijs. Nam & ante nuptiarū diem honestime eas habendas curauit, & ipse blande appellando, dum uim excusat, ac prolis cupiditatē in causam uocat, prætexitq; honestum culpæ titulum, solari eas omni arte conatus est. Itaq; cū hæc fuerint Romani imperij principia, maximi omnium quæ unq̄ fuere, eiusmodi consiliū quis accuset? cū præsertim Romulus de re uxoria prius cū finitimis amicissime ægerit, & urbi suæ ut consuleret, necessario cogeretur, aliaq; uia aut ratio nulla esset reliqua, q̄ uero prudenter ab illo excogitatum sit & actum, exitus ipse ac tanti magnitudo imperij declarauit.

De Hostilio rege.

Conserta cum Veiētibus ac Fidenatibus, ab Hostilio Romanorum rege pugna, in ipso pugnādi ardore nuntiatur ei Albanorum præsidia, quibus Metius præesset Suffetius, montē capere, nudata ab eo latere Romana acie, quod eo cōsilio faciebat Metius, ut Fidenatibus sese inclināte Romano adiungeret. Hoc cognito, rex nec animo nec cōsilio destitutus, q̄uis in maximū discrimē adductā rē cerneret, uultu q̄ maxime cōfirmato, uocem ita extulit, ut ab Fidenate audiretur suo iussu albanum occupisse montē, quo aduersarios adorirēt à tergo. Quibus auditis Romani eo quidē audētius in hostē irrupūt, aduersarij uero destituti spe qđ putarēt se à Metio deceptos, cōsternatissimis animis dedere terga, atq; in fugā uersi, ingētē eo die cladē accepe. Itaq; uox illa prudētissimo cōsilio atq; uel

maxime confirmato, inter acies iactata, uictoriam Romano peperit. Postq́; & Metium quadrigis illigatum discerpendum equis rex permisit, & Alba diruta, populum albanũ omnem migrare Romam confestim coegit.

De Fabio Ambusto.

Abij Ambusti prudens factum minime prætereundũ uidetẽ. Is em̃ Anxur cũ oppugnaret ab infima parte qua in paludes prona est, Seruilium Ahalam quattuor cum cohortibus circummisit, qui parte à superiore mœnia ex improuiso inuaderet. Igitur intra muros irruptum cum esset, diuq́; anceps in urbe prælium (nulla nãq́; cedendi spe relicta, cogebantur oppidani pugnam ob desperationem ip̃am eò acrius inire) hoc cognito Fabius pronũciari iussit, atq́; edici, neq́; ex hostibus præter armatos uiolaretur, quo edicto, proiectis statim armis, & cædes desijt, & urbs in potestatẽ Fabij redacta. Quid ultra? iussit ab urbis direptione cessari, donec collegæ Valerius & Cornelius, qui interim Volscos distinuerant, cum exercitibus suis aduenissent. Iudicabat enim ab illis quoq́; captum oppidũ, quod Volscos interea à præsidijs auertissent, direptionisq́; participes iure quoq́; esse debere. Itaq́;, ut Liuius inquit, ea primũ benignitas imperatorũ plebem patribus conciliauit. Prudens hoc Fabij cõsiliũ omni ẽ parte consideratum, tum foris animos popularium mirum in modum deuinxit, tum domi turbationes plebisq́; tumultuantis animos compo suit, mirificeq́; patribus ac nobilitati conciliauit.

De senatu Tusculano.

Enatus Tusculanus, cum intellexisset bellũ aduersum se à populo Romano indictum, ac duce Camillo aduentaret exercitus, clam matureq́; inito consilio, id decreuit, edixitq́;, nequis intrantibus Tusculanos fines Rõanis ex agris demigraret, finitimisq́; exercitus iti

neri locis, ne'ue agrorum operæ intermitterentur, quin patentibus portis urbis, & ciues obuiam togati frequentesq; processere imperatori, & positis à Camillo ante urbē castris, cōmeatus in castra comiter ex urbe agrisq; deuectus. Miratus id Camillus, ac fictū suspicans, urbē ingredi uoluit, cumq; cōperisset quieta ac tranquilla oīa, opifices intētos, quenq; operi suo, ludos quoq; litterarū strepere discentium uocibus, demū ita oīa intra urbem geri, ut belli fama uideri cō perlata uix posset, uictus hac hostiū patiētia, ut Liuius ait, uocato ad se Tusculano senatu, soli adhuc inquit Tusculani ciues uera arma, uerasq; uires, quibus ab ira Romanorum uestra tutaremini, inuenistis. Ite Romā ad senatum, apud quem ēuestigio profecti, ita uerba fecere, ut pacē non modo impetrarent, uerum haud multos post dies etiam ciuitatem. Itaq; aduersus Romanorum indignationē ac potentiam pro re præsenti, neq; sanius consilium, neq; prudētius excogitari potuisset ullū, nā & imperium iramq; facile à se auertere, & non inuenere solum pacem ac ueniā, uerum prudentis etiam facti meritum, cū ciuitate donarētur.

De Spurio Postumio.

Ambigam constantiore ne animo ac prudētiori cōsilio à Spurio Postumio, post caudinam illam pacem, qua ab ipso consule exercituq; Romano itū est sub iugum, prospectum infamiæ suæ fuerit atq; ignominiæ omnium maximæ, quam Romani consules aut duces ad ea tempora subijssent. Is enim à.P. Philone uocatus in senatu ad dicēdum, ita quidem locutus est, primum ut diceret nō teneri populum Romanū sponsione sua, quādo iniussu eius facta esset, neq; ex ea sponsione præter suum ac collegæ corpus deberi quicq;. Deinde censuit sese dedēdos esse, nudos uictosq; per feciales Sānitibus, ut ea ratiōe populum Romanum excluderent, si qua illū obligassent, ne quid diuini

obstaret humani'ue, quo minus iuste pieq; aduersum Samnites de integro bellum iniretur. Quocirca consules exercitum scriberent pararentq; quae bello essent necessaria, non prius tamen hostium fines Romanus ingrederetur exercitus, q̄ quae dedēdis ipsis praestari iusq; fasq; eēt, pfecta eēnt cuncta, quibus in hanc sententiam dictis haec, ut Liuius refert, subdidit. Vos dij immortales precor quaesoq;, si uobis non fuit cordi Spurium Postumiū, & Titum Veturium cōsules cum Sānitibus pspere bellum gerere, at uos satis habeatis uidisse nos sub iugum missos, uidisse sponsioni infami obligatos, uidere nudos, uictosq; hostibus deditos, oēm uestram iram nostris capitibus excipientes, nouos consules legionesque Romanas, ita cum Sānite gerere bellum uelitis, uti omnia ante nos consules gesta sunt. Qua igitur fortitudine animi haec dixerit, qua etiam prudentia ad abluendam infamiam, ipse idem testis est Liuius, qui dicit tantam admirationem miserationemque incessisse omnes, haec ubi Postumius dixit, ut modo non crederent illum eundem esse Spurium Postumium, qui author tam foedae pacis fuisset, modo miserarētur, quod uir talis, etiam praecipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram diremptae pacis, quinetiam post haec dicta cum tribuniplebis tentarent intercedere, ita quidem disseruit, ut ostenderet nihil populo Romano, nihil ipsis tribunis esse cum Samnitibus, cū quibus nihil ab eis esset actum, neque cum ipso Postumio ac Veturio, quibus nihil ab iisdem esset mandatum, uerum ipsos qui spopondissent, Samnitibus sponsores esse solos, ob idq; (quod praestare ipsi possent) sua corpora, suas animas praestare Samnitibus, in quae saeuirent, ferrumq; atque iram acuerent, conuersusq; ad collegam, nos inquit Tite Veturi, uosq; caeteri, uilia haec capita luendae sponsio

ni offeramus, & nostro supplicio liberemus romana arma, bisq; in hanc sententiam fortissime dictis, abdicato magistratu, uterq; traditi sunt fecialibus, Claudium ducẽdi. Igitur ad locũ ducti, ubi & detrahendæ uestes erant, & manus uinciendæ nudis, cũ apparitor uerecundia maiestatis tanti uiri laxius deuinxisset, tũ Postumius, quin tu inquit lorum adijce, iustaq; fiat deditio. Nec uero prætereũdũ censeo, qđ summa etiam admiratione dignum est, cũ peruentũ ad tribunal esset, ubi Pontius præsidebat Sãnitium dux, dixissetq; fecialis, hosce homines uobis dedo, quo populus Romanus scelere impio sit solutus, ibi Postumius quod ob deditionem factus esset iam Samnis, fecialis femur quanta maxima ui potuit perculit sullato genu, quando manibus uinctus erat, clara obtestans uoce. Samnitem se ciuem esse, illum uero legatum fecialem, à se cõtra ius gentium uiolatum, idq; eo cõsilio, quod iudicaret aduersum Samnites populum Romanũ iustius bellum esse gesturum, feciale contra ius gentium ab ciue Samnite uiolato. Admirabuntur alij fortitudinem, quæ in hoc miserabili casu, nimirum fuit summe admirabilis, ego uero uel prudentiam magis, qua una omni è parte infamiæ occurrit atq; ignominiæ, non apud Romanos modo, uerum apud quascunq; gentes, ad quas rerum Romanarum fama esset penetratura. Nã persuasum cum haberet, qua magnitudine animi senatus esset populusq; Romanus, se dedẽdũ hosti, anteq̃ ea de re in senatu disputatũ esset, ipsemet qui primus ut diceret, rogatus est, seq; atq; collegam & alios quosdam dedendos censuit, & cũ tribunis obstitit intercedẽtibus, senatũq; in suã traxisset sententiam, de reo seipsum fecit actorẽ. Et q̃uis ubiq; reũ se confiteret, ubiq; tamen perinde ut actor causam ægit, atq; in causa publica ex priuato se ac reo iudicem statuit. Quã è re cũ cõstantiæ fortitudinisq; suæ ducem haberet prudentiã, ac fortitudinem prudẽtiæ

parentem ipsi, quod ad Pontiũ Samnitesq; attinet, id effecit, uti confestim post deditionẽ cõuersus ad lictorẽ Pontius diceret. L. lictor deme uincula Romanis, moratus sit nemo, qui minus ubi uisum fuerit, abeant. Itaq; in castra inuiolati redierunt. Quod uero ad populum Romanũ ne fides dictis meis abrogetur, ponam Liuij uerba. Hoc senatusconsulto facto lux quædam ciuitati affulsisse uisa est. Postumius in ore omniũ erat, eũ laudibus ad cœlũ ferebant, deuotioni Publij Decij consulis, alijsq; facinoribus æquabãt. Emersisse ciuitatem obnoxiam paci illius consilio & opera, ipsum se cruciatibus & hostium iræ offerre, piaculaq; pro populo Romano dare, ut arma ex eo cuncti spectarent & bellum, nunq̃q; futurum sperarent, ut congredi cum Samnite liceret.

De Papirio Cursore.

u Ersabatur res Romana maximo in discrimine, cogẽtibus quantas maximas possent copias Samnitibus ad Aquiloniam urbẽ, ibiq; peragendis sacris quasi initiatis militibus iureiurando adactis, diro etiam carmine composito in execrationẽ nõ proprij modo capitis, uerũ familiæ stirpisq;, non recusandi imperatoris imperiũ, nõ fugiendi ex acie, quin occidendi, siquem quis ex acie fugientem uidisset. Atq; illud quidẽ militare robur Sãnij totius fuit, utq; proditum est à scriptoribus, ad quadraginta millia lectissimorum militum. Has aduersum copias Romanorũ duces erant, Spurius Caruilius, & Lucius Papirius Cursor. Itaq; partiti copias, eodẽ tẽpore Caruilius Cominiũ Samnitiũ urbẽ oppugnabat. Papirius sese ad pugnã instruebat aduersus exercitũ, qui ad Aquiloniã cõsedisset. Cũ igitur pugnæ tempus aduenisset, Papirius collegam per epistolam rogat, (aberat enim uiginti passuum millibus) nequid ocij, quietisq; relinquat obsessis, quo Samnites partem eò copiarũ è castris mitterẽt. Die itaq; pugnæ, cũ Pullarius auspiciũ mens-

titus esset, et ipse signũ proposuisset, ac paulopost compisset mendacium, iussit Pullarium inter prima signa constitui, inquiens. Mihi quidem milites tripudium nuntiatum est, egregium & mihi duci, & militibus nobis auspiciũ. Cæterũ auspitio qui affuisset, si quid falsi nuntiauit, in caput illum suum religionem cõcepisse. Cũq; ad primum cõgressum Pullarius pilo ictus occubuisset, bene habet inquit, adsunt dij præliantibus nobis, dedit pœnam noxiũ caput. Cumq; ante initã pugnã iussisset Spuriũ Nautiũ ad hostiũ terga occultis itineribus cũ iumentis ac mulis castrẽsibus, insidẽtibus ijs militibus in medio ardore pugnæ quantum maximũ posset puluerem excitare, Nautiusq; in tempore & affuisset à tergo hostium, & puluerem excitasset, mulis ipsis trahentibus frondentis ad caudã ramos, quis puluerem exagitarẽt multo maximum, hoc uiso Papirius sublata uoce ut hostes quoq; exaudirent, captum est inquit Cominiũ, collega aduẽtat Caruilius, an passuri estis milites gloriam pugnæ huius apud collegæ exercitum fore? Quo dicto ut hostium consternauit animos, sic adauxit suis, incenditq; gloriæ cupiditate confestimq; ascenso equo signum dedit equitibus, uti in aciẽ inferrent se hostium, quacunq; ipsum erectam quatientem cuspidem uidissent, atq; haud multo post artibus his hostiũ exercitus cæsusq;, & in fugam uersus est. Reuersus autem ipse ab ijs insequendis, cũ præter opinionẽ uideret Romanos aliquot milites Aquiloniæ muros iam ascendisse, quando inquit paucorũ temerarijs ausis magna nobis oblata est occasio, utamur ea, & q̃q; fessis militibus, signa in urbem inferri iussit, cũq; ea nocte magno cum silentio Sãnites portis egressi, fuga salutem peterẽt, ipse oppido potitus est, ma neq; fugientes acerrime insectatus, ex eoq; debellatus est Samnis non tam militum ac præfectorum uirtute, q̃ ducis ipsius prudentia atq; consilijs, ut nequaq̃ tantũ ualuerint

apud hostem initiationes ac sacra, quantum apud Romanos Papirij unius consilium atq; prudentia.

De Eumene rege Pergamorum.

Agnus ille Antiochus cum immineret Romanis
m traxissetq; in amicitiam Ptolemæum Philopatrum ægipti regē, tradita ei in matrimoniū Cleopatra filia, eadē etiā ratione Ariaratem Cappadociæ regē collocata ei altera filia Antiochia, tertiam Eumeni obtulit Pergameno, quo eodem quoq; affinitatis genere illum sibi adiungeret, haberetq; aduersum Romanos firmiorem. At Eumenes Romanorum uires bellicaq; eorū instituta & artes considerans, decreuit nulla ratione Antiochi partes sequi. Mirantibus autem id Actalo & Philetero fratribus, nec satis eius consilium probantibus, quod maximi omniū ea tempestate regis & quidē rogantis recusaret filiam. Atqui inquit Eumenes futurum est inter Antiochū & Romanos bellū atrox quidem, & quanq; procul ab italia, tamē quod ratio ipsa & Romani populi natura monstrat, in initio pares euētus propter Antiochi opes atq; potentiā in cōmuneq; fortunam abiturum, cæterum progrediente tempore uictoriam omnino penes Romanos futuram, & propter magnitudinē ac firmitatem imperij, reiq; militaris disciplinā, & propter tolerantiā laborum & summā animorum pertinaciā, quod haud multopost successit superato Antiocho, intraq; montem taurum redacto. Eumenes igitur quo erat rex usu, ac tum futurorum prospicientia, tum præsentium perpensione, uictoris Romani iram euasit ac uim, paternumq; sibi regnum & stabiliuit & auxit rem romanam secutus.

De Seleuco rege, & Erasistrato medico.

Ræbuit Seleucus, qui Alexandro mortuo syriæ præ
p fuit, lateq; plurimis imperauit populis, rarissimum paternæ charitatis in liberos exēplū. Is ex Apamea

uxore filium susceperat Antiochum. Ea mortua Stratonicē duxit, cuius amore captus cū esset Antiochus, tacitus mœrensq; hinc pudore, illinc amoris conficiebatur impotentia, qua e re lethalē contraxit morbum, qui eo erat periculosior quod eiusmodi affectus medicis erat incompertus. Erasistratus igitur inter omnes qui ægroto astabant, & primus & solertissimus medicus, cum adolescentis corpus sincerū uideret, nullisq; illud malignis uexari humoribus, ægritudinis causam ad ægroti animū referre secum cœpit. Decreuit igitur assidere Antiocho, & ad salutationē ingressumq; singulorum intra cubiculū, illius notare commotiunculas. Per multis igitur diuersi generis quottidie eum inuisentibus, cum in illorū siue aditu, siue abitu, non oris, non uenæ spiritualis signum aliquod commotionis appareret, sed iaceret Antiochus mœstus, languensq; ac semitorpidus, nec tamē ipse ab incepto desisteret, cōtinuaq; animaduersione, deprehendit tandē, & dum cubiculum ingrederetur, & dum languenti assisteret Stratonice, intingi rubore Antiochi faciē, uenamq; subsilire, ac corpus ipsum uigorem resumere, confestimq; abeunte illa labascere, spiritumq; ipsum concidere, idq; cū non semel animaduertisset, ut erat naturæ sciēs Erasistratus, hinc amorem morbi esse causam, illinc pudorē, ac paterni thori reuerētiā, atq; infamiæ metū hancq; inter cōtentionem, affectuumq; cōcursationem tacitum illū languētemq; tabescere, atq; occulta cura cōfici, pudore, metu, amore, desperationeq; obluctantibus. Huius igitur rei tā occultæ et raræ deprehēsio, q̄ sita in Erasistrato inesset igenū uis, q̄ magna etiā mentis intelligentiæq; eius siue prudentia, siue sagacitas, aut perspiciētia, rarissima quadam cum admiratione omnium declarauit. Sed inuenta morbi causa, longe maior prudentia eius extitit comparandis atq; adhibendis remedijs adeo difficilibus, cum ea quæ amaretur, pa-

tris & amantissimi quidem patris esset uxor. Itaq; multa se cum animo cum agitasset, tandē his Seleucū est aggressus. Compertā habeo rex morbi causam, amorem. s. muliebrem, uerū quam deamat filius ea est ut desperandum sit illi, posse ea potiri. Ad ea rex, dij inquit boni, quænam hæc est mulier, quam si minus donis, at certe coniugio, & parte regni etiā potissima in dotē tradita traducere ad uoluntatē filij, & eius q̄dē unici nequeamus? quādo nihil est quod nō libētissime pro eius sim salute præstiturus. His auditis Erasistratus, regem cū uidisset, maxime incēsum, atqui inquit, ō rex ne diutius frustrere, mea est uxor, filius quam deperit tuus, addiditq; & uerbis uultum quā aspernacissimum. Tū Antiochus precabūdus, ò amicissime Erasistrate, medicæq; facultatis cum primis experiens, quando ad eximiam rerū cognitionem summam etiam bonitatem adiunxisti, nonne uno tempore, & patris senis miserebere, & unicum filium tali ingenio præditum, tantiq; imperij successorē, arte tua, tuo item beneficio, munereq; in uitam restitues? An passurus es per summam etiā iniustitiā tabescentem illum cōfici, eiusq; rei desiderio quæ in manu tua est, miserabiliter expirare & emori? Ad hæc aliaq; tum precum tum pollicitationum plena, perinde ac indignaretur Erasistratus, uim sibi regem afferre uelle, uidelicet ò Seleuce tua tu si eam filius amaret uxorem, esses illi traditurus? Ad ea benigno uultu rex & uxorem inquit & regnum, sed tu iniustior, qui cū & morbum deprehenderis & morbi causam, sitq; penes te unum remedium, tamen & patrem unà & filium, eadem opera uelis perdere peruetus noster cum sis & amicus & medicus. Tū rursus Erasistratus ne tu rex maxime qui me iniustiorem uocites, iureiurando affirmaueris, tuam te uxorē q̄uis & unico & charissimo nato traditurum, si ob eius amorem is iaceret, ut quidem de mea iacet (quod uides) q̄

grauissime. Hic rex cum & per regiam fidem & per deos immortales iurasset, pro Antiochi salute, quem unicũ haberet, eundemq́; continentissimum pariter ac maxime prudẽtem cognosceret animo q̃ libentissimo, uxorem se illi suam esse concessurum, facturumq́; longe etiã maiora salutis illius ergo, cum Erasistratus, regem cerneret nihil simulãter loqui, uerum ex animi sententia, composito admodũ sermone, & qua opus erat adhibita prudentia, rem omnem patri sic aperuit, ut hoc cognito Seleucus lætatus fuerit mirificũ in modum, quodq; reliquum in authoritate sua intelligeret collocatum, operam primo adhibuit, uti filio uxoriq́; à uiris grauissimis maximæq́; authoritatis connubium persuaderetur. Quo ab utroq; impetrato, conuocatis undiq; amicis, dynastisq́;, ac ducibus exercitus, orationẽ huiusmodi ad illos habuit, senem esse se, suamq́; ætatem indigere nepotum præsidijs, minime uero passurũ, tãtum se imperium sua, præsertim unius culpa Macedonũ é iurisditione ad alias manus ditionemq́; prolabi. Hisq́; atq; alijs in eam sententiã explicatis, de nuptijs filij & parte regni ei permittẽda quid decreuisset aperuit, summaq́; cum lætitia, & amicorum atq; exercitus uoluptate nuptias illorum celebrauit. Hoc igitur Erasistrati factum eiusmodi quidem fuit, ut non ad humanã modo prudentiã uerum ad diuinam quandã potius sapiẽtiam referendum uideatur.

De senatu Romano.

Euicto ac recuperato latio, eiusq́; receptis urbibus d à Lucio Furio Camillo & C. Menenio consulibus, senatus populusq́; Romanus, Camilli de summa rerũ relatione laudata, decreuit, rebus ijs pro meritis populi cuiusq; consulere. Censuerat enim Camillus quoniã uirtute exercitus, consulumq́; ipsorum opera, dijs bene iuuantibus, in manu senatus ac populi esset, uellet ne esse latium,

aut de cætero nullum omnino esse, pacemq; sibi quo ad lati nos attineret parare in perpetuũ, aut sæuiendo aut ignoscẽdo posset, uel pœna uel beneficio à senatu præoccupandum matureq; quodcunq; placuisset, statuendum esse, minimeq; tot populos inter spem metumq; suspensos animi diutius habendos. Habita igit̃ præcipua cũ maturitate populi cuiusq; latini ratione nominatim de singulis, deq; Camilli sentẽtia decreuit, nã Lauinos ciuitate donauit, sacris etiã redditis, Aricinos quoq;, ad hæc Nomentanos Pedanosq; eodẽ quoq; iure in ciuitatem accepit, quod etiam ius quia Tusculani antea quidem habuissent, iisdem confirmauit. At Tiburtes Prænestiniq; agro multati sunt. Cæteris uero Latij populis connubia inter se adempta. Quo autem remotiores qui essent populi, beneficijs eos sibi obnoxios faceret, campanos equites quod cũ Latinis minime ad rebellãdũ cõsensissent, Fũdanos item, Formianosq;, quod suos per fines Romanis exercitibus iter pacatũ dedissent, actutũ etiã ciuitate donauit, pariterq; & Cumanos & Suessanos. Quo quidẽ cõsilio, quibusq; decretis reipu. prospectũ est securitati, summa cũ prudentia ac maturitate, habita tum urbium ac meritorũ cuiusq; ratione, tum etiam illorum temporum.

De Quinto Fabio.

Q Vintus Fabius dictator in obsidiõe illa Satricana, cum ipse iam obsideretur, hinc ab oppidanis, illinc à Sãnitibus qui auxilio Satricanis uenerãt. Cũq; cognouisset ab Roma. C. Fabiũ magistrũ equitũ aduentare cum præsidijs, monuit illũ, uti secreto aliquo abditoq; in loco delitesceret, donec ab ipso signũ accepisset. Quo cũ magistro equitum constituto, cælauit de aduentu illius milites, quo spem in se ipsis modo collocatã scirent, ratus illorũ animos, quos fortis esset expertus, efficacius proposita necessitate incendẽdos. Itaq; pugnæ signũ cũ dedisset, sic allocu

tus est milites, ut diceret sola in eruptione spem esse uiã fer ro patefaciendã, ad cõmeatũ comportãdũ nullũ oĩo aditum, cũ circa oĩa defecissent, ne'ue illos frustraretur, castra ipsa esse relinquẽda atq; ab se mandatũ, uti primũ cũ agmẽ uallo excessisset, ignis iniijceretur, iacturã rerũ quæ incẽdio cõ cremarentur, hostiũ ẽ præda resarciendã. Atq; his dictis, et milites uallum egredi confestim iussit, & in hostem despe ratione magisq; ira concitos ferri, & ab altera castrorũ par te ignẽ iniici, quod quidem signũ, ignorante milite, cũ ma gistro equitum conuenerat, qui in insidijs post hostem deli tescebat, Hac itaq; ratione, hinc milite ob desperationẽ acer rime in Samnitem illato, illinc magistro equitum repentino adortu inuecto, uehementiusq; premente à tergo, hostis in medio cæsus est, romanusq; nõ solum obsidione liberatus, uerũ etiã uictor castris Samnitũ potitus est, prudentia du cis arte sua uictoriã apparante. Diuerso idem consilio usus est post traductum ab se trans ciminiam siluam exercitum, cũ Etrusci coniunctis unã finitimis secum Vmbris, maxi me ingentibus copijs in eius castra illati essent. Quo tem pore & res Etruscorum eleuare admodum annixus est, im bellemq; eum hostẽ ostẽdere, & suas ipse non mõ est cohor tatus, uerum etiam ijs uerbis usus, quibus spem milites conciperent, proditionis inter hostes occultæ, curarent igẽ tur corpora, darentq; se quieti, dum pugnæ tempus affo ret, quod ideo fingebat, quo illorum animos hostiũ multitu dine deterritos cõfirmaret spe, excitaretq; ad uictoriã, quæ confestim secuta est. Nam pauloante lucem somno grauatis hostibus, negligẽtiusq; circa agentibus, prorupto dolabris nõ una ẽ parte castrorũ suorum uallo, emissisq; uno impetu copijs oĩbus, semisomnes suisq; ĩ cubiculis cecidit, fugiẽtes q; non modo insecutus est, uerũ castris hostiũ potitus. Ita ar

te hac q̄ꝗ̄ꝫ diuersa eo die ad sexaginta millia hostium cæsa sunt, aut capta. Quanta itaqꝫ uis sit prudētiæ nullū non uitæ genus ostēdit, ut nisi ea ipsa aut dux pro tēpore affuerit, aut comes, fortitudo utiqꝫ temeritas esset, quam nonnunq̄ꝫ uertat in fortitudinem.

De Quinto Seruilio.

Superatis bis uno anno conserta manu Sānitibus, militeq́ꝫ Ro. Capuæ, locisq́ꝫ finitimis ī hibernis collocato, quod campanæ delitiæ militū animos emollissent, ubertasq́ꝫ cū primis soli atqꝫ agrorū amœnitas, initū est clam ab illis consiliū adimendæ cultoribus ipsis Capuæ. Quæ res, magno cū agitaretur militū cōsensu et studio, perlata ā tribunis est ad Q. Seruiliū quartū tunc consulem. Is, uti erat ætate & rerū usu doctus, quod intelligeret quanto res in discrimine uersaretur, diuersa cū agitaret animo, metireturq́ꝫ grauitatē periculi, iudicauit arte tandem occurrēdum esse. Itaqꝫ clam summisit qui per hiberna rumore, ut Liuius inquit, dissiparent, iisdem in oppidis in sequenti anno hibernandū esse. Idq́ꝫ eo faciebat consilio, quo illi patrādi incepti spem differrent, dum in manu sua positū esse intelligunt, quandocunqꝫ exequi illud uellent, hacq́ꝫ ratione aliquandiu militare frustratus est consilium, post uero eductis eadē arte ex hibernis militibus, in æstiuis eos collocat, aliamq́ꝫ ingressus uiam ē principibus coniurationis, sensim nūc hunc in patriam remittebat, quod emerito esset stipendio, aut parū integris uiribus: nunc illum quod diutius abfuisset domo, aliū sub speciem procurādi commeatus, modo singulos, modo plures ablegabat ē castris, nunc alios atqꝫ alios, quēqꝫ tū sub honestam causam, cōmonefaciebatq́ꝫ qui Romæ erāt magistratus, ut quos Romam missos sciret, moras nectendo ludificarēt. Itaqꝫ arte hac, industriaq́ꝫ peruersis militū cōsiliis, iāt obuiam, rebusq́ꝫ campanorū occultissime pariter

me pariter turpissimeq; cõsuluit, nec minus senatus integri tati, consulariq; dignitati ac suæ.

De Gorello Neapolitano.

Gorellus Orilia, cuius familia Neapoli nõ mediocriter Ladislao sub rege floruit, quæq; nunc penè extincta est, cũ Ladislaus uictus fugatusq; ab hoste ex agro casinate, Neapolim cõfugisset, ibiq; de comparanda pecunia ad restituendum exercitum solicitus esset admodũ, decerneretq; suadẽtibus quibusdam magis partiũ studiosis q̃ sapientibus uiris, noua quædam insitataq; tributa parẽtibus populis imponere. Ea re cognita, Gorellus q̃q̃ senex, ac pedibus laborans, regem adijt, & qua erat comitate atq; prudentia, q̃ inquit uereor ó rex ne dum hostiũ impedire conatus, ac repellere uim studes, id ipse agas, ut tuos in te populos popularesq; noua ob tributa iratos excites, prouocesq; in odiũ ac maleuolentiã. Quid obsecro q tibi male uolũt, quiq; aduersariorum rebus fauent, quid inquam aut magis cupiant, aut uehementius optent, q̃ id consiliũ ut ineas, qđ auertere à fidelitate atq; in te beneuolentia & studijs, q̃ facillime popularis tuos queat? Atqui hæc quidem & una & certissima est ad id ipsum uia, quã ut ineas, q rebus tuis male consultum uolũt sub beneuolentiæ speciẽ suadere tuto habeant. Quocirca consilia hæc ut parum utilia, ut minime salubria, atq; ab hostibus tuis magnopere expectata, ex animo tuo prorsus eijce, quodq; summa tibi centum millium opus est, eaq; præsenti, nobis familiaribus tuis atq; administris, quorũ una futura est tecũ fortuna, cogendã inter nos atque enumerandã statue. Atq; his dictis, assumpto confestim calamo paucos quosdam regis ex administris designauit, quãta cuiq; sibiq; imprimis ipsi pecunia irroganda esset notata, eaq; è uestigio persoluta est. Prudentissimum sane pro re ac tempore, & datum à Gorello & acceptũ à rege cõsiliũ est.

Quo effectum est, ut ex hac subsidiaria paucorum eorumq; fidelissimorum hominum contributione, peruersis hostium obuiam iretur consilijs, regisq; necessitudini, & populariũ consuleretur beneuolentiæ ac quieti.

De Tito Flaminio.

Titus Quintius Flaminius, repulso ad Hapsum fluuium Macedoniæ rege Philippo, cum uideret illũ in Thessaliam properare, atq; incensis regionis oppidis, quæ infirmiora uidebantur, eius iussu incolas intra montium aspera se conferre, quæq; secum parum illi asportare possent, ea Macedonibus à militibus diripi, iussit militem Romanum perinde ac per pacata loca iter facere, ac tanquam Romanæ ea ditioni à Philippo permissa essent, ab omni prorsus direptione uiolentiaq; abstinere, nihilq; hostilem in modũ agi, quin amice perhumaniterq; administrari ab suis omnia. Qua ẽ re humanitas cum perspecta esset Quintij, animusq; longe à superbia auaritiaq; alienus, id effectum est, ut cum primum in Thessaliam cum exercitu ꝑuenisset, certatim urbes ad sese dedendas sponte oratores mitterent, breuiq; Græci ut ipsi palam dicerent Romanos non aduersum Græcos, uerum pro Græciæ libertate aduersus Macedonum dominatum bellum gerere. Quod re ipsa paulopost experti sunt, cum Isthmicis in spectaculis, quibus celebrandis omnis ferme Græcia conuenerat, pace parta, superatoq; publicæ libertatis hoste, Titus ipse Quintius publico edicto per præconem declarauit Græciæ populos senatu populoq; Ro. seq; ipso consule id statuente, liberos immunesq; de cætero fore, eosque sui iuris esse. Res sane non prudentissimo modo imperatore apprime digna, uerum etiam eius uiri propria, qui in litteris atque humanitatis fuisset studijs enutritus.

De Photione Atheniensi.

a Theniensis Photion cum intelligeret nulla se ratione populum ne aduersum Boetios arma sumerent, continere posse, arte eos industriaq; coercẽdos iudicauit. Edici enim confestim per praeconẽ iussit, ab ipsa uti pubertate ad septuagenarium usq; qui ciues essent omnes uti arma caperent, ac quinto post die uti armati instructiq; adessent, sex dierum commeatu assumpto, qui se ducem in Boetiam sequerentur. Quod edictum omnes cum accusarẽt ut iniquum parumq; consideratum, ipse contra obsistens asseuerabat, nullam inesse edicto iniuriam, cum ipse octogenarius armatus esset cum cæteris in acie affuturus. Hac igit arte, impetu populi per summam prudentiam compresso, ciuitatem ipsam ad sanitatem reuocauit.

De Marcio Romano.

m Arcius prætorius uir secutus Bruti partes, cũ eẽt in conflictu illo macedonico ab antonianis uictoribus captus, seruum sese esse simulauit, emptusq; sub hasta à Barbula quodam minime impigro homine, eã in ipsa seruitute ingenuitatẽ præfetulit, ut præpositus primo ab hæro seruitijs alijs fuerit, dein uero atq; haud multo post rei etiã pecuniariæ, quodq; Barbula uideret inesse in eo ciuilis atq; urbani hominis magisq̃ serui studia, ac cogitationes, non semel cohortatus est illum, conditionẽ indicaret ut suã, pollicitus etiam operam impetrandæ ueniæ, etiam si ẽ proscriptorum esset fortasse numero. Ille autem qua erat animi firmitate ætq; prudentia, obsecutus est temporibus, in proposito ubiq; perstitit, seruum sese utiq; professus. Aliquantum autem inde post tempus Barbula cum decreuisset Romam proficisci, percunctatur Marcium, eẽt ne secum ad urbem profecturus, arbitratus si ẽ proscriptis esset haud quaq̃ secum iturum. At ille libentissime iturũ quo se cunq; uellet, respondit. Quo postq̃ peruentum est,

eam aduersum Barbulam cõtinuauit operam seruili sub sa mulatu et habitu, ut proficiscentem etiam herum in curiã, atq; ad salutandos consules comitaretur, astaretq; habitu sub seruili ante fores. Itaq; cognitus tandẽ ab amicis qui busdam, Barbulæ in aures subdubitanter tamẽ, et maxime considerata opera instillatum est, ne seruulum illũ crederet sed ingenuum esse sciret, ac Romanum ciuẽ. Clam igitur illum si amaret, & operam nauare se dignam uellet, id age ret, ut a proscriptione eximeret. Quod quidem a Barbula cautissime per Marcum Agrippam ẽ procuratum, nec ita multo post in Octauij amicitiam receptus est, & prætor eti am declaratus. Ab ipso igitur initio Marcius pro re quidẽ ac tempore cõsilium id cœpit, ut uitã quo redimeret, uenali um se ẽ grege faceret, cũ ratione alia saluum se fieri posse omnino diffideret. Quod cõsilium ea secutus est opera atq; industria, ut et nobilitatem generis circunspectissime obte geret, ne qua manifestã in suspitionem ingenuitatis incide ret, aut eius fidem faceret, & ut Romæ cum esset pensatis rebus simul ac temporibus, melius ac salubrius capere con silium posset. Quo autem fauore, quaq; benignitate, fortu na quoq; ipsa cõsilio huic aspirauerit, animaduertite quæso Antonij rebus ab Octauio profligatis, captus Barbula qui eius secutus erat partes, cum & ipse seruum se Marcij exẽ plo simulasset, uendereturq; sub hasta fortuito est ab ipso quoq; Marcio cum alijs quibusdam emptus, nequaq; tamẽ ꝓpter squalorem statim cognitus. At ubi Barbula seipsum aperuit, non solum Marcij opera ueniam impetrauit, uerũ in Octauij amicitiam ita receptus est, ut militares ad hono res atq; ad præturam etiam euectus fuerit.

De Dinocrate architecto.

d Inocrates architectus maxime nobilis, cum aditũ ad Alexandrum impetrare per purpuratos ac fa

miliares eius, minime etiam multum post tempus posset, iu dicaretq; ab illis se irrisum iri, consilium ac simul etiam auxilium a se ipso petijt, cumq; esset ipse procero admodũ statu, nec quadratis tantum membris, uerum forma ac dignitate corporis totius insignis, atq; aspectu ipso praecipue gratus, nactusq; opportunitatem, quo die Alexãder populo dabat audientiã, praesidebatq; iuri dicendo, nudatis membris oleoq; peruncto corpore, ac populea fronde coronato capite laeuo humero leonis pelle amicto, dextra ipse clauã gestans ad tribunal prodijt. Qua nouitate permotus Alexãder, iussit aditum illi ad se dari, percunctantiq; qui nam esset, aut quid eo habitu sibi uellet, respondit Dinocrates, quaesisse eo se habitu ad illum aditum atq; audientiam, esse autẽ architectum, ac genere Macedonem, afferre autẽ se multas quidẽ & egregias cogitationes Alexãdri magnanimitate dignas in ijsq; de monte Atho in uirilis statuae formam redigendo eo quidem artificio ac positu, uti laeua manu urbis maxime capacis amplitudinem contineret ac moenia, dextra uero pateram, qua fluuiorum omnium qui eo ẽ mõte defluerent, decursus exciperet. Quibus auditis Alexander ingenio hominis ac sermone delectatus, cum admiraretur etiam inuenta secum illum esse uoluit, utq; in Aegyptum sequeretur, statuit. Cumq; Alexandriam aedificaturus esset, Dinocratis cõsilio & opera usus est in ea aedificanda. Per hanc itaq; maxime accommodatam uiam Dinocrates aditum sibi ad Alexandrum comperit, cum alia se ratione inuenturum eã prorsus diffideret, ut uix quicq̃ existat prudẽtiae ipsi imperiũ.

De Cotione Dacarum duce.

Acae, finitimaeq; illis gentes cũ intelligerẽt Romanos inter se arma uertisse, miroq; ob id raperentur ardore belli in eos mouẽdi, Cotioq; illorũ dux alia negret tantum impetũ ratione cõpescere in principiũ ipsorũ

conuentu ac frequētia, ferocissimos duos canes emitti é catenis iussit, qui statim in se conuersi atrocissime inuicem sæuiebant, cunq; illorum maxime atrox ac sæuiens certamē esset, ex occulto lupum immitti iussit, quo uiso canes quasi pacatis animis ac cōcordi fœdere in lupum éuestigio illati sunt pugna inter se dirēpta. Prudentissime igitur dux Cotio qd nec rōne, nec orōne psuadere poterat, bæluarum exēplo persuasit.

De Lucio Antonio.

Lucius Antonius Marci Antonij triumuiri frater, circūsessus Perusiæ ab Octauio, frustraq; nō semel tentata eruptione, cū fame iam conficeretur exercitus, cōmunicato prius consilio cum primoribus, nulla impetrata fide publica, ad Octauium decreuit cum paucis admodum proficisci, quem proficiscentē cum intueretur Octauius, & ipse obuiam profectus est uenienti. Ibi Lucius Antonius eā orationē habuit, omnem in se cōuertens culpam, nihil pro se oīno depcatus, uerum pro uno tātum exercitu, ut & pœnam à militibus auerterit, impetrata uenia, & ipe amice acceptus ab Octauio ac maxime liberaliter fuerit. Ita q̃ dū extremis in difficultatibus omni ui arteq; incassum tētata, eligit fidei se hostis libere permittere, dum quæ à se facta essent liberaliter apud uictorem aperit, dum pro se ipso nullo modo deprecatur, sed pro exercitu tantum supplex loquitur, dum crimen omne, omnemq; in se culpam ac supplicium transfert, & seipsum & exercitum a cæde supplicioque liberauit, inuenta apud uictorem adolescentem arte hac conciliandi animi ueniæq; impetrandæ uia.

Attulimus, ut iam uidetis uiri optimi q̃ uisa sunt opportuna in hoc uirtutis genere exēpla, eaq; diuerso etiā in gñe rerū agendarū. Quocirca finē afferēdis ijs hodiernæq; etiā dictioni statuamus. Verum ne cui uideamur pti dissertiōis huius defuisse, & si parū qdem necessa

rium iudicari potest, non omittemus tamẽ exempla quædã, eaq; non adeo multa his ipsis adiungere, quæ serendis in sermonibus, dicendisq; in sententijs, magisq; in agendis rebus, negocijs'ue administrandis obseruata, admonere nos prudentiæ ipsius in communi quoq; sermone debeant, quotidianisq; in cõgressionibus ac responsis. Inditio enim sunt q̃stopere obeundis in negocijs illi ipsi fuerint prudentiæ studiosi, ad quos dicta ipsa referuntur, q̃stumq; & in dicendo & in respondendo, eiusdem ipsius studium præsetulerint, uitæq; circunspectionis, ac rerum gerendarum omnium.

De Numa Pompilio rege.

Ortuo Romulo, accitoq; e Sabinis Numa ad capessendũ impiũ Proculo ac Voleso e patrũ numero ad id à senatu populoq; Romano destinatis, suadẽte et Numæ ipsius patre, quiq; e cognatis in cõsiliũ uocati aderãt suscipiendum esse principatũ, tũ Numa in hãc quidem sententiã exorsus dicitur. Quãcunq; anteactæ uitæ mutationẽ nec uacare eã periculis, & solicitudinis esse plenã, cõpluraq; secum afferre, dubia quæ sint, ancipitia, incerta, trepida. Itaq; cui agendam ad uitã nihil deesset, neq; esset cur præsentis eum uitæ status pœniteret, à consueto illum uitæ genere uelle quasi desciscere, in quo et ꝑ dignitate sua, et ꝑ rei familiaris necessitudine, ac suppeditatione uersatus esset honeste ac copiose, amẽtis id uideri magisq; sani esse hominis, qua in cõmutatione ut aliud nihil omnino molesti, illud certe inesset, quod incertis certa commutãda essent. Hisq; summa cũ grauitate explicatis, & illud statim subdidit ad sententiam confirmandã Romulũ qui imperiũ cõstituisset romanum, deo fuisse genitũ, deumq; ipsum infantulo illi astitisse deorum quoq; ope ac beneficijs altum, educatũ, ad imperiũq; diuinam ob indolem maturrime euectum, se uero mortalibus ortũ parentibus, educatũq; atq; institutũ ab illis uiris,

quos pater ipse, quiq; adessent cognati probe quidē nossent ex omni itaq; parte uitæ mutationem tātam iure sibi uerendam esse. Declarauit igitur Numa susceptum ante imperiū & qualis ipse in illo futurus eēt administrando, & in mutādo uitæ genere, ꝙ multa quoq; sint circunspicienda. Idem hic Numa, Proculo ac Voleso omni studio conantibus eū ad habenas regni capessendas perducere, huiusmodi ad eos oratione usus dicitur. Mihi inquit oratores Romani quem ad regnū inuitatis, longe à Romuli ingenio moribusq; aliud est ingeniū, aliaq; institutio, quippe qui cognitionis studijs ipse deditus, pacem colam, pacisq; ipsius ocia, cū ille plijs assuetus ciues suos & bellicosiores reddiderit, & grauissimos etiam moriens, populo Romano hostes reliquerit, utrāq; ut ob causam bellicoso uobis rege opus sit, & ad hostiles comprimendos impetus, & quā populus Romanus ob præliorū fœlicitatem cōcepit imperandi spē bellicoso duce usus, ut ne frustretur ab ea. Itaq; talibus uiris parū ipse imperio idoneus iudicabor, ac tanq̄ ridiculus iure ab illis habebor, ubi apud eos deorū cultus, humanitatisq; ac quietis studia docere annitar, q imperare finitimis, armis contendāt, nec illis sacrificulo opus ē rege, qbus arma tātū placeāt, ac bello partæ diuitiæ. Videtis quāta cū moderatiōe ac sapiētia īdicaret illis, quales sub se ciues Romanos futuros eē oporteret.

De Theopompo rege Spartanorum.

Passus est Theopompus Spartanorum rex, ephororum eligi magistratū aduersus Oligarchiam à Lycurgo constitutam. Quā ē re non nihil regia potestas cum uideretur imminuta, eamq; ipse ob causam ab uxore accusaret, quod regnū liberis esset multo imbecillius traditurus, ꝙ ipse à maioribus accepisset suis, quin inquit & stabilius & magis magisq; diuturnum, quo ē dicto diuturnitatem se eius ostendit longe etiam præferre magnitudini,

inesse enim in licentiosa magnitudine periculum, atque ex periculo breuitatem, contra uero in ea potestate quæ ratione legibusq; innixa esset, atq; ab iisdem temperata, diuturnitatem uel etiam certissimam.

De Alexandro imperatore romano.

Lexander quoq; Augustus matre Mamea parũ probante, uxore etiã grauius ferente, quod popularitate uel nimia uteret, præcipue uero quod ab amicis se atq; familiaribus corrigi tã facile pateret, ac si qd parum pro dignitate ab eo factũ argueret, illud cõfestim emẽdaret ad arguentis sententiã, qua ẽ re impatoriã maiestatẽ nõ imminueret modo, uerũ cõtemptibilẽ eã concessione illa sua redderet, quin me Hercule inquit securiorem, magisq; ac magis stabilem, ac longe amplius gentibus acceptam.

De Ioanne Caraciolo Neapolitano.

Ioannes Caraciolus, qui sub Ioanna secunda Neapolitanorum regina regnum ipsum administrauit & in cuius moderatione res illius omnes conquiescebant, cũ ab ea Capuæ principatu donatus esset, amiciq; ac cognati cohortarentur ad insignia, ut moris esset principatus publice accipienda, detestatus est illorum animũ, cohortationes, atq; consilia, cum diceret principatũ eum à regum filiis solitũ administrari, titulũq; principatus eius esse illius solũ, qui in regno esset post regis obitum statim successurus, sese igitur, minime esse amplissimum reginæ donum, per summam etiam impudentiam, perq; maxime inconsideratam ambitionem, fœdaturum; quin potius seruaturum titulũ ipsum illi ipsi, qui futurus esset rex, interimq; principatũ resq; eius probe temperanterq; moderaturum, ut cum rex ipse, quicunq; futurus esset, declararetur, principatu illi liberaliter tradito, tituloq; adeo insigni in illũ liberos'ue eius reseruato; hac apud illum ratione, & sibi, & suis, &

amicorum atque cognatorum rebus æque consuleret.

De Lycurgo rege Lacedæmoniorum.

a Ccusabatur Lycurgus quod non parum modo magnificus, uerũ etiã tenuior fuisset in supplicijs deorum, sacrisq; instituendis. Quocirca palã profiteri est ausus eo id à se factum consilio, ut cultus ipse erga deos, quo erat paratior constitutus pro cuiusq; facultatibus, ob id ipsum futurus esset longe etiam continuatior, magisq; frequens. Indicabat enim, propositis sacrificiorum sumptibus, & qui pecuniæ darent operam, dũ lucris aut parsimoniæ student, fore uti à sacrificijs abstinerent propter auaritiam, & qui paupertate premerentur arctius, quod parum ijs esset unde necessaria ad sacrificandum suppeterent, sacra ut ob inopiam prætermitterent. Habita est igitur à prudentissimo uiro quæ necessaria tum uisa est diuini cultus ratio, ne illius continuationi aut inopia obsisteret, aut auaritia. Quocirca Ioannem patrem tuum Tristane dicentem non semel audiui, qui Franciscum sequerentur religiosi, eos expeditissimos esse christi milites, semperq; ad pugnãdũ instructos, quod tela clypeiq; ipsa esset paupertas, & animus cœlestis tantum patriæ studiosus.

De Demaratho Lacedæmonio.

d Emarathus multi usus uir, & in qua uersabatur republica, senator imprimis & moderatus & prudẽs cũ uideret ab improbo quodã circunuentum se, atque importune insolenterq; efflagitante, ut qui infestanter scire id etiã contenderet, quem è Spartiatis optimũ iudicaret ciuem, idq; sæpius iudicaturum recusasset, expugnatus tandem ab illius importuna improbitate, illum inquit optimũ nostris è ciuibus iudicauerim, q tui sit ipse q̃; dissimillimus. Quo responso & importunitatẽ illius repressit, & dignitati non minus ciuium consuluit omnium q̃ suæ.

De Fimbria senatore romano.

r Efert Cicero Fimbriam consularem uirum iudicem datum in causa sponsionis, in qua ferendum esset iudiciū de uiro bono. Cū igitur sponsor Fimbriā urgeret ad ferendā sententiā respondisse, eam se rem nunq̄ iudicaturum, ne aut spoliaret fama probatum hominem, si contra iudicasset, aut statuisse uideretur uirum bonum aliquē esse, cum ea res innumerabilibus officijs contineretur, ijsq́; summe laudabilibus, potest ex una hac sententia facile iudicari quanta esset Fimbriæ ipsius in agendis rebus prudentia, quantus esset in eo ciuilium rerum usus.

De Mutio Sceuola.

m Vtius is cui postea Sceuolæ inditū fuit cognomen quasi relaturus Porsenæ regi gratiā, quod humanius ab illo agerer, quodq; inuentus etiā apud hostem uirtuti esset honos, quod inquit ô rex nullo expugnatus supplicio indicassem, id tibi nūc spōte indicaturus sum, ne nō aliqua saltē parte referēdæ gratiæ memor tibi ac gratus uidear. Neq; enim fortunæ ipsi succensurus sum, quippe quæ id præstiterit, uti meo ex errore uir maxime probus seruaretur, dignusq́; qui amicus populi Ro. habeat potius q̄ hostis. Trecēti unā iuuenes cōiurauimus, quibus idē est cōsilium tui cōficiendi, eadē quærēdi decoris cupiditas, idē gloriæ studiū. Sors mihi patrandi negocij prima obtigit, cæteri suo quisq; tēpore, rē aggressuri sunt. Soli tibi cū trecētis romanæ iuuentutis principibus futurū certamen est, qui tibi bellū indicunt, quibus cū horis singulis tuo de capite dimicādum esse scito. His igitur dictis Etruscus rex fidē cū adhiberet, non pacem modo cum Romanis fecit, uerum etiam humanitate ac liberalitate non mediocri erga populum Ro. est usus. In re igit̄ maxime calamitosa Mutius minime à prudētia destitutus, ita regē allocutus est, ut quā pa

cem regis morte de gladio consequi haud quaq; potuisset, eam uerbis pro tempore compositis procurauerit.

De Hannibale Carthaginense.

Annibal ante pugnam illam cannensem, tumulum
b cum ascendisset paulo editiorem, e quo & multitudinem intueretur Romanorũ, & ordines, quiq; illi astabat Giscon quasi obstupefactus cum dixisset, mirari tan tam se multitudinem, tum ipse qui obstupefactum illum de numero intelligeret, ne qui adessent simili terrore caperentur, conuersus ad illum, contracta admodum fronte, quãto maius inquit mirum tibi uideatur Giscon, illud si cogitaueris in tanta illa hominum multitudine, qui Giscon appelletur omnino esse neminem. Quod dictum cum statim inter acies emanasset, ad risumq; conuerterentur omnes, eã uim habuit, ut singuli existimarent, iis dictis propterea iocari Hannibalem, quod de romano exercitu putaret iam actum. Effecit igitur maxime cautus imperator ac prudens ex hoc dicto milites ad capessendam pugnã tum promptiores detracto metu, tum de uictoria pene certos, qui uiderent tãto in discrimine imperatorem iocari suum.

De Pericle Atheniensi.

Ccusabatur Pericles et quidem acerrime, quod ni
a mis magnam pecuniam profudisset in illa, ut Cicero ait, propilea. Itaq; urgente Thucydide cõuersus ad populũ, qui et ipse de profusione querebatur, quando inquit sumptibus his grauamini, sit mihi ipsi expẽsum, haud Atheniẽsi populo, meumq; operibus nomen inscribã. Quo quidẽ dicto populus siue animi eius magnitudinẽ admiratus, siue quod cũ de gloria ageretur, nollet ciuẽ ad unũ trãsferri eam magnificentiæ laudem, quæ totius esset ciuitatis, uno statim cõsensu succlamauit, pergeret iã, nec ꝑ ullis parceret sumptibus. Itaq; prudẽti hoc dicto Pericles, eoq; sum

mā animi eius magnitudinem indicante, uicit nō aduersariorum modo improbitatem, uerū etiā Athenienſem populum in ſententiā ſuam traxit uniuerſum. Qua uero prudentia, quaq; ſecundis rebus moderatiōe uſus hic idem fuerit, docuit et illud quoq; eiuſdem ipſius dictum, morbo enim laborātem eum multi cum circunſiſterent, uictoriasq; eius in cœlum tollerent, enumerarentq; trophæa, maximasq; ab illo res geſtas, neq; ſua ipſorum dicta morbo iā aggrauante exaudire ab illo exiſtimarent, tum Pericles illis obſtupeſcentibus, ea inquit laudari ā uobis ſentio, quorū non exiguam ſibi partem fortuna uendicat, quæq; multorum ac maximorum ducum ſunt propria, illud uero quod meum eſt unius omitti ā uobis non iniuria miror, an neſcitis, aut parum meminiſtis ē tanta ciuium multitudine, qui propter Periclem pullam induerit ueſtē fuiſſe neminem? id uidelicet pulcherrimum ac maxime glorioſum ducens in tanta ſua potentia neq; inuidiæ neq; iracundiæ, minime uero ſuperbiæ ſeſe locum dediſſe ullum.

De Antiſthene.

Non caruit ſua etiā prudētia Antiſthenis dictū illud, nā laudari cū audiſſet Iſmeniā quendā tibicinē ut optimū, quin illū ego inquā improbū neceſſario eſſe iudicē, quippe qui probus ſi uir eſſet, nequāquā tibicen eſſet.

De Philippo rege.

Perſimile et huius illud Philippi regis aduerſus Alexandrū filiū, & quāquā tacita illa quidē, prudētiæ tñ plena obiurgatio. Nā cū ā multis cōmendaretur Alexāder filius quod ſuauiter admodum ceciniſſet, an nō pudet te inquit fili ad eū conuerſus, qui tā ſcite cantites? ac ſi non ſatis ſit regē ſi quādo ocium tulerit, dare operam canētibus, per multum nāq; regē ipſum impartiri muſis, ſi quādo certātibus alijs muſicis de rebus, ſpectatorem ſe illis præbuiſſet.

De Fabio Maximo.

Fabius Maximus qua erat prudentia, & gerendis in rebus circunspectione & usu non urbium modo, populorumq; defectiones ac tumultuantis motus, uerũetiã singulorum militum agitationes siue suspectas, siue parũ laudabiles leniendas mitioribus uerbis, mãsuetaq; admodum oratione ducebat. Militem igitur Marsum fortẽ quidem ac notum in militia hominem, cum suspectus is rebellionis esset, nec deessent qui criminarentur, nulla in initio animaduersione prosecutus, sed libere agere eũ sinẽs, dissimulata etiam suspitione, post uero comiter illum allocutus, quid inquit Marse, nulla tua in re officiũ requiris meum? nulla mea uteris opera, ne autem dum quid petas expectem, en tibi equum maxime acrem, ac uirtute tua dignum, aderunt munera quoq; alia fortitudini tuæ accommodata. Qua ẽ comitate dictator ex eo usus est illius opera fortissima pariter ac fidelissima. Atq; hæc quidem ipsa etsi uidentur ad comitatẽ potius referenda, atq; ad ipsum rerũ usum, illud uero sapientissimum est Fabij dictum, familiariterq; usurpatum, canes equosq; deponere feritatem ob magistrorum mansuetudinẽ, leniorem q; tractabilitatem, magis quã ob catenas ac uerbera. Eadem itaq; ratione & uia debere qui imperarent, mansuetudine ac lenitate, populorum animos, ciuiumq; male pacatas uoluntates, & conciliare & delinire. Idem quoq; aduersum militem Lucanum, ne a se ipso discederet, strenuum quidem & acrem hominem, eadem lenitate orationis adhibita, illum sibi maxime deuinxit, nãq; accusatus hic ipse quod noctu ẽ castris subinde præter tribuni præscriptum discederet, ubi comperisset Fabius absentis mulierculæ amorem esse eius rei causam, ad quam ille clanculum noctu intraret, clam mulierculam ad se deduci, abdiq; in tabernaculo iussit, moxq; accitum ad se Lucanum

allocutus est perhumaniter. Tutemet scis inquit quā pœna sis dignus, qui præter iura militaria legesq́; castrensis sæpius é castris contēpto imperio discesseris, nec ego ipse ignoro quæ multa ā te fideliter sint fortiterq; administrata, quæq́; opera in obeundis militaribus laboribus ac periculis fuerit ubiq; tua. Itaq; fiat horū inter se cōpensatio, tu posthac ne quid tale admittas caueto, quoq́; præstare id per me quidem possis, en illā tibi quæ tuo est cordi, eductaq́; é tabernaculo mulierculæ, dextram nec opinanti in manū dedit, quæ in castris penes ipsum ex eo futura esset. Tu igitur talem te de cætero præstiteris, & appareat quam amas, & cuius causa é castris furtim discedebas, eam adesse. Fabij igitur prudentia quæ & quanta fuerit, non facta modo, uerum etiam dicta declararūt, licet hæc ipsa dicta factis etiā cōiūcta eēnt, quæ tanto maiorem illius circunspectionem fuisse testātur.

De Antigone.

a Ntigon naualis belli præfectus, cū hostilis classis ab ijs, qui in consilio admissi essent, numero nauiū præstare diceretur, quo metum audientibus adimeret, eleuaretq́; aduersariorum uires, en me inquit belli ducē quot hostium nauibus opponetis? ducis prudentiā ostendit, ꝙ exercitus multitudinem pluris faciendam.

De Pelopida.

p Elopidas ad bellum proficiscens adhortāte uxore, seipsum ut ab hoste saluum redderet, atqui uxor inquit imperatoris est alios saluos facere. Ostēdit aliud priuati hominis, aliud imperantis officium esse debere.

De Marcello.

m Arcellus deprecantibus militibus cū ab ipso accusarētur, ꝙ parū pro dignitate romani pugnassent exercitus, diceretq́; romana sese et corpora uidere,

& arma, romanum autem uidere neminem, respondit non uictis ipsis, sed si uicissent, ueniam sese daturū, proindeq; die crastino sese ad pugnam pararēt, quibus quidem dictis id effectum est summa ducis ipsius arte et prudentia, die ut insequenti prioris diei ignominiam cæsis octo millibus ex Hannibalis exercitu, fugatis intra castra reliquis, maxima cum uirtute & laude abluerent.

De Catone.

Extant Catonis illius maioris non facta modo plurima, uerū etiā dicta, quæ prudentiam eius ac sapientiā notam faciant, ut cum ad quirites conuersus dixit, difficilem sane rem esse ad uētrem uerba facere auribus qui careret, et rempublicam saluam esse diutius haud quaq; illā posse, in qua pisciculus q̄ bos pluris ueniret, item populum Ro. pecudum maxime esse similem, illas enim nemini parere singulas, uniuersas autem uni, quē ducem sequerentur, & illud stultos prudentibus uiris emolumenti plus afferre, q̄ qui prudentiores essent, stultis. Ad hæc adolescentulos magis à se probari eos, qui rubore uultus, q̄ qui pallore potius inficerentur, fugiendā item illorum familiaritatem ac consuetudines, qui palato q̄ corde sentirēt acutius.

De Arato Sicionio.

Ciscitanti Arato, auidiusq; percunctati Democratem Lacedæmonium, qui nam & qualis esset Cleomenes, quem ephori cum exercitu misissent ad præoccupandum Palladis in Veluina templum, quod eo è loco in agrū Lacedæmonium facile pateret ingressus, ab illo ita responsum accepimus. Quod tibi Arate aduersum Lacedæmonios tentādum est, id ante tentato, q̄ pullus hic per ætatem aculeo uti possit.

De Ti. Gracco.

e Xtat Tiberij Gracchi dictum sapiens, desinere sacrosanctos eos esse, atq; inuiolabiles, qui ipsi aduersum deos delinquerēt, per quos ij dem ipsi essent sacrosancti.

De Antigono rege.

e Xtat & Antigoni regis, à Pyrrho enim in singulare certamē ꝓuocatus respōdit, eum sese esse, q in prosequendis bellis non ab armis magisq̄ à tempore consilium caperet, quod si uitæ Pyrrhum pœniteret suæ, satis quidem multas patere ad interitum uias.

De Sertorio Cæsare & Scipione.

i Llud uero Sertorij memoratu dignū, tum factū, tum dictum, quo enim efferatam multitudinem militarem ad disciplinā traduceret, aduocata contione, equos statui duos in conspectu omnium iussit, strigosum quidem alterum macie, atq; ānis obsitum, ac ualidissimo robore alterum, cuteq; ꝙmaxime nitida ac rutilanti, rursum illius qui caudæ pilos simul omnes utraq; euelleret, robustissimū statuit hominem, nitidi autem alterius homuntionem perꝙ imbecillum, qui singulos alium .s. post alium euellens pilum, ad ultimum caudam singulatim depilaret. Hic igitur dum pauxillatim studiose tamen agit, compos uoti euasit. At ille alter quanuis brachijs uteretur ꝙualentissimis, demum irrisus ab omnibus, dum uno simul .euulsu ꝙ sæpissime retentata, summis etiā innixibus omnem expilare uult caudam, frustra est habitus, uanumq; inceptum eius esse, res ipsa docuit. Hic itaq; opportuna maxime oratione adhibita Sertorius, uidetis inquit milites, quæ uiribus minime cedant corporis, ingenio ea cedere? utq; uno quæ impetu superari nequeant, eadem paulatim superari opera assidua ac pertinaci adhibita? quodq; corporis uires ingenij superarentur à uiribus, illi dandam esse operam, nihil enim

yy

tantopere ualidum ac robustum esse, quod non studiosa sedulitas beneficio tandem usa temporis expugnaret. Merito igitur cæsarianum illud summis extollitur laudibus, idem conficiendis bellis sibi esse consilium aduersus hostē, quod probatis ac maxime peritis medicis sanandis corporum morbis, fame uidelicet potius q̄ʒ ferro nitēdum esse. Extat etiā Aphricani dictum non minus celebre, cum enim accusari se sentiret quasi parum pugnax esset, atqui mea me mater inquit imperatorem peperit non certatorem.

De Archidamia Lacedæmonia

Lacedæmonij grauissime cum premerentur ab Epirotarum rege Pyrrho, decreuissentq́ʒ muliebri sexu in cretam transmisso, ultima expectare, improbantibus factum hoc matronis, tum Archidamia earū princeps gladio incincta in senatum prodiens, quænam inquit uiri uos cœpit dementia? nūq̄d ipsi existimatis excisa Sparta, deleta patria, amissis uiris, liberisqʒ mulieres Spartanas ulterius uicturas? Ex eo itaqʒ dicto maxime generoso & forti, confirmatis uirorum animis, ut erat inter mulieres compositum, confestim multitudo uirginum ac matronarum expedita atqʒ instructa affuit, quæ & desumeret sibi cum senibus opus ualli aggerisq́ʒ aduersum Pyrrhi elephantos statuendi, & iuberet iuuentutem ipsam atqʒ ætate ualidos abstinere ab opere, seq́ʒ seruare ad conferendas tantum cum hoste manus, illumqʒ a uallo reijciendum. Archidamiæ itaqʒ non minus prudentibus, q̄ʒ fortibus effectū est dictis, ut & Lacedæmonij resumptis animis defendendæ urbi acrius multo intenderēt, imminuto uiris labore cōficiendi ualli, quod opus sibi illæ desumpsissent cū uiris bello inutilibus, & Pyrrhus ipse a uallo reijceret, urbe in hūc modum acerrime defensa. Tanta igitur uis est prudentiæ, ut non raro etiam in mulieribus, quæ affectibus maxime se

dominādās permittunt, uel maxime ſpectabilē ſeſe reddat.

De Cordiano imperatore.

n On dubitauit Gordianus ſocerum per epiſtolā commonefaciens, dicere miſerum imperatorem eū eſſe, ā cuius auribus ueritas exterminata eſſet.

De Marco Antonino.

Arcus Antoninus q̄uis adoleſcens, tamen cū inter m rogaretur ā domeſticis non parum mirātibus, quod in adoptione ſua triſtitiam præſeferret, neſcitis inquit quæ mala imperium ſecum ferat.

De Marco Antoñio.

Ntonius Antonini Pij maternus auus, quiq̄; bis cō a ſul fuiſſet, renuntiatum ei cum eſſet, Neruam imperatorem creatum, heu ſenex inquit, quibus te miſerijs implicaſti? Obiurgantibus amicis, grauioribusq̄; quibuſdā uiris Marcum Antoninum adoleſcentem, quod educatoris ſui mortem deploraret indulgentius, tum Antoninus uehementius illos increpans, quin inquit hominē eſſe Marcum permittitis? num aut imperium ultis, aut philoſophiā humanos penitus affectus eripere? Idem hic Marcus in imperio conſtitutus, cum incuſaretur quod amicorum cōſilijs ac ſententijs nimio plus tribueret, quāto inquit æquius eſt, ut ego tot amicorum ac uirorum talium ſecutus conſilia, in eorum conquieſcam ſententijs, q̄ ut illi ipſi ad meam unius ſe comparent uoluntatem? Iudices quoq; reprehendere eſt ſolitus, qui ad ferendam de uita ſententiā nimis feſtinarēt. Nunq̄ enim ſatis cūctari, qui de hominis capite iudicarēt. Itaq; pater eius Pius Scipionis illud Aphricani frequentiſſime maximeq; prudenter uſurpabat, malle ſe ciuem unum ſeruare, q̄ mille ex hoſtibus cædere, idem hic deprehenſis parum pudicis Fauſtinæ uxoris moribus, cum ab amicis repudij admoneretur, an ignoratis inquit, uxorem ſi dimittis

mus, & dotem reddendam? imperium significans. Indicabat enim quædam potius ferenda dissimulanter, quam palã ob iram uindicanda.

De Marco Catone.

Arcus Cato is qui Vticæ manum sibi consciuit, siciliæ cum præesset, ubi intellexit. Cn. Pompeiũ metu Cæsaris & urbẽ simul & italiã deseruisse, proh dij immortales exclamauit, consilia uestra ut latebrosa sunt, ut etiam decreta, & diuersis & multis complicationibus inuoluta, quippe qui olim Põpeio in ijs affueritis, in quibus fortasse iusti parum omnino inesset, at nunc in tuenda communi libertate, in patriæ causa maxime iusta & pia illum deserueritis. O uocem Catone dignam. Cæterum dei optimi maximi sententiæ latebrosæ & abditæ communi quadã opinione iudicari possunt, siquis tamen præteritas res omnis haberet animo comprehensas, si mores, actiones, uitas hominum, si peccata, si uoluntarios errores, si inordinatas appetitiones, si corruptissimas uolũtates, si secretiores potẽtiorum ac principum hominum curas cogitationesq́ʒ, atqʒ animorum cõmotiones nefarias maximeqʒ coinquinatas secum ipse uersauerit, illasq́ʒ sub rationẽ simul coegerit, nimirum exclamandũ ei neutiqʒ fuerit aut dijs ipsis irascendum sed confitendum potius ab erratis nos nostris in ruinam & trahi simul & impelli, quarum quidem rerũ qui iustus esse & consideratus existimator atqʒ expẽsor uoluerit, inueniet profecto non nisi ẽ re ipsa salustianum illud in ore uersari hominum, regibus bonos, quàm malos suspectiores esse, alienamq́ʒ illis uirtutem formidolosam, qđ non de regibus modo dictũ putandum est, uerum de rerum quoqʒ publicarum gubernatoribus ac temperatoribus populorum. Declarauit id modo Lodouici Sfortiæ Mediolanẽsis dynastæ honoris appetitio

insatiabilis, ambitioq; maxime insolēs, ne de uitæ eius actio nibus alijs, moribusq; non omnino temperatis dicam. Is ob insolentiam animi moresq; peruersissimos, non sese ipsum modo in ruinā, carcerem, postremamq; immersit miseriam, uerum italiam uniuersam pené in seruitutem coniecit, dum Ioannem Galeatium fratris filium innocētissimum adolescē tem ueneno effert ob dominādi libidinem, Carolumq; octa uum gallorum regem ingenti conductum pecunia, quamq; dissuadētibus galliæ primoribus ferme omnibus, maximis cum copijs in italiam trahit, quo neapolitano é regno Alfon sum eijceret sororis suæ uirum, á quo paucis ante annis de fensus armis fuerat, atque in administratione mediolanen sis dominatus confirmatus, donec Ioannes Galeatius ado lesceret, dum etiam cum populo Florentino initam á Fran cisco patre amicitiam, multisq; ac maximis tempestatibus seruatam, fidei atque honestatis immemor non superbe mo do, uerum etiam amenter proterit conculatq;, pacemq; cum Venetis á patre primum, post á Galeatio fratre compluri bus annis summa integritate seruatam, ita nullam ducit, christianæq; religionis adeo obliuiscitur, ut turcas, gentem christiano nomini infestissimam, inito clam cum illis fœde re, omni arte studioq; ab asia, græciaq; in italiam euocare conatus sit, ingenti classe, innumerabilibus copijs ab ijsdē aduersum Venetos comparatis, sensissetq; italia lethale hoc uulnus, ni uictus ipse á Lodouico q nūc Gallis impat, amen tiæ suæ pœnas miserabili captiuitate dedisset. Quia uero ad uesperascit iam, lenitis meridianis caloribus, tēpus nos ad monet reddendæ rei familiari, domesticisq; negocijs operæ, cum promissis præsertim meis abunde uideri possit satisfa ctum. Audiuistis igitur uiri optimi bis in cōsessionibus quæ sint á nobis principio de fœlicitate disputata, deq; moraliū uirtutū initijs atq; progressionibus, post uero quæ de prudē

tia, deq; ĩjs quæ prudentiæ essent propria, quæq; ad illam uel spectarent omnino, uel eam ipsam potius constituerent, deniq; ne qua in parte oratio desideraretur à uobis nostra, exempla quoq; attulimus, idq; q̃q̃ parcius ex tanta copia, q̃tum tamen satis uisum est pro natura rei, proq; suscepta materia. Neq; enim propositum aut id meum fuit, aut à uobis ita efflagitatum, uti græcas, latinasq;, barbaras item historias simul omnis excuterem. Itaq; quo in sacello iureiurando pene me adegistis ad hæc ipsa differenda, in eodem ipso, dĳsq; ĳsdem testibus, promisso me absoluo. Cæterum quæ à me dicta sunt omnia, sic accipite, hominũ quidem operam, industriã, labores, offirmationem illã animi cunctorũ expugnatricem, tum ad uirtutem comparandam, eaq; quæ animi dicuntur bona, tũ ad fœlicitatem adipiscendã, de qua primo in consessu est dissertũ, mo[illegible] tum quidem feré omne secum eas ferre, mirificumq; in modũ conferre, nihil deniq; esse quod nõ pertinax expugnet opera indefessaq; ac nunq̃ à ratione aliena uoluntas. In eo tamen summã ipsam uerti, uti dei optimi maximi fauor adsit, illucescatq; benignitas, cuius absq; beneficentia & munere, quid est obsecro quod uenire in hominum possessionem queat, uel illorũ quoq; quæ in nostra uideantur potestate constituta? Deum igitur ad ipsum bona sunt cuncta, eaq; in primis quæ dicũtur animi referenda, illi diuitias, honores, magistratus, imperia, illi scientiam, sapientiam, fœlicitatem deniq; acceptã referamus. Nã etsi in manu hominis, uoluntateq; positum uidetur ad uirtutẽ cõtendere, honestisq; clarescere in actionibus, tamen eius ipsius dono uel hoc ipsum præcipue homini conceditur, uel humanæ gratitudinis primũ est potissimumq; officiũ deõ id acceptum referre, in cuius beneuolentia ac benignitate ualere nos uolumus.

FINIS.

Impreſſum Lugduni expenſis Bartholomei Troth. M.D.XIIII.anno ſalutis: menſe Februario. regnante diuo Ludouico.xij.huius nominis rege Francorum.

Regiſtrum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.K.l.m.n.o.p.q r.s.t.u.x.y.z.
aa.bb,cc.dd.ee.ff.gg.hh.ii. KK.ll.mm. nn.
oo.pp.qq.rr.ss.tt.uu.xx.yy.